
FORTVNI LICETI
Maius
ſive
De Natura Aſſiſtente
Dialogus
Ill.mo Senatui Bonon.
Dicatus.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

FORTVNII LICETI
GENVENSIS

Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctoris,

Dudum in Piſano, nuper in Patauino, nunc in Bononienſi Archigymnaſio Philoſophi Primarij, ac Eminentis

DE NATVRA ASSISTENTE
DIALOGVS:

In quo late probatur Nomen & Rationem Naturæ propriè dictæ conuenire Formis Aſſiſtentibus, præſertimque ſummo Deo.

AD ILLVSTRISSIMVM
BONONIENSIS REIPVBLICÆ
SENATVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VTINI, Typis Nicolai Schiratti. MDCXXXVII.
ANNVENTIBVS SVPERIORIBVS.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
Bononien. Reipublicæ
SENATVI
FORTVNIVS LICETVS B. A.

IN alto rerum humanarum poſitos eos eſſe, penes quos eſt de Sapientia, deque Sapientię Magiſtris e ad arbitrium decernere (Senatores Illuſtriſsimi) prudentum virorum conſenſus eſt vnus, & doctorum hominum cōſpiratio maxima: Quare merito Vos, quibus antiquiſsimum ius eſt eligendi, promouendique Lectores idoneos ad eminentia Bononienſis Archigymnaſij ſubſellia, Vos inquam inclytos Felſineæ Reipublicæ Proceres, in Honoris excelſo faſtigio collocatos iure venerantur omnes omnium diſciplinarum alumni. Qua quidem in almæ Veſtrę Academię pręclara gubernatione, quod Supraordinariam nuncupatam Philoſophiæ Cathedram ab obitu Magni Pendaſij trigintaquatuor annos

Docto-

Doctore vacuam potius habere volueritis, quam indigno tanti Philoſophi Succeſſore ſub Primarij titulo replere; id non vulgari prudentiæ Veſtræ fuit adſcribendum: Quod autem diutius cunctandum non eſſe cenſueritis, ſed ex æui noſtri Philoſophis inſignem aliquem ad primarium celeberrimi Lycei Solium inauditis etiam præmijs alliciendum eſſe decreueritis; id eximiæ Veſtræ prouidentiæ maturum fructum ſuſpiciunt omnes ſcientiarum cultores, qui tot Olympiades ab Ampliſsimo Ordine Veſtro Philoſophum Eminenti Subſellio parem efflagitare nunquam deſierunt: Quod tandem luſtratis diligenti perquiſitione celebrioribus Europę Gymnaſiis, ex Antenoreo Palladio, ex quo pridem magni nominis Pomponatium, & deinde Pomponatii diſcipulum & ſucceſſorem Federicum Pendaſiũ alta ſapientia ſpectabilem duxiſtis, me deinceps Pendaſii diſcipulum pariter ſucceſſorem delegeritis, quem ad excelſiſsimam apud Vos Philoſophiæ Sedem promoueretis; id abditiori cauſarum humanas actiones dirigenti ſeriei referendum eſſe videtur: Quod autem Vos, Conſcripti Patres, honorificentiſsimo Senatus conſulto me ad primariam & Eminentem hanc veſtram Philoſophiæ Cathedrã, inuſitatæ magnitudinis annuo mille quingentorũ aureorum honorario propoſito, candidis plane ſuffragijs extuleritis; hoc ego tribuẽdum cenſeo ſum-

mæ

mæ Veſtræ benignitati, ſummæ Veſtræ magnanimitati; Cui totis ingenij mei viribus, totis meæ voluntatis obſequiis nunquam non reſpondere conabor; meque ſcriptis & voce tam honorifici Veſtri de me lati iudicii comprobatorem, tam Eminenti Solio nō imparem, ac tam egregii Præceptoris & Anteceſſoris non indignum alumnum & Succeſſorem exhibere ſtudebo. Interim vero maximæ meæ erga Vos omnes & ſingulos Obſeruantiæ promulgo teſſeram volumen hoc *De Natura Aſsiſtente*; quod myſticum donarium tholo templi Dię Virtutis Veſtrę ſuſpendo. Quam ſane dedicationem ea quoque ratione facere debeo, quod inter noſtræ tempeſtatis viros præcelſos eminere Vos ita compertū eſt apud omnes, vt eam vnuſquiſque ſuis in Operibus a Veſtro Nomine lucem ſperet, ac quaſi vitam accipiat, quæ & inuidorum aciem perſtringat, & proborum hominum mentes ad ſe ſui luminis ſplendore compellat: Quod & olim optime noſcens Magnus ille Naturalis Hiſtoriæ Condus, idemque Promus, Secundo vix Plinio ſecundus, Veſter Aldrouandus, cuncta ſua volumina, quæ plurima ſunt, ingentia, & præclara, Vobis vnis prudentiſsime conſecrauit. Valete Bononienſis Orbis illuſtriſsima ſidera (Fabi Gozadine nunc Iuſtitiæ Vexillifer, Franciſce Coſpe, Ludouice Facchinette Marchio, Vincenti Bargelline, Philippe Calderine Com. Federice Ele-

phantucci, Aenea Magnane Marchio, Ferrantes Caſali, Hercules Bōſiliole Com. & Eq. Gualenge Ghiſileri Com. Marce-Antoni Lupare, Ferdinãde Riari Marchio, Hieronyme Gualtauillane, Io: Baptiſta Sãpetre, Bartholomęe Lambertine, Alemane Iſolane Com. Alberte de Graſſis Com. Alexi Vrſe, Fului-Antoni Mareſcalche, Auguſtine Herculane Com. Orat. ad ſum. Pōt Andrea Ghislarde, Petre Biãchine Marchio, Franciſce Maria Bẽtiuole Com. Pompei Vizzani Commend Philippe Aldrouãde Cōm. Andrea Angelelle, Nicolae Ludouice Prin. Venoſ. & Plūb. Hieronyme Albergate Marchio, Franciſce-Maria Guidotte, Achilles à Volta, Octauiane Zambeccari, Virgili Maluezze Marchio, Camille Paleotte, Franciſce Bolognette, Auguſtine Marſili, Corneli Maluaſia, Io: Nicolae Tanari Comes, Cire Mareſcotte, Hieronyme Pepole Marchio, Io: Ludouice Boui Eques, Carole-Aloyſi Scappi, Cęſar Blanchette, Io: Hieronyme Grate, Marce Antoni Ranuti Com. Franciſce Maria Caprara Com. Marce Scitice Fibbia Com. Berlingieri Geſsi, Antoni Legnane Com. Vgo Boncompagne Dux Soræ) valete inquam Vobis, inclytæ Patriæ veſtræ verè Studiorum Matri, & mihi ab adoleſcentia eiuſdem alumno litterario. Bononiæ Kal. Octob. 1637.

Cl. V. Cassiano Eq. a Puteo

Ad

Ad Lectorem de ſtylo Scholaſtico.

QVod in hac philoſophica diſputatione De Natura Aſsiſtente, & in altera ſequenti phiſico-theologica De Anima ſeparata ad corpus phyſice nō propenſa Clariſsimus Collega meus nunquam non verbis Scholarū vtēs, ac (vt ait[a] ipſe cum Pico) iure Latij non donatis, me concertantem coegerit plerumq; ſecum etiam Scholaſticis vocabulis agere; quinimmo quod eodem verborum genere quandoq; forſitan in alijs meis operibus vſus fuerim; id (optime Lector) te non auocet a noſtris diſſertationibus; nec ideo nobis, tanquam domeſtica quadam infuſcatis barbarie ſuccēſeas. Noui quidem ego perelegantem Tranſalpinum[b] Autorem Priſciani Vapulantis, vt olim Ariſtophanes bonum[c] Socratem, comica licentia in Philoſophos, Medicos, Iuriſprudentes, atq; Theologos atrocem ſe pædagogum exhibere: adeoq; in omnes omnium diſciplinarum proceres, atq; cultores, qui videantur minus eleganti ſtylo ſcribere, ferali ferme ferula ſæuire; velleq; cunctos ad ſui Melancthonis et Eraſmi normam eloqui; quos vnos ipſe ſuo Priſciano ſaucio; atq; a Scholaſticis, vt ait, ad necem vſq; verberato ſalutares manus attuliße fingit. Verum enim vero noviſſe debuerat ille, proprias eſſe quaſdā ſingularum artium & doctrinarū voces, quas diuturnus vſus in Scholis emolliuit, & iam iure litterario donauit; quaſq; cultioribus quidem, ſed tamen mi-

a Ep. ad Lect. pro pu. de an. ſep.

b Nicode. Friſchlin.

c Diogi Laer. li. 2.

nus apte, minus intime myſteria ſapientiæ ſolidioris exprimentibus præferre debeant arcanæ veritatis alumni, ea prorſum ratione, qua magnus [d] Hippocrates exiſtimauit paullo deteriorem, ſed ſuauiorem potum & cibum meliori, ſed inſuaui præferendum eſſe; quod ille gratior, Galeni [e] teſtimonio, magis apte nutricationem promoueat, & virium robur augeat, & ſeruet. Audireq; poterat ab [f] Ariſtotele, licere nobis, debereq; Philoſophos in egeſtate linguæ nomina fingere; obſeruaſſeq; ipſum oportuerat factitatum tale quid a [g] Lucretio fuiſſe, puriſsimo ſcriptore, nobis hanc veniam, & hoc exemplum exhibente.

d 2. ſect. aph. 38.

e ibid. in com.

f Præd. ad aliq.

g lib. 1.

,, *Multa nouis verbis præſertim quum ſit agendum*

,, *Propter egeſtatem linguæ & rerum nouitatem.*

h Sat. c. 1.

Deniq; ſcire decebat ipſum, non ſolum politiſsimi ſtyli [h] Petronium interdixiſſe Scholaſticis mellitos verborum globulos, et omnia dicta quaſi papauere & ſeſamo ſparſa; verum etiam Romanæ principem ac patrem eloquentiæ, latinique ſermonis & elegantiæ magiſtrum M. Tullium in Academicis [i] Quæſtionibus, in quibus Philoſophum agit, præfari ſe coactum verbis vti nouis, licet ea indocti non accipiant, Nos autem, *inquit*, præceptis dialecticorum & oratorum etiam (quoniam vtramq; vim virtutem eſſe noſtri putant) ſic parentes vt legibus verbis quanquã nouis cogimur vti; quæ docti (vt dixi) a Græcis petere mallent; indocti a nobis ne accipiunt quidem. *Quum vere deceat ſenes Philoſophos maſcula dictio, toroſior, & peregrina, quin etiam rudis & impolita, vbi compta, læuigata &*

i init.

ta & latina non adſit, qua ſenſa ſapientiæ ſatis explicentur, qua ſenſa ſecretioris doctrinæ medullitus exprimātur: Quare non ſolum inclytus Collega meus [k] nouiſsimus, verum etiam magni nominis eius [l] Anteceſſor, paſſim ſuis in operibus Scholaſtica phraſi diſputantes me quandoque, inuitum certe, non tamen adeo repugnantem trahunt ad vſum verborum Scholæ: quæ quidem ſub rudibus, ac velut oſtreatis nominibus Vniones Veritatis abditæ ſine pretio pretioſos occulere, immo vero ſtudioſis exhibere conſueuit: Vt propterea de Scholaſtico ſtylo (quem delicatuli quidam, ne cum [m] Cicerone dicam, indocti, tanquam vilem & contemptibilem irrident, ac veluti barbarum aſpernantur) illud aſſeuerare non dubitem, quod antiquitus apud Platonem in [n] Sympoſio de locutione Socratis Alcibiades aſseruit inquiens Socraticos ſermones eſſe perſimiles artificioſis Silenorum ſtatuis; quæ claudunt in pectoris intimo pulcherrimi ſimulachrum Numinis, rudes ipſæ forinſecus atq; ridiculæ; nā ſermones hi Socratis prima quidem facie videntur abſurdi, viles, & riſu digni; verum ſi quis eos intus aſpiciat, inueniet ſenſuum profunditate diuiniſsimos eſſe, plurimaſq; virtutum imagines continere, præceptaq; omnia comprehendere, quibus inſtrui debet is, qui ſit honeſte victurus, & altæ ſapientiæ penetralia ingreſſurus. Meminerit iſte Scholaſtici ſermonis irriſor, ſtylum Scholaſticum eſſe veluti Mineruæ ſtatuam Athenis olim ab Alcamene conſtructam, qua cominus inſpecta turpis apparebat, ſed in alto poſita pulcherrimam ſe procul aſpicientibus exhibebat: e contra politam atq; fucatam

[k] Giliol.
[l] Cremon.
[m] 1. Acad. init.
[n] in laud. Alcib.

quorundam grãmaticorum orationem perſimilem eſſe Mi-neruæ ſimulachro, quod ab antagoniſta Phidia confectum pulchritudine mira proximos intuentes delectabat; verum in ſublimi locatum eminus adſpiciẽtibus informe viſebatur ac nullius artis, nulliuſque pretij: Scientificum ſermonem in Scholis inſpice non cominus in cortice, ſed eminus ad eius intimam medullam abditorum ſenſuum mentis oculos eleua, ſi pulchritudine ſolidæ ſapientiæ vis delectari: nec tibi fucum faciat fucata locutio, quæ ſapientiæ myſteria non explicat, non aperit vlla. Dabo quidem, a ſolæcis abſtinendum eſſe; verum enim vero voces, quæ rerum proprietatem magis explicent, ac intimius latentem veritatis formam magis ob oculos ponant, in philoſophica ſpeculatione præferendas eſſe cenſeo latinioribus vocabulis, quæ non ita valent indicare mentis contemplatricis conceptus altiores. Quamobrem ſit ille comicus elegans, & latine ſcientiſsimus ludimagiſter, habeat ille ſuorum dramatum ridiculos actores, ſuorumq; dogmatum ſophiſticos comprobatores; nobis ſat erit eſſe Philoſophos, non molli neq; fucato, ſed graui, proprio, & ſi placet rudi, et impolito dicendi genere differentes; nam ita nobili quadam metaphora diuino iuſſui parentes in ſacra pagina promulgato, aptiſsime Domum Diæ Philoſophiæ myſticam in

o Eſdr. 5. & 6. *noſtris operibus ex nominum o impolitorum lapidibus ædificabimus: quin & in ea Domo myſticum Altare conſtruemus ex rudium verborum ſaxis, p impolitarumq; vocum lapidibus, victimam conceptuum noſtrorum, pacificam hoſtiam Numini Veritatis ſuper ipſum immolaturi.*

p Deut. 27. Ioſ. 8.

FOR-

FORTVNII LICETI
Ad ſuos Liliorum Dialogos
DE NATVRA ASSISTENTE,
DEQVE ANIMA AD CORPVS *Phyſice non propenſa*
PRÆFATIO.

COncertationes litterariæ *De Natura Primo-Mouente*, Deque *varia propenſione rationalis animæ ad corpus*, quas eximius vir mecum habere voluit, vt a ſola noſtrarum mentium diſſenſione, ſine vlla voluntatum diſcordia prodierunt; ita non ſolum pacatis animis, ſed etiam vrbanitate quadam ingenua, pudoris & modeſtiæ plena, tractari debuerunt. Hos quidem mores habuit Cl. Collegæ diſceptatio vocalis de ſubſellio primum contra meas theſes habita; meaque pariter ad illius impugnationes reſponſio tā vocalis e cathedra, quā ſcripta in operibus de vtroque propoſito deinde vulgatis; quin & eiuſdem Antagoniſtæ præcelſi diſputatio *De Primo-Mouente immobili* meis ſcriptis oppoſita, cum omnium ſtudioſiorum laudatione. Sed quod in vltima *Propugnatione* vocata, ſub eiuſdem viri nomine promulgata, mores hi mutati ſint, omnes mirantur, & non ſine cauſſa, dum in ea legunt aculeata dicteria in hæc verba, *a Adrianus Imperator in Senatu ſæpe dixit ita ſe geſturum principatum, vt omnes ſcirent rem populi eſſe, non ſuam priuatam: diſputationem hanc ita peregi, vt ſperem omnes agnituros rem eſſe veritatis,* a Epiſt. dedic.

ritatis, & philoſophiæ candidatorum, non meæ priuatæ oſten-
tationis: Ille ita dicebat, vt Regem a Tyranno diſtingueret;
[b] pag. 54. 155. *ego vt ſeparem Philoſophum a Sophiſta*: & poſtea, [b] *Quando*
Scriptores omnes, aut quamplurimi eorũ in idem conueniunt,
tunc ab illis recedere non caret nota temeritatis. & adhuc in-
[c] pag. 137 174. n. 12. fra, [c] *Hac Dominus meus, contra hoc videndæ, & conſideran-*
dæ optimorum ſcriptorum auctoritates, vt feratur verum iu-
dicium: omnibus velle contradicere non caret ſuſpicione teme
[d] pag. 180 81. *ritatis: hanc ego nolo incurrere.* Similiter paullo poſt. [d] *Vi-*
deat Lector, & conſideret cui maior fides ſit adhibenda, an
vni ſoli domino meo, an vniuerſa, vt ſic dicam, ſchola: Conſi-
deret qui pro nihilo habet omnibus repugnare: ſi ego hoc face-
rem, timerem contra me temeritatis notam. Et poſterius,
[e] pag. 191 [e] *Nec vllo modo approbandum cenſeo quod hic dicitur in pag.*
103. & 104. (Non eandem prorſus eſſe naturam, & eſſentiam
animæ rationalis per mortem a corpore ſeparatæ, quæ fuit
prius &c.) o quam melius loquuntur ſapientes a me citati
ſec. 1. cap. 5. 6. & 7. Caueamus ne ſcandalizemus ignorantes.
nam ſi audient animam rationalem ſeparatam non habere
eandem naturam & eſſentiam, quam habebat prius con-
iuncta, ſuſpicabuntur in morte hominis variari animæ eſſen-
tiam, cum aliqua ſpecie corruptionis eiuſdem animæ, quod eſt
nefas opinari: nam mutare eſſentiam eſt corrumpi; credent fie-
ri Angelum, aut Dæmonem, quod eſt Hæreticum &c. ac deni-
[f] pag. 200. que, [f] *Socrates in Platonis Eutidemo captioſas rationes non*
niſi diſtinguendo ſoluit. Hæc autem vt omnes cum admira-
tione legunt aduerſum me in eius viri ſcriptis, quem mo-
deſtia conſpicuum inͣ primis habebant, & a me ſemper ho-
nore non exiguo cultum in meis operibus agnouerant; ita
nunc me coegerunt ad eiuſcemodi maſculas eluendas, non
vocibus lœdoriarum, ſed philoſophica demonſtratione:
ceteriſq; reiectis ad *Lilium Minus De Anima ad corpus phy-*
ſice non propenſa poſtea cudendum, in hoc *Maiori Lilio De*
Natura Aſſiſtente conabor oſtendere, quis noſtrum in his
diſpu-

Digitized by Google

diſputationibus Euthydemi, quiſue Philoſophi munus adimpleat: Quum enim hi duo differant inter ſe tum fine, tum medijs, quibus vterque ſtudet aſſequi propoſitum ſibi finem; Philoſophi quidem finis eſt vnus, Veritatem aperire, confirmareque ſuis Auditoribus; media vero, quibus hoc vno fine potiri ſatagit, duo ſunt ratio rectis regulis inſtructa, & Claſſicorum, potiſſimum veterum, autoritas fideliter adducta: Sophiſtæ vero finis e contra geminus eſt, Oſtentatio ſui, & Antagoniſtæ depreſsio, ſiue victoria de illo procurata; hoc vtrumque conſequi nititur tum captioſis argumentationibus, tum multitudine teſtimoniorum quorumcunque, ſuſque deque habens autoritates omnium ſcriptorum ſeu ſibi fingere, ſeu mutilare, ſeu detorquere, ſeu penitus corrumpere, ſeu ſine delectu de triuio diobolares etiam ad oſtentationem multæ lectionis afferre. Quumque in prima meorum dogmatum promulgatione de ſuggeſtu legens nemini contradixerim, ſed meam opinionem tantummodo propoſuerim; & in ſecunda eorumdem ſcriptis confirmatione ſolius Ariſtotelis autoritatibus ex fide relatis, & rationibus longe ab omni paralogiſmi captioſi labe diſtantibus vſus fuerim; iam ſatis patere cenſeo me in hiſce diſputationibus procul abeſſe a Sophiſtarum cenſu: In quorum numero num vir egregius mecum diſputans collocari debeat, vt aperiam, ille ipſe mihi neceſsitatem impoſuit allatis antea dicterijs. Quare libere quidem, ſed ingenue, citraque morum læſionem in hoc opere præſertim animaduerſioni ſuarum argumentationum, & autoritatum vacabo, num illæ deceptoriæ ſint in elenchorum grege; num hæ fictę, vel mutilatæ quapiam neceſſaria parte, vel diſtortæ, vel corruptæ, vel extra propoſitum habeantur; quum in eius priore libello mihi videar adnotaſſe viginti ſophiſmata captioſa, & falſas autoritatum citationes ducentum triginta ſex: quas in editionis vulgatæ cælo litterario nec ſua nobili dioptra ma-

xima

g Galil. xima g vir ille comperire poſſet, qui non ita pridem, præter alia multa ceteris hactenus inuiſibilia, primus aſpexit detexitque nobis aſtra Medicæa circa Saturnij globulum gyrantia. Quam animaduerſionem ſpero eum ęqui bonique conſulturum, qui nouit ab b Ariſtotele, ſanctum eſſe omnibus veritatem anteponere, & pro eius incolumitate debere virum Philoſophum propria quoque refutare. Sic igitur hanc ego Spartam vrgebo, quemadmodum ipſe me nunc ad eam tractandam impellit; nihil interim de obſeruantia & affectu cordis erga Collegam inſignem remittens, at ſolummodo veritati candide litans: nam etſi Dialogi leges obſeruans ipſum appellauero nomine ſecundæ perſonæ, non propterea minus eum colam, quam apud Platonem Dialogiſtam Alcibiades veneretur Socratem præceptorem ſuum, quem non aliter alloquitur. Iam ergo libere ac ingenue diſceptationem aggrediamur, auſpice ſummo Deo.

b 1. ethic. cap. 6.

FOR-

Digitized by Google

FORTVNII LICETI
LILIVM MAIVS,
Siue
DE NATVRA ASSISTENTE
DIALOGVS:

In quo dogmata de Natura Primo-Mouente dudum inuulgata, nunc iterum calamo contradicentis petita, ſarta tecta ſeruantur a nouis obiectionibus Viri Floridiſſimi.

PERSONÆ DIALOGI.

Vlyſſes, Circe, Sibylla, Lilium, Roſa, Leucippe, & Melanthium.

VLYSSES. Auroram conſalutantes Aues multiplici cantu nos vocant in hortum, o Circe; nam hac nocte decreui diſputationem hodiernam habere cum candido Lilio. CIRCE. Deſcendamus igitur ad Flores in occurſum Sibyllæ; nam & Melanthium ancilla proſpexit e feneſtra Vatem aduentantem. VL. Audire mihi videor Virginem ſacram Deo ſummo laudes concinentem: eamus eam ſalutatum. CIR. Salue Virago chara Numini. VL. Aue nobilis Fatidica. SIBYLLA. Vos ad veram beatitatem ducat leniter Deus ille verus, qui *a* ſuauiter omnia diſponens attingit a fine vſque ad finem fortiter. *a* Sap. 8. Quid vobis hodie propoſitum eſt? CIR. Vlyſſes diſſerere cupit cum eleganti Lilio De Natura Primo-Mouente. SIB. Gaudeo nobilem diſſertationis materiam aſſumi: pergamus ad eximium Florem. VL. Ipſius aream iam adeamus: at, o Vates, quia mihi futuram eſſe ſcio diſputationem cum Philoſopho, qui Theologia plurimum innititur; philoſophica quidem dogmata tractabo, ſed theologica tibi relinquam enucleanda. CIR. Fortaſſis in diſputatione phyſica non afferet ea, quæ pertinent ad Theologos. VL. Vtinam ita fiat. Ecce quomodo confabulantes in aream Lilij peruenimus: ip-

ſum compellabo, Salucte plurimum iubeo Floremſinclytum: Deus, o Lilium, primus ille Motor, qui *b* Natura eſt optime cuncta *c* gubernans, tibi det incrementum, & omnia ſalutaria. LILIVM. Et a ſummo Deo tibi iam a fulgeat, Vlyſſes, veritatis radius; quo tandem aliquando videas Primum Mouens immobile phyſice & proprie non eſſe Naturam: quod tibi dudum e publico ſuggeſtu voce demonſtraui, tuum hoc dogma reprobans. VL. Nihil mihi gratius eſſe poteſt, quam tecum agere ſcriptis de propoſito: nam verba, quum alata ſint, Homeri frequenti teſtimonio, volant ocyus, atque præterfluunt: ſed ſcripta permanent, poſſuntque nos diu multumque docere. Itaque libenter ego fruar tua *Diſputatione*, qua polliceris *d demonſtrare primum mouens immobile phyſice & proprie non eſſe Naturam*. LIL. Eſt *e* diſceptatio: ſed quod ad me ſpectat, in ſcuto, non in gladio; ad defenſionem, vt reſpondeam; non ad offenſionem, vt obijciam. VL. In hac noſtra litteraria monomachia te quidem primum aggreſſorem fuiſſe, telo multiplicis obiectionis e cathedra vibrato contra meas theſes; me vero defenſorem pure fuiſſe, tuis pilis oppoſito clypeo reſponſionis & vocalis, & ſcriptæ, norunt omnes propemodum Athenarum Patauinarum Alumni; qui plurimi prælectionibus vtriuſque noſtrum *f* interfuerunt: Quare diſceptatio tua, Flos inclyte, ſecunda eſt aggreſſio in gladio, quam ſcholæ nouam inſtantiam, ſeu replicam appellant; non autem defenſio in ſcuto, quam vocant reſponſionem. Ceterum quando tu noſtram diſputationem monomachiæ titulo nuncupaſti, iuſtum eſt antiquæ monomachiæ leges in hoc noſtro incruento certamine ab vtroque noſtrum obſeruari, vt alter e nobis campum, ſiue locum philoſophicæ dimicationis eligat, & alter arma vtrique paria. LIL. Suppono *g* ſemper ſermonem habendum eſſe proprie, ſtricte, phyſice, non metaphyſice, non Theologice, non impropric, non late, & Academice. VL. Peroptime: tu campum elegiſti Peripateticum in Naturali Philoſophia; extra cuius limites ego nunquam egreſſus fui tractans de Natura Primo-Mouente: tibi ſimiliter in area Peripateticæ Phyſiologiæ dimicare cordi ſit, incl. Flos: meminerisque tibi non licere pedem extra ferre in aream

b 2. cæl. t. 56.
c 12. met. t. 56.
d Gil. init. lib.
e ep. ad Lect.
f 1633. die 3. 5. & ſeqq Nouemb.
g pag. 22.

aream Academicam Platonicorum, nec in Theologicam. Quum autem a te ſelecto campo, meum ſit arma deligere; iuſtumque videatur nos paribus armis dimicare: iam ecce me dudum in campo ſtetiſſe duplici telorum genere munitum; rationibus, & autoritatibus: tu quibus armis vſurus es? LIL. Rationibus itidem, & autoritatibus. VL. Age videamus an hæc arma paria ſint: ego quidem attuli, ſemperque feram argumenta phyſiologica ex natura rei; & autoritatibus nitar vnius Ariſtotelis, raro conſulens Interpretes quantumuis claſſicos antiquiores; nam iuniorum autoritatem contra primarium Philoſophum Antenorei Lycei puto non habere vim probationis: tu vero rationes vnde tibi deſumes? vnde tibi deſumes autoritates? inclyte Flos. LIL. Rationes ego partim ex Metaphyſica, partim ex Theologia, partim ex naturali Philoſophia mihi depromam: autoritates vero nonnullas ex Ariſtotele, multo plures ex eius Interpretibus, tam priſcis, quam *b* recentioribus, plurimas ex Metaphyſicis, atque Theologis, quin & ex Sanctis Patribus, nec non etiam ex Medicis, & ex Iureconſultis. VL. Tu quidem, more Turcico, Scythicove myriadibus obiectis, me obrutum vis autoritatibus; & vſque adeo earum multitudine niteris, vt ſæpiſſime quorumdam autoritates in aciem ducas, quibus ego nec pro calonibus vterer, aut pro lixis in mea pugna; non ex omni herba conſtringendus faſciculus, o Lilium; nam iuxta Parœmiam & illud eſt, *Multa Syrorum olera*, vt pote quæ quanto in farraginem creſcunt, tanto ſunt inſipidiora & elanguida. Quid ſi Lilium, quando cum Roſa de imperio Florum habuit diſſidium, tunc ipſum non ſua maieſtate, qua eminet, frætum, maluam, mentham ad ſociale bellum, lactucam, rutam vocaſſet, ceteramque herbarum humilium turbam, nonne riſum illum coloris & floris, quo ver temperat, Roſæ geminaſſet? Nihil opus eſt te tot armis, tamque diuerſis, & Peripatetico non congruentibus onuſtum pugnam inire; nam illorum multa nihil me lædent Peripatetico clypeo munitum, alia ferre nequibunt haſtam Ariſtotelicam; te vero multum impedient. Depone rationes omnes e Theologia deſumptas, quæ ſupergrediuntur diſputationem pure phyſicam, nec deſcendunt intra vallum Peripateticum, in quo tu

b in ep. ad Lect. & in præf. a. ic.

nobis campum dimicationis phyſicæ nuper elegiſti. Conſimi-
liter ex te cunctas autoritates Sanctorum Patrum, & omnium
Theologorum, quia concluſionem phyſiologicam hæ demon-
i 1. poſt. t.56. ſtrare nequeunt; quum demonſtranti tranſcendere i non liceat
de genere naturali ad genus ſupernaturale; ſiquidem, vt ait
k Miſopo. c.8. k ille, nos Philoſophi Peripatetici

Humanum ſapimus, ſapiunt cæleſtia Diui.

Prætermittendæ tibi pariter ſunt omnes autoritates, & ratio-
nes è Metaphyſica deductæ, qui quæſtionem hanc phyſice tra-
ctandam ſuſcepiſti, non autem metaphyſice. Proijce quoque
Medicorum, & Iuriſconſultorum autoritates, quæ nihil ha-
bent virium, nihil habent iurium infirmandi, vel confirman-
di theſem phyſiologicam in Peripato. Remoue præterea Pla-
tonicorum omnium autoritates a noſtra concertatione; quia
Platonica nihil etiam iuris, nihilque ponderis habent in Scho-
la Peripatetica, quam terimus ambo; quemadmodum enim
ius ſuffragiorum in Republica Romana non dabatur Pœnis,
nec alijs exteris, at ſolum ciuitate donatis; ita prorſus in Ari-
ſtotelica Phyſiologia, quam colimus, ius probationis habere
non debent Platonici, ſicuti neque Iuriſconſulti, neque Medi-
ci, neque Theologi. Quare mecum in præſentia Phyſiologum
Peripateticum agens intra Peripati limites in Ariſtotelis phy-
ſiologia conſiſte, rationibus ex vna rei natura deſumptis ar-
matus, & vnis autoritatibus Ariſtotelicis; quibus ego potiſſi-
me tecum dimicare ſoleo. Depone pariter Interpretum, etſi
Peripateticorum, autoritates: tum quia dudum & ego de pro-
poſito tecum diſputans ab eis abſtinui, vel leuiter ſaltem teti-
l 1. de na. pr. mo. c. 12. gi l ſemel veluti per tranſennam eas innuens, non autem ijs ad
probationem potiſſimum vtens, vti tu facis: tum quia quum
tu ſis Ariſtotelicus Interpres, perinde ac illi, & in Antenoreo
Lyceo primæ Sedis Philoſophus, non minorem quam illi, ſpe-
ciatim Iuniores, habes autoritatem apud me: tum quia philo-
m 1. de nat. Deo. ſophicæ quæſtiones, vt ait M. Tullius, decerni debent rationum
pondere, non autem ſuffragiorum multitudine, hoc eſt auto-
ritatum vndecunque conquiſitarum, etiam de triuio, vber-
tate, vt ciuilia negocia; quod quidem tu facere videris. Præ-
termiſſis igitur alijs omnibus, affer in tui ſubſidium mihi re-

ceptas

ceptas vnius Ariſtotelis autoritates, & rationes phyſiologicas. LIL. Minime vero; quia ſi de mea diſputatione reiecero tot autoritates Sanctorum Patrum, aliorumque Theologorum tùm veterum, quam recentium Scholaſticorum, Platonicorum inſuper, Medicorum, Iureconſultorum, & Interpretum Ariſtotelis tam vita functorum omnium, quam in viuis etiamnum agentium, nudus ferme fuero, ac inermis; quum pauciſſimis vtar ego rationibus phyſicis, & non ita multis autoritatibus Ariſtotelicis. VL. Quid mirum ex te nunc audio, Flos inclyte? Tu, qui quæſtiones phyſiologicas agitans in cathedra ſingulas propoſitiones comprobare ſoles multiplici autoritate Ariſtotelis; eaſdem tractans quæſtiones in Muſæo non Ariſtotelicis, ſed alienis autoritatibus vteris? Non eadem tibi fluunt e calamo, quæ profluunt ex ore? Putabam in te verificari dictum Ariſtotelis, *n Sunt ergo ea, quæ ſunt in voce, earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ; & ea, quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in voce*. Caue nequiſpiam dicat, ea quæ de ſuggeſtu declamas, eſſe tua; quæ vero ſub tuo nomine prodeunt e typis adeo diuerſo ſtylo, eſſe aliena. Sed niſi ſponte volueris ea tela, Peripatetico, noſtræque diſputationi minime congruentia deponere, vi cuncta tibi detraxero, tum aperte negans omnes illas autoritates, & rationes, quas non Ariſtotelicas mihi repugnantes allaturus es: tum appellans ad Agonothetas noſtri certaminis æquiſſimos Iudices, atque nunc ad Sibyllam, quæ præſens nos audit. SIB. Si ſententiam æquam ferre debeo, recedendum mihi non eſt a iudicio Salomonis, qui tibi præcipit, o Lilium, vt *bibas aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui*: & iure merito; quum enim vterque veſtrum Principi Philoſophorum Peripateticorum nomen dederit, & ſub eius vexillo ſtipendia faciat in hac diſputatione; decernendum eſt; vt tu, Flos inclyte, paribus armis in litteraria monomachia cum Vlyſſe congrediaris, armatus & ipſe ſolis autoritatibus Ariſtotelicis, & rationibus phyſiologicis; niſi quantum ex vrbanitate, comitateque tibi permiſerit, ac indulſerit Vlyſſes alienis autoritatibus, & rationibus vti, quæ locum proprie non habent in Peripato. LIL. Itaque neceſſarium mihi fuerit meas ſectiones reſecare, ac integra fere capita deponere.

n 1. perih. c. 1.

o Prou. 5.

VL.

p Ep. ad Lect. int.

V L. Neceſſarium id plane foret, ac iuſtum; etenim ſi tu putas, vt *p* innuis, meam opinionem eſſe nouam; non debes aduerſum me Interpretum autoritates afferre; quorum autoritati iure prætuli rationes, quæ me duxerunt in ſententiam eorum opinioni contrariam: at ſi conceſſeris meum placitum eſſe vetus in Ariſtotelis doctrina radices habens; multo minus mihi debes Interpretes opponere; quum vna ratio, & vna tantum Ariſtotelis autoritas præualeat omnibus Interpretum mihi contradicentium autoritatibus. Quare tibi rationibus agendum eſt, & Ariſtotelis autoritatibus, non Interpretum, aut quorumlibet aliorum. Sed tamen ad veritatis maiorem euidentiam, hoc eſt, ad meæ ſententiæ confirmationem, tuique placiti euerſionem, ego concedam tibi paſſim vſum autoritatum alienigenarum. Iam ergo diſputationem aggredere, Flos delibate. Quodnam tibi præcipuum eſt inſtitutum?

q In front. lib.
r pag. 1.

L I L. *q* Demonſtrare primum mouens immobile non eſſe phyſice, & proprie naturam: proindeque reiectis improprijs naturæ ſignificationibus de natura proprie & ſtricte diſputandum eſt. Aggreſſurus huius rei explicationem putaui non eſſe recedendum ab approbata doctrina Boetij in libello de duabus naturis & vna perſona Chriſti. Aſſignat ibi tres potiſſimum naturæ acceptiones, vt propoſito noſtro ſatis eſt: primam latiſſimam minime propriam, pro eſſentia cuiuſque rei, ſiue ſubſtantiam ſumas, ſiue accidentia: alteram minus amplam, pro eſſentia cuiuſque ſubſtantiæ tam corporeæ, quam incorporeæ: poſtremam ſtrictam & propriam, pro principio motus inexiſtente in ſubſtantia corporea, & materiali; ſupponendo * ſemper ſermonem habendum eſſe proprie, ſtricte, non improprie, non late.

* pag. 22

V L. Decebat nobilem diſputationem auſpicari ab aliquo celebri dogmate Ariſtotelis, nitique quapiam nobili ac vera dignitate phyſiologica: ſed tibi placuit exordiri a diuiſione quadam, quam barbaram alij dicunt, alij plerique mutilam, & falſam, ac non bene petitam aduerſus Peripateticum ex opere theologico Boethij: cuius diuiſionis primum membrum cum ſecundo Theologicum eſt, ſolum tertium philoſophicum: quaſi varias Naturæ ſignificationes celebriores, & ſolidiores non habeamus apud *ſ* Ariſt. non vno in loco;

ſ 5. meta. t. 5. 2. ph y. t. 4. 10. 14. & ſeqq.

vnde

vnde Peripateticus eas haurire ſibi debuerat, quod ego *t* præſti- *t* lib. 1. c. 3.
titi. LIL. Sed cur eam diuiſionem mutilam dicis, & falſam,
ac non bene petitam aduerſus Peripateticum ex Boetio?
VL. Quod melius a nobili quopiam & Claſſico Peripatetico
diſtinctionem Naturæ hauſiſſes aduerſus Peripateticum, quam
ex Boethio Theologo: non enim tibi deerat *u* Themiſtius in *u* 2. phyſ.
propoſito præferendus Boethio. Præterea vero mutilam a te t. 7.
proferri Boethij diſtinctionem Naturę conuincitur ex eo, quod
e textu Boethiano quartam Naturæ ſignificationem ſuſtuliſti,
aut in eo loco a te *x* citato non vidiſti, propoſito noſtro maxime *x* pag. 1.
conuenientem, ac omnium ſignificationum maxime *y* ſtrictam, *y* pag. 12.
ſi tuis verbis vtar: non enim tres tantum attulit *z* ibi Boethius *z* de duab.
potiſſimum Naturæ ſignificationes, vt ais, ſed † quatuor, vt no- nat. init.
tauit etiam M. Albertus in loco citato dicens, *a* *Quum Boetius di-* † 1. falſa citatio.
cit Naturam quatuor modis dici, nos non intendimus niſi de natura, *a* 2. phy. tr.
quæ vno iſtorum dicitur quatuor modorum. Sed tibi fortaſſis impo- 1. cap. 1.
ſuit, quod Boethius tres modos initio nominauit, nec animad-
uertiſti quartum ab eo tribus explicatis adiungi; ſcribit enim
verbis ipſiſſimis, *Natura igitur aut de ſolis corporibus; aut de ſolis*
prædicatur ſubſtantijs, id eſt corporeis & incorporeis; aut de omnibus
rebus, quæ quocumque modo eſſe dicuntur: Quum igitur tribus modis
natura dici poſſit; tribus modis ſine dubio definienda eſt: nam ſi de om-
nibus rebus Naturam dici placet; talis definitio dabitur, quæ res om-
nes, quę ſunt, poſſit includere; erit ergo huiuſmodi, Natura eſt earum re-
rum, quæ quum ſint, quoquomodo intellectu capi poſſunt: In hac igitur
definitione & accidentia & ſubſtantia definiuntur; hæc enim omnia
intellectu capi poſſunt: additum vero quoquomodo, quoniam Deus &
materia integro perfectoque intellectu intelligi non poſſunt: idcirco ve-
ro adiunximus, quæ quum ſint; quoniã & ipſum nihil ſignificat aliquid,
ſed non naturam; neque enim quod ſit aliquid, ſed potius non eſſe ſigni-
ficat. Et ſi de omnibus quidem rebus Naturam dici placet; hæc ſit Na-
turæ definitio, quam ſuperius propoſuimus. Illico ponit ſecundam ſi-
gnificationem addens, *Sin vero de ſolis ſubſtantijs Natura dicitur;*
quoniam ſubſtantiæ omnes aut corporeæ ſunt, aut incorporeæ; dabimus
definitionem Naturæ ſubſtantias ſignificanti huiuſmodi, Natura eſt
quod facere, vel quod pati poſſit; pati quidem ac facere, vt omnia cor-
porea, atque incorporeorum anima: hæc enim in corpore, & a corpore

& fa-

& facit, & patitur: facere vero tantum, vt Deus, ceteraque Diuina. Habes igitur definitionem eius quoque ſignificationis Naturę, quę tantum ſubſtantijs applicabitur. Qua in re ſubſtantiæ quoque eſt reddita definitio; nam ſi omnem Natura ſubſtantiam monſtrat; quum Naturam deſcripſimus, ſubſtantiæ quoque eſt reddita definitio. Immediate tertium modum aperit aſſerens, *Quod ſi Naturæ nomen relictis incorporeis ſubſtantijs ad corporales vſque contrahitur; vt corporeæ tantum ſubſtantiæ Naturam habere videantur; ſicut Ariſtoteles, ceterique & huiuſmodi, & multimodæ philoſophiæ ſectatores putant; definiemus eam, vt ij etiam, qui Naturam non niſi in corporibus eſſe poſuerunt: eſt autem eius definitio hoc modo, Natura eſt per ſe motus principium: motus principium dixi, hoc eſt, quoniam corpus omne habet proprium motum; vt ignis ſurſum, terra deorſum: Item quod per ſe principium motus Naturam eſſe propoſui, & non per accidens; tale eſt, quoniam lectum quoque ligneum deorſum ferri neceſſe eſt; ſed deorſum per accidens fertur; idcirco enim quia lignum eſt, quod eſt terra, pondere & grauitate deducitur: non enim quia lectus eſt, deorſum cadit, ſed quia terra eſt, id eſt, quia terræ contigit vt lectus eſſet; vnde fit vt lignum naturaliter eſſe dicamus, lectum vero artificialiter.* Tribus his explicatis immediate Boethius quartum modum Naturæ ſpecialiſſimum addidit, inquiens, *Eſt etiam alia* b *ſignificatio Naturæ, per quam dicimus diuerſam eſſe naturam auri, atque argenti; in hoc proprietatem rerum monſtrare cupientes: quæ ſignificatio Naturæ definietur hoc modo, Natura eſt vnamquamque rem informans ſpecifica differentia. Quum igitur tot modis* (nempe quatuor allatis) *vel dicatur, vel definiatur Natura; tam Catholici, quam Neſtorius ſecundum vltimam definitionem* (quę quarta fuit) *duas in Chriſto naturas eſſe conſtituunt: neque enim eaſdem in Deum, atque hominem differentias conuenire.* Quare mutila eſt hæc tua theologica diſtinctio ex Boethio deducta, in qua prætermiſiſti quartam Naturæ ſignificationem, quæ præcipua eſt omnium. LIL. Boetius in c libello de duabus d naturis & vna perſona Chriſti definit Naturam; *Natura eſt vnamquamque rem informans ſpecifica differentia*, quæ quamuis ſit latior acceptio Naturæ, quam ea, quæ propoſito noſtro confert, tamen indicat Naturam habere informationem. VL. Miror ego, Flos inclyte, quartam hanc ſignificationem, qua Natura coarctatur ad differentiam ſpecificam infor-

b ibid.

c pag. 10.

d init.

informantem, a te dici latiorem, quam ea ſit, quæ noſtro propoſito confert: non ne tuum propoſitum eſt demonſtrare, naturam proprie preſſeque ſumptam eſſe formam informantem, non autem aſſiſtentem? quomodo iam hæc ſignificatio quarta Boethij definientis naturam eſſe ſpecificam differentiam informantem vnamquamque rem a te dici poteſt latior, quam ea, quæ propoſito noſtro confert? Deinde ſi definitio talis propoſito noſtro non confert, cur ea tu *e* mox vſurus es *e pag. 11.* in propoſito noſtro ad tui placiti confirmationem? SIB. Sed tamen ô Licini neque tibi fauet hoc in loco Boethius opinanti ſolam formam informantem eſſe naturam; vt infra commodiori loco ſatis oſtendam. ſufficiat autem in præſentia notaſſe, velle Boethium hoc loco tantummodo, præter tres naturæ ſignificationes quarta latiores, hoc eſt pluribus rebus communiores, dari quartam minus communem, quæ ſolum indicet ſpecificam differentiam informantem; quam duplicem vult cum Catholicis & Neſtorio in vna perſona Chriſti. VL. Neque negauero formam ſpecificam informantem eſſe naturam: ſed profiteor formam abſolute, quatenus eſt commune quid omni formæ tam informanti, quam aſſiſtenti, eſſe proprie naturam; quinimmo principium motus, quatenus eſt commune formæ ſimpliciter, & materiæ, eſſe naturam proprie definitam non ſolum ab *f* Ariſtotele, ſed etiam a Boethio concluſam in *f 2.phy.t.3* tertia ſignificatione, quam tu propriam aſſeris; quod latius infra probabitur. Interim tamen falſo ſupponis, immo vero proponis quamlibet naturæ ſignificationem, quæ ſe ſe extendit ad res alias vltra formas informantes, eſſe impropriam; ac omnino latiorem ſignificationem ſemper impropriam eſſe: quod vtrumque falſum eſſe facile confirmari poteſt; primum quidem, quia natura, vt communis materiæ ac formæ, proprie natura eſt, phyſiceque *g* natura, ab Ariſtotele *h* definita eſſe *g 2 phy.t.4* principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens: licet natura coarctata ad ſolam formam ſit *h 2.phys t 8* nobilior natura; ſeu melior natura, vt ait *i* Ouidius, for- *i 1.Metam.* mam infra Deum comparans ad Materiam, diſcretionem contrariorum elementorum in Mundi prima conſtitutione tribuens Deo, meliorique naturæ, quam materia ſit, concinens

B Ob-

Obſtabatque alijs aliud, quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus:
Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Licetque forma, prout contradiſtinguitur a materia, ſit ma-
k 2. phy. gis *k* natura; & materia in comparatione ad formam a Meta-
t.12. phyſico dicatur natura ſecundum *l* tranſlationem; abſolute
l 5. meta. tamen materia Phyſico eſt proprie natura *m* non minus quam
t.5. forma in ratione principij motus; quum vtraque ſimiliter
m 2. phy. t.4.10.21. comprehendatur in phyſica definitione naturæ ab *n* Ariſtotele
n 2.phy.t.3 promulgata. Secundum vero, quia Cæli nomen quum Ariſto-
o 1. cæl. t. teli *o* tres habeat ſignificationes; vnam latiſſimam, qua deno-
96. tatur Vniuerſus Mundus; alteram magis preſſam, qua cæli nomen coarctatur ad corpora cæleſtia, ſolis excluſis ſubcæle-ſtibus; & tertiam adhuc minoris amplitudinis, quæ cæli nomine ſola vltima ſphæra cæleſtis primum mobile dicta denotatur, ad excluſionem planetarum, & omnium aliorum ſecundorum mobilium; non tamen ſola hæc tertia cæli ſignificatio propria dici debet, & alia duplex impropria. Sic omnino latior naturæ ſignificatio, quæ complectitur materiam pariter atque formam omnem, minuſque lata, quæ materiam excludens comprehendit omnem formam tam aſſiſtentem, quam informantem, non debent impropriæ dici, cenſerique ſolum propria, quæ coarctatur a te tuoque Boethio, flos inclyte, ſolis ad formas informantes; nam æque proprie cælum dicitur Mundus totus, orbis ſuperelementaris, & ſuprema ſphæra: &
* 2.phy.t.4 eo magis, quo Magiſter vbicunque formam * conſtituit eſſe na-
& ſeqq. turam, ſemper de forma ſimpliciter & abſolute loquitur; nec
5.meta.t.5 vnquam vllum verbum appoſuit, quo videantur excludi debere a naturæ cenſu formæ aſſiſtentes. Sed age refer propriam naturæ ſignificationem ex Boethio, qua potiſſimum innititur
p pag. 3. Vniuerſa tua diſputatio. LIL. Tertia *p* & vltima acceptio propria & ſtricta, propterea ad rem noſtram conferens, ita deſcribitur a Boethio, *Quod ſi naturæ nomen relictis incorporeis ſubſtantijs ad corporales vſque contrahitur, vt corporeæ tantum ſubſtantiæ naturam habere videantur, ſicut Ariſtoteles ceterique eiuſmodi multimodæ philoſophiæ ſectatores putant, definiemus eam, vt ij*

etiam,

etiam, qui naturam non niſi in corporibus poſuerunt. & adducit ibidem naturæ definitionem traditam ab *q* Ariſt. Habemus ex hac vltima acceptione naturam non eſſe niſi in corporibus. q 2.phy.t.4
VL. Hanc non eſſe naturæ ſignificationem vltimam a Boethio numeratam, iam oſtendimus e textu Boethij. Sed hac tertia ſignificatione naturæ, quam propriam & ſtrictam ais, non excludi primum motorem immobilem, ac formas cæli aſſiſtentes, facile probauero; nam natura proprie tibi eſt quæ definitur ab Ariſtotele principium primum motus per ſe in quo eſt non ſecundum accidens: non ne tibi primus motor eſt primum principium motus per ſe? IIL. Non nego. VL. Non ne primus motor in cælo eſt non ſecundum accidens? LIL. Nego in cælo eſſe, nam cælo aſſiſtit; non in eo eſt per informationem. VL. Definitio naturæ ab Ariſtotele propoſita, quam á Boethio citatam ponis, accipienda eſt, inclyte flos, prout ab Ariſtotele proponitur, nec illi adijciendum, nec detrahendum eſt aliquid; nec verba in ea poſita ſunt vel amplianda, vel reſtringenda, ſed accipienda ſunt in ſua propria ſignificatione: modo Magiſter definit naturam proprie dictam eſſe principium motus *in quo eſt* ſimpliciter, non in quo eſt informans; nam materia in ea definitione comprehenditur, quæ tamen non eſt principium informans: at quum abſolute loquatur Ariſtoteles *in quo eſt*, non debet arctari ad informans. Sed Ariſtoteles ipſe, qui ſibi non *r* ſemel præfigit ordinem ſeruandum in phyſicis rebus tractandis, a communibus & confuſis, ad propria & diſtincta progredi; varietatem, ſeu diſtinctionem modorum, quibus aliquid in alio eſſe valet, phyſice quum multo poſt allaturus ſit inquiens, *ſ Poſt hæc autem accipiendum eſt, quot modis aliud in alio eſt. Vno igitur modo, vt digitus in manu, & omnino pars in toto: alio vero, vt totum in partibus; non enim eſt præter partes totum: alio autem modo, vt homo in animali, & omnino vt ſpecies in genere: alio autem, vt genus in ſpecie, & omnino pars ſpeciei in ſpeciei ratione. Amplius, vt ſanitas in calidis & frigidis, & omnino forma in materia. Amplius, vt in Rege Græcorum res, & omnino in primo mouente. Amplius, vt in ipſo bono, & omnino in ipſo fine; hoc autem eſt id, cuius cauſſa. Omnium autem maxime proprium eſt, quod vt in vaſe, & omnino quod in loco.*

r 1.phy.t.3 4.57.& 2.phy.t.27

ſ 4.phy. t 22. s tex.23.

Digitized by Google

u 2. phy t. 3. Profecto qui multo prius *u* definit naturam eſſe principium motus in quo eſt, non eſt reſtringendus ad id in quo eſt tanquam forma informans in materia; ſed vt abſolute loquitur, ita ſimpliciter eſt intelligendus de eo quod eſt in alio quopiam ex propoſitis a ſe modis. Modo primus motor, & Intelligentiæ motrices infra Deum ab Ariſtotele perſpicuis verbis ponuntur

x 8. phyſ. t. 84. in corpore cæleſti, vbi eſt motus velociſſimus, dum ait, *x Neceſſe eſt autem aut in medio, aut in circulo eſſe; hæc enim principia ſunt; ſed celerrime mouentur quæ proxima ſunt mouenti; huiuſmodi autem eſt ipſius totius motus; illic ergo ipſum mouens.* Quin & paullo

y 8. phy. t. 52. antea dixerat Ariſtoteles, *y Non eſt autem idem moueri ſecundum accidens a ſeipſo, & ab altero; moueri enim ab alio, & eorum, quæ ſunt in cælo, quibuſdam principijs ineſt, quæ ſecundum plures feruntur lationes, alterum autem corruptibilibus ſolum:* Vbi vel ipſe D. Thomas, ad cuius normam tu philoſopharis, per ea principia, quæ ſunt in cælo, intelligit motores Solis, & Lunæ, proindeque formas aſſiſtentes. Ceterum & quis neget cælum eſſe corporalem ſubſtantiam? aut cælum habere Intelligentiam motricem ſibi aſſiſtentem? ſi ergo tertia & propria Boethio ſignificatio naturæ dici debet ea, quam habet ſubſtantia corporea, vti tu ponis, inclyte Flos; iam primus motor immobilis, adeoque forma aſſiſtens tibi poni debet natura proprie dicta. SIB. Et eo magis, quo non ſolum Ariſtoteles aperte laudat

z 2. cæl. t. 2. antiquorum ſermones tanquam *z* veros, qui ponunt Deos, id eſt, Intelligentias motrices eſſe in cælo velut in loco: ſed etiam tu quotidie dominicam orationem dicens ais, *Pater noſter, qui es in cælis.* LIL. Ad ampliorem doctrinam iuuat

a 2. phy. t. 1. anim aduertere ea, quæ in hoc propoſito ſcribit *a* Philoponus, *Natura,* inquit, *eſt quædam vita, ſiue vis, quæ per corpora diffunditur, eorum formatrix & gubernatrix, principium motus & quietis in eo, cui ineſt primo per ſe, & non ſecundum accidens.* dum dicit naturam eſſe vim formatricem corporum, aperte ponit eſſe formam materialem. VL. Etſi Philoponus eo loci tam male de natura ſentiat, vt dicens animam non eſſe naturam, nullius autoritatis apud me ſit in propoſito; tamen in verbis abs te productis non habeo coarctari naturam ad formam informantem; tum quia tractat ille potius de natura vniuerſali, quam

de

de ſpeciali, circa quam nos in præſentia verſamur: tum quia formatrix forma non eſt idem, ac *informans* forma; nam omnis forma, etiam aſſiſtens, qua forma eſt, format & gubernat id, cuius forma dicitur: quum enim forma ſit actus, & perfectio; ideo formatrix eſt, quia eſt actuatrix, vt ita dicam, atque perfectrix: at informans ita perficit, vt perficiendo neceſſario moueatur ad motum ſubiecti, quod informat, ad aſſiſtentis formæ diſcrimen, quæ neceſſario, nec formaliter mouetur ad motum corporis, cui aſſiſtit: Formare vero, & informare, diuerſa penitus eſſe, cognouit vel ipſe Sueſſanus (cuius autoritas apud eximium Floreïn habet vim probationis) inquiens, o *Verum & forma orbis dicta forma a virtute formatiua; quoniam Intelligentia cauſſa eſt eſſe orbis, & permanentiæ eius: ſed intellectus nec forma eſt hominis a formatione, nec ab informatione*. Et mox, p *Ex his modo dictis licet intelligere differentiam inter Auerroem, ac Themiſtium; declaratum eſt enim ſecundum Themiſtium intellectum eſſe animam vt formam hominis, non quidem ab informando, ac inanimando, ſed a formatione, ac animatione: & ſic ſecundum eum non tantum vtens eſt corpore, verum ipſi eſſe, & vitam præbens*. Quare Philoponus aſſerens naturam eſſe formatricem non eſt intelligendus de natura informante, prout ab aſſiſtente diſtinguitur. LIL. Idem q Philoponus ſcribit naturam eſſe in ſubiecto, & aperte dicit eſſe in ſubiecto per modum formæ informantis, ſic ſcribens, *Verum non quemadmodum accidentia dicuntur eſſe in ſubiecto, ſed vt forma in materia, quæ complet & perficit vnam ſubſtantiam cum ſubiecto*: hoc vero proprie non conuenit niſi formæ informanti. V I L. Philoponus allatis verbis nullam omnino mentionem habet de forma informante; ſed ea protulit, quæ communia ſunt aſſiſtenti; nam & hæc eſt in ſubiecto, non vt accidentia, ſed vt forma in materia, quæ complet, & perficit vnam ſubſtantiam cum ſubiecto; tum quia nuper ex tuo Sueſſano audiuimus, Intelligentiam eſſe formam formatiuam orbis, & cauſſam eſſe orbis, & permanentiæ eius: tum quia Themiſtius ipſe, teſtimonio tui Sueſſani, qui putat intellectum non eſſe formam informantem hominis, ſtatuit ipſum dare eſſe & vitam corpori; tum maxime quia decretis r Auerrois non ſolum, ſed ipſiuſmet ſ Ariſtotelis,

o 3. de intell. cap. 10

p cap. 11.

q 2. phy. t. 4.

r 2. cæl. co. 3. 13.

ſ 2. cæl. t. 13

12. meta. t. 49.

Digitized by Google

ex Intelligentia motrice & orbe cæleſti fit vnum animatum à ſeipſo mobile. LIL. Non diſtat ab hac eadem opinione Galenus dum dicit, *t Hoc loco per nomen naturæ vim quandam intelligere conuenit in his ipſis corporibus, quæ ab ea reguntur, inhabitantem*. VL. Et tu, Flos inclyte, per vim inhabitantem in corporibus, quæ ab ipſa reguntur, formam informantem interpretaris? iam ergo tibi nautæ, qui totam vitam degunt inhabitantes in nauibus, quas regunt, & gubernant, dicentur nauium ſuarum formæ informantes: ſunt enim quidam cum vxoribus & filijs ſemper in nauibus degentes, ac in ijs mercimonia tractantes, nunquam ex ijs egredientes! Ceterum Intelligentiam motricem, quæ forma eſt cælo aſſiſtens, non autem orbem informans, id habere commune cum formis materialibus informantibus, vt ſit in ſuo corpore mobili tanquam in materia, licet ab ijs differat, quod non eſt mobilis, nec diuiſibilis ad motum, ac diuiſionem ſubiecti corporis, iam ab Auerroe poteras accipere, cuius longe maior autoritas eſt in Peripato quam Latinorum, potiſſimumque iuniorum, quibus potiſſime niteris; ait enim, *u Et virtus, quæ eſt in hac natura, eſt ſimilis formæ naturali, & ſimilis formæ abſtractæ: aſſimilatur enim formæ materiali, quia ipſa dat huic corpori motum circularem, & eſt in corpore, quod mouetur per ipſam;* &c. LIL. Adduco vltimo loco auctoritatem celeberrimi Platonici Cardinalis Beſſarionis in lib. de natura & arte cap. 3. circa finem, *Natura eſt, quod in rebus ipſis innatum hæret:* Obſeruo illud verbum *hæret*, quod ſignificat inexiſtentiam, qualis eſt formæ vere informantis. VL. In hoc tuo telo conſpicio, Flos inclyte, ſententiam autoris mutilatam ea parte, quæ meum placitum firmat; & inſpicio mirabundus falſam plane citationem: Quum enim eo loci legatur, *Natura non eſt cauſſa inſtrumentalis, ſed quod in rebus ipſis innatum hæret:* tu primo textum mutilas, omittens illa verba, *non eſt cauſſa inſtrumentalis:* quæ quantum faueant naturæ aſſiſtenti, conſtat ex eo, quod Autor ille naturam ideo dixit innatam hærere in rebus ipſis ad inſtrumentalis cauſſæ differentiam, quæ plerumque abeſt ab agente primario; & nunquam cum eo coniungitur in eadem ſpecie: formæ vero cælis aſſiſtentes innatæ in cælis ipſis inſunt, ac hærent; nec ſunt inſtrumentales cauſſæ mo-

tus

t 6. Epid. com. 5. ex p. 8. 1.

u 2. cæl. com. 3.

tus cęleſtis, ſed principales: quare ſententia non mutilata meæ fauet opinioni. Verum enim vero tu mihi ſententiam veluti propriam Beſſarionis opponis, quæ vere † Beſſarionis non eſt, ſed ab ipſo Beſſarione reprobata; & aduerſum me Collegam tuum Philoſophus in Antenoreo Lyceo primi ſubſellij falſam autoritatem adducis? hoccine, vir inſignis, eſt, quod x alibi polliceris, te diſputationem mecum peragere, vt ſperes omnes agnituros, rem eſſe veritatis, & philoſophiæ candidatorum, non tuæ propriæ oſtentationis? vtque ſepares Philoſophum a Sophiſta? certe Sophiſtæ, non Philoſophi, eſſe norunt omnes, falſis autoritatibus niti: ſed in eo quod falſa citatione vteris, id mihi tecum in pręſentia contingit, quod non ita pridem euenit Epiſcopo Eureaux in Gallia cum Domino de Pleſſis. LIL. Expecto tuam hanc oſtenſionem, & audire cupio quid ad propoſitum noſtrum faciat hæc hiſtoria Gallicana. VL. Audi Petri Matthæi Regij Hiſtoriographi verba, h *Il Rè ſe n'andò a Fontanableò per paſſarui la Quareſima, la quale fù accompagnata da vn'attione altretanto più celebre, quanto che è ſtata tutta Regia per lo bene della Religione: Queſta fù la conferenza di Fontanableò in preſenza del Rè, di molti Prencipi, & Vfficiali della ſua Corona, Conſiglieri di Stato, Prelati, & altri Signori ſegnalati del ſuo Regno. Fù l'occaſione di queſta conferenza, che Filippo di Mornai Signor di Pleſſis Marlì, Gouernator di Somur, Intendente della Caſa, & Corona di Nauarra, haueua dato in luce vn libro per moſtrare, che l'Inſtitutione della S. Euchariſtia era ſtata ne' principij l'iſteſſa coſa, che ſi faceua, ed era inſegnata in molti luoghi ſeparati dall'vbbidienza del Papa, in Francia, Alemagna, Inghilterra, Scotia, Danemarca, Suetia, e Polonia. opera grande, e laborioſa, nella quale ſenza dubbio molti miniſtri haueuano contribuito le vigilie, loro ſtudij, e loro memorie. Diceuaſi che Pleſſis s'era troppo fidato nella relatione d'altri, e non ſi era affaticato a verificare le autorità preſe ne i proprij luoghi. Queſto libro fù abbracciato dagli vni, e caricato d'Anatemi da gli altri. Beranger fù de' primi, che gli ſcriſſe contra. Iachez Suarez Portogheſe predicò vna Quareſima intiera ſopra queſto libro: I Geſuiti di Bordeos trouarono di gran paſſi falſificati, tronchi, e mutilati: doppo queſti il Veſcouo d'Eureux l'intrapreſe publicando per tutto, che moſtrerebbe in queſto libro cinquecento enormi falſità di*

conto

† 1. falſa citatio.

x Propug. de an. ſep. epiſt. dedic.

h 3. hiſt. Gal. nar. 2. in f.

conto fatto, ſenza iperbole cauate da maggior numero. Pleſſis preſenta vna ſupplica al Rè, accioche ſua Maeſtà ſi contenti di ordinare Commiſſarij per verificare di carta in carta, e di linea in linea tutti i paſſi allegati nel ſuo libro. Accordò il Rè queſta conferenza a fine che la verità fuſſe illuminata contra alle tenebre della calunnia; e ne laſciò il penſiero al ſuo Cancelliere. Non ſi trattaua di formare vna diſputa piena di audacia, ſoggetta alle cauillationi de Soſiſti, anzi ſolamente di hauere perſone, che haueſſero l'occhio purgato, e l'orecchia ben netta, per verificare li paſſi, ſe vi erano allegati falſamente; e di eſaminare ſe le parole erano alterate, o mutilate: per queſto non vi furono chiamati Theologi. Si eleſſero per Commiſſari, Agoſtino di Thou Preſidente nella Corte di Parlamento di Parigi, Pitheu Auocato nell'iſteſſa Corte, Teure precettore di Monſieur il Prencipe di Condè, in abſenza del quale ſucceſſe Martino Lettore, e Medico del Rè, per li Catolici: e per gli altri, il Preſidente di Calignone, Cancelliere di Nauarra, in luogo del quale entrò de Trenes Canay Preſidente nella Camera di Linguadoca, e Caſaubon Lettore di Sua Maeſtà nelle lettere greche: tutti perſonaggi ſingulari in tutte le ſorti di ſcienze, e di lingue. Meritaua la diſputa che ſi deſſe principio da qualche paſſo inſigne, o delle Scritture Canoniche, o di qualche antico Padre di autorità irrefragabile; ma ella cominciò da i Scoto, che era vno de i ſettanta paſſi notati dal Veſcouo d'Eureus, il quale diceua che Pleſſis haueua malè allegato, pigliando gli argumenti delle obiettioni per l'opinione, e riſolutione di Scoto. Eccoui come l'allega. Giouanni Duns (dice) Scoto cent'anni dopò il Concilio Laterano ardiſce di rimettere in dubio, ſe il corpo di Chriſto è realmente contenuto ſotto le ſpecie, e diſputa che nò: & i ſuoi argumenti ſono, che la quantità non lè può ſoffrire, così per la località, e circonſcrittione attaccate alla natura d'vn vero corpo, tale come quello del Signore. Hora diceua il Veſcouo d'Eureus, che le parole che Pleſſis imputaua a Scoto, erano quelle de gli Heretici, che egli ſi preparaua per impugnare, e refutare; che haueua preſo l'obiettione per reſolutione; Che era fra tutti gli errori da imputarſi a vn'autore, il più aſſurdo, e intolerabile. Si notò in Pleſſis lo ſtordimento &c. Comandò il Rè, che il paſſo di Scoto fuſſe conferito à quello di Pleſſis. Il Veſcouo d'Eureus, che già ſi era accorto della turbatione del ſuo auerſario, inſtaua forte ſopra queſto paſſo. Quando haueſſe hauuto manco ragione, che non haueua, il ſuo

i 4. ſent. d.1.q.1.

gran

gran diſcorſo alto & ardito l'hauerebbe ſempre poſto sù l vantaggio. I Commiſſari non pronunciarono niente ſopra queſto primo paſſo; e tuttauia ſi leuò per la ſala vn ſordo bisbiglio, che Pleſſis s'era ingannato, hauendo preſo l'obiettione per la ſolutione. Queſta voce, e queſto disfauore de gli aſſiſtenti accrebbe la confuſione di Pleſſis &c. Era il ſecondo paſſo di Durando, citato da Pleſſis ſopra l'iſteſſa materia della tranſuſtantiatione. Il Veſcouo d'Eureus diceua, che Pleſſis haueua allegato gli argumenti de gli auerſari della Chieſa, che Durando confutaua, per le parole, e dottrina di Durando &c. Il Veſcouo d'Eureus, che haueua proteſtato nell'entrata della Conferenza di non deſiderare il giuditio de' Deputati, che ſopra la differenza dell'interpretatione delle parole, o della editione de gli eſemplari, ſupplicò il Rè, che gli piaceſſe comandare, che giudicaſſero ſpeditamente ſopra la qualità dell'allegatione, a fine di abbreuiare, e riſparmiare il tempo: il che hauendo comandato il Rè, doppo che i Teſti allegati furono letti dentro il libro di Durando, il Cancelliere per ſuo parere, e per quello de Deputati, diſſe, che Pleſſis haueua preſo le obiettioni per la reſolutione. Fideliter hæc (omiſſis quæ nihil intererant propoſito noſtro, ad euitandam ſuperfluitatem) ex hiſtorico Regio deduxi, quibus tuum hoc primum telum Pleſſiacum diſrumpitur; dum enim mihi Beſſarionem obijcis, vir inclyte, quaſi dicentem lib. de Nat. & Arte cap. 3. in f. *Natura eſt quod in rebus ipſis innatum hæret*, iocaris ne, an ſerio id dicis? ea verba non ipſe *i* Beſſario veluti ſua protulit; ſed attulit quæ contra ſe Georgius Trapezuntius ad amicum Heſaiam ſcripſerat; etenim eo capite pura verba Trapezuntij profert Cardinalis ille, à ſe mox euertenda; & adeo clare Beſſario notat ea eſſe falſa dogmata Trapezuntij, vt non ſolum id initio capitis illius perſpicuis verbis aſſeueret, ſed per totum caput virgulis geminatis ad marginem notatis vnicuique ponit ob oculos, quæ in eo capite deſcribuntur, non eſſe ſua, ſed aliena; quinimmo ſequentis capitis initio dicit, *k Hæc Georgius, aduerſus quam hominis maledicentiam potius quam diſputationem* &c. Et tu, Fles inclyte, quæ Trapezuntij ſunt, a Beſſarione reprobata, veluti dogmata Beſſarionis propria mihi opponis? non ne vides hanc poſitionem Trapezuntij reprobari paullo poſt a Beſſarione decernente, naturam eſſe poſſe cauſſam effectricem, adeoque ſe-

i 3. falſa citatio.

k cap. 4.

C pa-

paratam ab eo indiuiduo, in quo motum naturalem efficit? en verba genuina Beſſarionis euidenter hoc tuum dogma reprobantia, k *Verum natura cauſſa quoque efficiens eſſe dicitur; quicquid enim fit, id ex aliquo fit ſubiecto; potentia id ſubſtans, quod futurum eſt: & ab agente actu ſubſtante efficitur: Itaque ſi naturam eorum, quæ generant, cogitas; natura profecto agit actu ſubſtans; ſiue primum generans accipis, ſiue ſecundum, quod Ariſtoteles naturam, virtutem, & principium primum mandatum appellauit; nam id quoque agendi obtinet facultatem; actu enim aliquid eſt; agitque virtute, quam immediate a generante accepit: quamobrem tum concauſſa, hoc eſt comes, aut conſors cauſſa, tum inſtrumentalis cauſſa dictum eſt; vt pote quod alijs pleriſque interpoſitis cauſſis, ac poſtremo ſuperiori, & omnium cauſſæ ſeruiat. Nec propterea ſequitur, quod Georgius cenſet, vt a re mobili ſeparari ſimpliciter debeat: dum enim ab ea re mobili, quam moueat, ſeparetur, ſatis eſt ad mouentis, mouendæque rei neceſſariam ſeparationem. Separatur igitur mouens natura a natura eius, quod mouetur; ſed non a ſimpliciter mobili natura; ſiue enim agens, ſiue patiens, cum re mobili coniuncta eſt; quamquam altera mouetur, quatenus mobilis eſt; altera mouet, non quatenus mobilis, ſed quatenus motiua, actiuaque eſt.* Sic igitur telum hoc tuum mihi fuit haſta Pelidæ, quæ ſanabat illico, quos vulnerabat: quùm enim audito nomine autoritatis celeberrimi Platonici Cardinalis Beſſarionis vulneratus eſſem dolore metuque cordis intrinſecus, ſtatim ac in me lanceam hanc direxiſti, protinus omni metu ſolutus omnis doloris expers in campo ſanus & integer tactu lanceæ conſiſto. Ceterum etſi diſputationi dedero, productam autoritatem eſſe genuinam Beſſarionis, putasne Cardinalis autoritate, qui Platonis doctrinam potius excolit quam Ariſtotelicam, cui non parum infenſus eſt in toto eo volumine, me Philoſophum Ariſtotelicum contraria ſentientem coargui poſſe? Quinimmo dicat iſta Beſſario, ſi placet; ſit ille ſummæ autoritatis in Peripato; cenſes hiſce tuam ſententiam communire, meamque demoliri? procul abſit vero, *Natura*, inquit ille tuo teſtimonio, *eſt, quod in rebus ipſis innatum hæret*; explicas tu; *id eſt, inexiſtit per informationem*; quod falſum eſt omnino; quantitas enim, & accidens omne proprium in rebus ipſis materialibus innatum

k de nat. & ar. cap. 7.

tum

Digitized by Google

tum hæret; riſibilitas eſt; quod in hominibus ipſis innatum hæret; ergo tibi quantitas, & omne proprium accidens erit rerum materialium forma ſubſtantialis informans; ergo tibi ſpeciatim riſibilitas inexiſtet in hominibus ipſis per informationem, ſeu erit hominis forma ſubſtantialis informans: quod quam abſurdum ſit, iudicent ſapientes. At vero prætermiſſis conceſſionibus his, primæ reſponſioni nobis eſt inſiſtendum, qua luce meridiana clarius oſtendimus, te in hac citatione tibi ſumpſiſſe falſo Trapezuntij placitum pro dogmate Beſſarionis, qui tale placitum falſum eſſe plane coarguit. Oro te, Flos inclyte, prorſus abſtine ab huiuſmodi falſis citationibus: ne teſtimonijs aliorum fidem adhibeas, ſed autores tu ipſe videas, ſententiaſque de fonte prome. LIL. Albertus Magn. 2. eth. tr. 2. cap. 2. ſic enunciat de Natura, *Natura forma eſt, & principium agendi, & in quantum forma eſt, ad ſubiectum habet operationem, & ſine ſubiecto eſſe non habet*: hoc nemo ignorat eſſe proprium formæ informantis. VL. Id equidem ego ignoro, qui ſcio formam aſſiſtentem eſſe formam, & principium agendi, & in quantum forma eſt, ad ſubiectum habere operationem, & ſine ſubiecto eſſe non habere; nam forma, in quantum forma, ſubiecti forma eſt; quum forma & materia ſint ad aliquid Ariſtoteli, *m* ac vnum relatiuorum formaliter eſſe nequeat ſine alio; nec primum mouens, vt mouens eſt, ſine mobili eſſe valeat. LIL. De qua forma informante legimus apud Auerroem 4. phyſ. 17. *Vnum enim eorum, quæ ponit naturalis eſt, quod forma non ſeparatur per ſe, & quod ſeparatio eius a ſubiecto eſt corruptio.* VL. In primis hoc Auerrois dictum abſolute falſum eſt, tum quia naturalis Philoſophus ponit animam rationalem, quæ forma informans eſt, eſſe *n* ſeparabilem per ſe ab homine, ſiue a materia; tum quia perſpicuis verbis Ariſtoteles aſſerens, naturalem ſcientiam eſſe circa ſubſtantiam, non abſolute ac neceſſario inſeparabilem, ſed vt *p* plurimum definitione inſeparabilem, conſtituit Phyſicum agere quoque de quapiam forma ſeparabili, *Naturalis, ait, ſpeculatiua quædam profecto eſt: ſed ſpeculatiua circa tale ens, quod poſſibile moueri, & circa ſubſtantiam ſecundum rationem vt plurimum inſeparabilem ſolum eſt.* Ceterum Auerroes ibi ſolum ait, materiam & formam eſſe in-

m 2. phyſ. t. 26.

n 2. de an. t. 21.

p 6. meta. t. 1.

Digitized by Google

ſeparabilem ab eo, cuius eſt materia & forma; proindeque non eſſe locum, a quo corpus locatum eſt ſeparabile; ſed inde nihilo magis conuincere potes naturam eſſe formam informantem, quam materiam eſſe formam informantem, & Intelligentiam quoque motricem, quæ vt mouens, eſt inſeparabilis a mobili, eſſe formam informantem. L I L. Concludamus ex dictis naturam proprie dictam eſſe formam materialem informantem. V L. Ex dictis hanc, vir optime, concluſionem deducere non potes; tum quia dictorum plurima procul a vero abeſſe probaui: tum quia prædicta fuere ſolum autoritates vt plurimum Interpretum, Theologorum, & Medicorum, quæ vim probationis non habent apud Peripateticum contraria ſentientem. Denique concluſio, qua dicis naturam eſſe formam materialem informantem, quum abs te proferatur indefinite, ponisne, præſtantiſſime Flos, eam particularem, an vniuerſalem? ſi particularem dixeris, lubens concedam aliquam naturam eſſe formam materialem informantem; quia ſic non tollitur quin alia natura ſit forma immaterialis aſſiſtens: Sin vniuerſalem volueris, contendens omnem naturam eſſe formam materialem informantem, iam non patieris materiam eſſe naturam: quod tamen *q* Ariſtoteles aſſerit non ſemel. Sic ergo diſcuſſo
q 2.phy.t.4 & ſeqq. primo capite, nunc ſecundum aggrediamur: quid in eo polliceris? L I L. Recte *r* explicari naturam proprie dictam per
5.meta t.5 r 1.de.c.2. hoc, quod ſit principium intrinſecum. V L. Illud in primis adnotaſſe velim, Ariſtotelem nunquam dixiſſe naturam eſſe principium internum, potiſſimum eo ſenſu, quo tu nunc vteris interni nomine; ſed ſemper dixiſſe naturam eſſe principium motus in quo eſt, ſiue in ipſo; quod longe aliud eſt. Dein etſi dudum *ſ* oſtenderim formam aſſiſtentem, ac primum moto-
ſ l.2.c.2.3. rem eſſe principium intrinſecum; quod & D. Thomas mihi conteſtatur apertis verbis inquiens, *t Dicendum quod cœlum di-*
t 1.p.q.70. ar.3.ad 5. *citur mouere ſeipſum, inquantum componitur ex motore & mobili, non ſicut ex forma & materia, ſed ſecundum contactum virtutis, vt dictum eſt. Et hoc etiam modo poteſt dici, quod eius motor eſt principium intrinſecum: vt ſic etiam motus cæli poſſit dici naturalis ex parte principij actiui, ſicut motus voluntarius dicitur eſſe naturalis animali inquantum eſt animal, vt dicitur* 8. *phyſ. t.* 27. ex qui-
bus

Digitized by Google

bus apparet D. Thomam ponere non ſolum formam informantem, ſed etiam aſſiſtentem, adeoque primum motorem immobilem eſſe principium internum atque naturam; quod placitum alibi *u* latius tuetur, & explicat ad mentem Ariſtotelis: *u* 2. con. gen. c. 70. attamen diſputandi gratia videamus quomodo tu probes propoſitum; mihi enim quamuis natura proprie dicta ſit principium intrinſecum in relatione ad aliqua; nempe ad artem: non tamen formaliter, vt natura eſt, erga omnia, quæ ceu natura reſpicit, eſt principium intrinſecum omnino, ſecus ac opinaris: at vnde colligis propoſitum? L I L. Nihil magis obſeruarunt Peripatetici, quam quod natura ſit intrinſecum principium motus & quietis in eo, cui ineſt. Acceperunt hoc ab Ariſtotele in locis vulgatis, præcipue 2. phy. t. 3. 5. meta. t. 5. 1. Rhet. cap. 10. V I. Natura, prout natura eſt, ad duo refertur, ad motum & quietem, & ad ſuppoſitum, ſiue ſubiectum, in quo motum & quietem procreat; ſi quidem referatur natura ad ſubiectum, in quo motum producit; quum duplex natura ſit, quæ motus principium ponitur (idem cenſeas de quiete) altera, quæ motus eſt principium paſſiuum, cuius modi eſt materia, vt ponit *x* Ariſtoteles; altera, quæ eſt principium *x* 2. phy. t. 2. & ſeqq. actiuum, cuiuſmodi eſt forma: vt certum cuiuis eſt, naturam, quæ materia dicitur, eſſe principium internum mobili; ſic aperte conſtat ex *y* Ariſtotele, naturam, quæ forma dicitur, eſſe *y* 8. phy. t. 27 & 32. principium aliquando quidem internum mobili, vt in animalibus, & in ijs, quæ mouentur a ſeipſis; aliquando vero externum vt in inanimatis, & omnino in grauibus, & leuibus; quæ Magiſter ait ſecundum naturam moueri a generante. Similiter ſi natura formaliter ad motum referatur; vt notum eſt, naturam, quæ principium eſt motus paſſiuum, nempe materia, eſſe internam motui; ſic euidens eſt, principium motus actiuum eſſe ſemper extrinſecum motui; tum quia motui tria tantum interna ſunt, terminus a quo, terminus ad quem, & ſubiectum ab vno in alterum terminum tranſiens; mouens enim cauſſa ſemper eſt externa motui: Quum itaque Natura motus & quietis effectiua, qua de agimus, formaliter non ſit principium paſſiuum motus; ideo poteſt quidem eſſe principium internum mobili, ſed tamen nunquam internum motui: Neque ſecus

pro-

Digitized by Google

z 2. phyſ. t.3. profitetur Ariſtoteles in locis allatis; nam in definitione z Naturæ non habetur niſi naturam eſſe principium motus in quo eſt; ſed hoc longe alio ſenſu dici, quam quo cenſet Flos eximius, ita probamus ex Ariſtotele: nam ipſe inter modos, quibus aliquid eſſe in aliquo phyſice poteſt, † enumerat tertium, & quartum modum his notis, *Alio autem modo, vt homo in animali, & omnino vt ſpecies in genere: Alio autem, vt genus in ſpecie, & omnino pars ſpeciei in ſpeciei ratione.* Dum ergo pater filium generat, Ariſtotele * doctore, ſubit rationem naturæ, atque ad artis differentiam eſt principium motus generationis in quo eſt, nimirum tum vt ſpecies maſcula in genere animalis; tum vt pars ſpeciei humanæ generationem promouet in tota ſpecie, ſeu in eſſentia ſpeciei humanæ, cuius altera pars eſt mulier. Sed hæc vt opinionem tuam demoliuntur, qui principij interni nomine, ac per id in quo eſt, intelligis internum eidem indiuiduo, ac partem eſſentialem eiuſdem numero indiuidui, in quo fit motus: ita latius explicabuntur infra commodiori loco, vbi ex Ariſtotele oſtendemus Naturæ ſufficere vt ſit principium eiuſdem ſpeciei, ac omnino vt pars in toto quomodocunque. Cuius etiam ſecundus locus ex Metaphyſica deductus mihi non officit, nec omnino tuæ ſententiæ ſuffragatur; quoniam Philoſophus ibi *a* ſex naturæ ſignificationes proponit; ſed primariam, & proprie dictam naturam quadruplicem eſſe determinat; minus proprie, ac ſecundariam naturam duplicem ponit: inter proprie dictas naturas enumerat duas internas, totidem externas; naturarum improprie, & ſecundario dictarum, vnam internam, & alteram externam affert. Porro ſex hæ naturæ ab Ariſtotele hoc ordine proponuntur eo loci, *Natura vero dicitur, vno quidem modo naſcentium generatio*: quæ natura eſt minus proprie dicta, & externa; quia eſt ante genitum, & deſinit eſſe eo præſente, vt conſtat ex *b* Ariſtotele. *Alio vero, ex quo primo inexiſtente generatur, quod gignitur*: quæ materia eſt natura proprie quidem, ſed *c* ſecundario, attamen interna ei, quod mouetur, & oritur. Mox naturas primarias pariter ac proprie dictas referens Ariſtoteles addit, *Item vnde primus motus in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt*: quæ definitio eſt cauſſæ efficien-

† 4. phyſ. t.23.

* 12. meta. t.13.

a 5. meta. t.5.

b 2. de gen. t.55.

c 2. phyſ. t.12.

Digitized by Google

tis ab Ariſtotele relata in *d* Phyſicis: quare tertia ſignificatio naturæ denotat formaliter cauſſam effectricem motus; quæ natura formaliter eſt externa motui, cuius eſt cauſſa efficiens, tum quia efficiens cauſſa ad materiæ formæque diſcrimen numeratur inter cauſſas externas; tum quia motui, qui accidens eſt, ſubſtantia non eſt interna; tum quia motui, qui habet eſſe fluens, internum eſſe nequit mouens, quod habet eſſe permanens; ſi vero efficiens referatur ad mobile, partim externum, & partim eidem poteſt internum eſſe, non ſolum modo prædicto, ſed alio quoque ſuo loco proferendo. Dein affert quartam naturam, & quintam Ariſtoteles inquiens, *Alio autem modo Natura dicitur ſubſtantia eorum, quæ natura ſunt.* Quam non ſolum *e* alibi, ſed etiam ſtatim declarat eſſe formam, dicens, *Quare & quæcumque natura ſunt, aut fiunt, iam exiſtente ex quo aptum eſt fieri, aut eſſe, nondum dicimus naturam habere, ſi ſpeciem, & formam non habeant.* Sed hanc naturam, quæ ſubſtantia dicitur eorum, quæ natura ſunt, duplici nomine, ſpeciei, & formæ, notauit; quia duplicem eam ponit Ariſtoteles, nempe formam, quæ pars eſſentialis eſt altera compoſiti, quam ſcholæ nuncupant formam partis, & eſt quarta natura; & eſſentiam totam compoſiti, quæ dicitur forma totius, & eſt natura quinta. Quas ſtatim explicat Ariſtoteles declarans quartam, & quintam naturam dicens, *Natura igitur & forma, & ſubſtantia;* nimirum forma partis, quæ eſt quarta naturæ ſpecies; & ſubſtantia, hoc eſt eſſentia, quæ dicitur forma totius, & eſt quinta naturæ ſpecies: addit illico ſextam naturam, *hæc autem eſt generationis finis:* nimirum hæ naturæ non ſingulæ a ſemuicem re diſtinguuntur, ſed, vt olim de *f* cauſſis dictum eſt, plerumque duæ, vel tres in vnam coincidunt, nimirum forma tum partis, tum etiam totius cum cauſſa finali, quæ ſexta naturæ proprie dictæ ſpecies eſt: Porro quemadmodum forma cum totius appellata, tum etiam partis nuncupata ſunt principia interna rei naturalis, cuius ſunt forma, & ſubſtantia; nam eſſentia, quæ ſubſtantia eſt compoſiti ex materia, & forma partis, in ea prioritate naturæ, qua præcedit omnibus accidentibus compoſiti naturalis, ineſt in corpore naturali, quod eſt ſenſibile corpus phyſicis accidentibus affectum, veluti pars eſſentialis;

d 2. phy. t.28.

e 2. de an. t.36.37.

f 2. phy. t.21.

vt

g 2. de nat. pri. mou. c. 3. & ſeqq. vt late probatum eſt g alibi, dum egi de Natura primo mouente: ſic ex aduerſo Natura, quæ formaliter eſt finis generationis, non eſt principium internum generationis, at externum; quia dum generatio eſt, non adhuc eſt eius finis; & dum finis generationis habetur, non amplius eſt generatio; nihil autem dici poteſt intrinſecum rei a ſe abſentis, ac non exiſtentis: Niſi forte finis generationis illi dicendum ſit internum, quia ſumatur in illius definitione: quod tamen abſolute dandum non eſt; etenim ſubſtantia vere non eſt interna accidenti ſibi inhærenti; quum tamen in eius definitione ponatur; ſiquidem Ariſtoteli accidentia definiuntur per h additamentum ſubſtantiæ. Verum admonet Ariſtoteles quatuor iſtas naturas vltimas primario ac proprie dictas quandoque re coincidere ſecundum tres earum ſpecies, etſi formaliter ſemper inter ſe diſſideant; quoniam eadem forma partis, quæ eſt natura intrinſeca ſubſtantiæ phyſicæ, eſt cauſſa efficiens primaria motus in ea, & producens generationem alterius illi ſimilis; & finis primarius terminans generationem ipſius; vt late docuit non vno in loco i Magiſter: ſimiliter de forma totius dicendum eſt; nam eſſentia rei eſt forma totius; & cauſſa efficiens adæquata functionum ipſius compoſiti, ſiue ſuppoſiti, ac finis adæquatus terminans eiuſdem ſuppoſiti generationem: ſic ergo quatuor hæ naturæ coincidunt in vnam rem; quæ tamen vt inter ſe, ita non coincidunt cum materia; quod & in textu monet Ariſtoteles inquiens, *Natura vero hæc, prima materia: & hæc dupliciter, aut quæ ad ipſum prima* (quæ eſt materia proxima & immediata) *aut ſimpliciter prima* (quæ eſt materia remota) *& forma* (ſubdit, quæ eſt forma partis) *& ſubſtantia* (quæ eſt eſſentia, ſeu forma totius) *hæc autem* (vtraque forma, partis, & totius) *eſt generationis finis*, primarius quidem, ſiue partialis, forma partis; adæquatus autem, ſiue totalis, forma totius, quæ dicitur eſſentia, ſiue ſubſtantia. Deinde vero comparans Ariſtoteles inter ſe omnes naturas a ſe propoſitas, ait omnes alias naturas, præter hanc quadruplicem, ſecundario, minusque proprie, ſeu metaphorice naturas appellari: *Metaphorice vero*, hoc eſt minus proprie, ac ſecundario, *omnino omnis ſubſtantia*, nimirum materia, & generatio, quæ vtraque omnino,

h 7. meta. t. 17.

i 2. phy. t. 71. 2. de an. t. 36. 37.

nino, hoc eſt abſolute, ſimpliciterque ſubſtantia dicitur; ma-
teria quidem, quia eſt *i* pars ſubſtantiæ, ſeu *k* prope & quo- *i* 2. de an. t. 2.
dammodo ſubſtantia: generatio vero, quia eſt *l* via ad ſub-
ſtantiam; & quia motus determinatur, ac ſpecificatur a ter- 1. phy. t. 65 & ſeqq.
mino ad *m* quem, & a ſuo fine: *n Natura propter hanc dicitur*, *k* 1. phy. t. 79.
ſcilicet ob relationem eſſentialem, quam vtraque hæc habet
ad naturam proprie dictam, & primariam. *Quoniam & natu-* *l* 2. phy. t. 14.
ra eſt aliqua ſubſtantia: non enim omnis ſubſtantia eſt natu-
ra, ſed aliqua tantum; non omnis; quia nec domus, nec na- *m* 5. phy. 4. & ſeqq.
uis, nec alia ſubſtantia artificioſa eſt natura: nec ſubſtantia *n* 2. de an. t. 49.
naturalis compoſita, & phyſicis accidentibus affecta, eſt natu-
ra, ſed naturalis res, & habens naturam, vt ait *o* Ariſtoteles: *o* 2. phy. t. 4
nec materia propriiſſime, ac primario natura eſt, vt idem *p* ſi- *p* 2. phy. t. 11. 12.
tebatur: Quare nunc *q* Ariſtoteles colligit ex iam dictis n, tu- *q* 5. meta. t. 5.
ris eam, quæ primaria ſit, & proprie dicta natura ſubdens. *Ex*
dictis itaque naturis prima, ſeu princeps, *& quæ proprie dicitur*
natura, eſt ſubſtantia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus
principium habent: nimirum forma, tum partis, tum totius ap-
pellata; quæ vtraque finis eſt generationis rerum naturalium,
& cauſſa efficiens motus eorumdem: Quæ quidem ſubſtantia
ſi referatur ad compoſita naturalia, eſt ijs internum princi-
pium conſtituens; ſi vero conferatur cum eorumdem genera-
tione, eſt finalis cauſſa illam mutationem extrinſecus termi-
nans; *nulla enim generatio finibus eſt cognata: verbi cauſſa nulla*
ædificatio domus eſt; vt ait *r* Ariſtoteles, vulgarem noſtratium *r* 17. ethic. cap. 11.
opinionem damnans, qui nõ ſolum volunt, terminum ad quem
eſſe internum mutationi, ſed etiam mutationem dicunt eſſe ip-
ſummet terminum; quum Ariſtoteles aſſerat terminum non
eſſe cognatum motui, motumque non eſſe terminum: ſi de-
mum collatam velis formam, ſiue naturam vtramque propoſi-
tam, ad motum corporum naturalium, eſt motus illius cauſſa
efficiens, ac omnino principium externum. *Materia vero*, ad-
dit *ſ* Ariſtoteles, non per ſe primo, *ſed eo quod huius* naturæ, quæ *ſ* 5. meta. t. 5.
forma vocatur, *eſt ſuſceptiua, dicitur natura: Generationes autem*,
ac ipſum naſci, pariter non per ſe primo, ſed ſecundario dicuntur
naturæ, *eo quod ab hac* natura primaria, quæ forma dicitur,
motus ſunt prouenientes. Vnde conſtat naturam proprie di-

D ctam

Digitized by Google

ctam formaliter non eſſe in motu, ſed ab ea motum eſſe, vt ab efficiente, ac omnino vt ab externo principio ipſi motui. *Principium quoque motus eorum, quæ natura ſunt hæc eſt*: nimirum eadem natura proprie dicta, quæ eſt ſubſtantia, & forma eorum, quæ natura ſunt, eſt quoque principium effectiuum motus eorumdem corporum naturalium: Vt eadem natura ſit forma compoſiti naturalis, & cauſſa efficiens motuum eiuſdem compoſiti. Demum Ariſtoteles explicans quomodo ſe habeat hæc natura proprie dicta ad hoc vtrumque, nimirum ad compoſita naturalia, & ad eorum motus, ait, *inexiſtens quodammodo*: hoc reſpicit habitudinem naturæ proprie dictæ erga corpora naturalia; in quibus ea dicitur, non quidem inexiſtere ſimpliciter, ſed inexiſtere *quodammodo*; quia poteſt in eis inexiſtere, tum vel vt forma informans, dependenter vtcumque ab eis; vel vt forma aſſiſtens, independenter ab eis; tum aut in eodem indiuiduo, in quo motum parit, aut in eiuſdem indiuidui ſpecie; vt infra latius explicabitur ex Ariſtotele. Addit Philoſophus hic, *aut potentia, aut actu*: ne putes hoc referri debere ad inexiſtentiam formæ in compoſito naturali; quia forma, quatenus natura eſt, actu inexiſtit in compoſito naturali; at dum potentia eſt, non adhuc eſt ipſa forma, nec proinde natura eſt: ſed hæc diuiſio actus, & potentiæ ſolum explicat relationem naturæ ad motum, cuius eſt principium; namque forma natura eſt dum eſt principium motus, ſiue motum ipſum actu producat, ſiue potentia: ſic etenim Ariſtoteles alibi dixit, *t* animam eſſe formam, & ſubſtantiam, actumque primum in viuente, cum dum in vigilia exercet actu vitæ functiones, tum dum in ſomno potentiam ſolum operandi retinet, ac eſt ſimilis habitui non exeunti in actum. Ex hoc ergo textu non poteſt colligi niſi naturam proprie dictam, quatenus forma eſt, inexiſtere quodammodo in iis, quæ natura ſunt, ſcilicet in corporibus naturalibus: quod vltro concedo: ſed omnem naturam proprie dictam eſſe formaliter principium intrinſecum, quia ſit forma informans; non habetur ex hoc loco Magiſtri, ſed oppoſitum, vt oſtendi. Quare teſtimonium aliud ex Ariſtotele profer in confirmationem tui dogmatis. L I L. Et 1. rhetor. cap. 10. V L. Ego quidem in hoc loco nihil aliud video

t 2. de an. t. 5.

pro-

Digitized by Google

prolatum ab Ariſtotele de propoſito, niſi quod, *Natura fiunt, quæ cauſſam & ordinem in ſeipſis habent*: & hinc putas te deducere poſſe, naturam omnem proprie dictam eſſe principium intrinſecum illi indiuiduo, in quo motum procreat? certe verum eſt, Natura fieri, quæ cauſſam habent in ſeipſis: at de qua cauſſa putas hic Ariſtotelem agere? & quomodo accipis illud in ſeipſis? ſi de cauſſa materiali tractas; hæc vere ineſt interna ijs, quæcunque natura fiunt; ſed hoc nihil ad propoſitum noſtrum; qui diſſerimus de natura mouente, non autem de patiente: ſi de cauſſa formali; nec id ad rem facit, nec verum eſt aſſertum; tum quia formam in ſeipſis non habent ea quę natura fiunt, ſed ſolum ea, quæ facta ſunt; nam forma non adhuc eſt, dum res fit, ſed eſt terminus generationis iam abſolutæ; tum quia natura formaliter in relatione ad motum forma non eſt, ſed cauſſa efficiens; nos autem agimus de natura mouente. ſi demum agas de cauſſa effectrice formaliter, de qua noſtra contentio eſt; ea certe non eſt in eo indiuiduo, quod natura fit; etenim Ariſtotelis decreto *u* nihil ſeipſum generat; *u* 2. de gen. an. c. 1.
verum ineſt in alio indiuiduo eiuſdem ſpeciei; proindeque natura generans eſt in eo quod gignitur, non ſecundum indiuiduum, ſed ſolum ſecundum ſpeciem, quod eſt dicere in eadem ſpecie. 2. de an. t. 47.
Quare quum Ariſtoteles allato loco non agat naturæ nomine de forma informante idem indiuiduum, in quo motum efficit, ſed vel de materia, quam definiuit eſſe id, ex quo *x* inexiſtente fit vnumquodque quod gignitur: vel de generante res naturales, quæ cauſſa non poteſt eſſe in eodem numero quod gignitur iam hęc tua citatio nihil ad propoſitum noſtrum confert. Affer ergo meliores. *x* 1. phy. t. 82. 2. phy. t. 28

L I L. Ad hoc euidenter confirmandum adducam auctoritates eorum, qui ab Ariſtotele didicerunt, & Ariſtotelem recte intellexerunt.

V L. Ariſtotelem recte intellexiſſe illos, qui tibi ſuffragantur, tuum non eſt decernere ſine probatione: nam prorſus oppoſitum ego ſtatuam, & ratione adhibita iuſtius decernam. ſed quos nam afferes in medium?

L I L. Incipiam autem ab antiquioribus, vt perueniam ad recentiores, & philoſophorum concordiam in hoc dogmate euidentiſſime manifeſtem.

V L. Autoritates iuniorum tua non cenſeo potiores; quare qui tuo ſimplici dicto

non acquieſco, iuniorum autoritates non accipio tanquam probationes. Antiquiorum quidem autoritates veneror, ſed ijs omnibus vnicam rationem præpoſuero. Ceterum videamus an pro te militent in primis Antiquiores. LIL. Alexander 12.met.exp. t. 13. com. 7. ſic interpretatur Ariſtotelem dicentem in illo textu, *Naturam eſſe principium in ipſo; ars eſt principium, quod in efficiente ineſt, non in ipſo quod efficitur: Natura vero principium, quod in eo, quod fit, habetur.* VL. Alexander eo loci, & Ariſtoteles tuam, Flos inclyte, ſententiam demolitur, meam confirmant; etenim ibi ponitur tum differentia, tum conuenientia inter artem, & naturam: conuenientiam eſſe dicit Alexander, quod & ars, & natura ſunt efficientia vniuoca; differentiam eſſe ſcribit, quod ars eſt principium exiſtens in alio, nimirum in artifice, qui eſt diuerſæ naturæ ac ſpeciei ab eo, quod per artem efficitur; cuiuſmodi eſt domus, nauis, & id generis: at vero natura eſt principium exiſtens in eo, quod fit; non quidem in eodem numero, vti tu cenſes; at in eo ſecundum ſpeciem, ſiue in eadem ſpecie; nam homo hominem generat; vt ait cum Ariſtotele Alexander. Quare citatio hæc eſt contra te, qui vis cauſſam effectricem non eſſe naturam proprie; quum Alexander hic, & Ariſtoteles comparantes naturam cum arte in ratione principij effectiui, naturam ſumere nequeant ſub ratione cauſſæ formalis; etenim comparatio fit ſolum inter ea, quæ ſunt eiuſdem ordinis ac ſpeciei, vt ait y Ariſtoteles; quum ergo ars in relatione ad artificioſa, quæ facit, ſit principium effectiuum, non autem formale; natura in relatione ad naturalia, quæ generat, hic comparatur cum arte, vt eſt cauſſa efficiens, non autem formalis, de qua tu mecum litigas: quare producta autoritas tibi non parum obeſt, mihi ſuffragatur aperte. Verba ſiquidem Alexandri ſunt, *Confirmandum eſt ſubſtantiam quamque ex ſibi cognomine fieri; nam efficienda, inquit, vel arte fiunt, vel natura: vtroque autem modo ex ſibi cognomine fiunt: artificioſa enim ex ſibi cognomine fieri, perſpicuum eſt conſideranti domum ex ea domus forma fieri, quæ in architecti anima ineſt: ſanitatem huius corporis ex forma & ratione, quæ habetur in animo Medici: nam de rebus naturalibus ne dubitari quidem poteſt; homo enim ex homine, & equus ex equo generatur.* & mox. *Quum autem*

y 7. phyſ. t. 24.

autem efficienda vel arte fieri, vel natura dixiſſet; diſcrimen artis, & naturæ id eſſe ait, quod ars eſt principium, quod in efficiente ineſt, non in ipſo quod efficitur; natura vero principium quod in eo quod fit habetur: generat enim hominem. Tu ergo, qui tuæ ſententiæ confirmandæ producis hanc Alexandri doctrinam; iam cogeris fateri hominem generantem, ſeu ſi mauis illius animam eſſe naturam; at vero hæc non eſt in eo qui generatur, ſi ſumatur indiuiduum, ſed in ſpecie; quare cogeris fateri naturam non eſſe principium internum illi eidem numero indiuiduo, in quo motum generationis efficit. Sed quid tuam probationem ex Alexandri autoritate deduxiſti? non ne melius fuiſſet eam promere ex autoritate Ariſtotelis? hic etenim eadem ſcribit inquiens, z *Poſt hæc ſciendum eſt, ſubſtantiam quamque ab eiuſdem nominis rationisve ſubſtantia generari; ea namque, quæ natura ſunt, ſubſtantiæ ſunt, cæteraue: nam aut arte fiunt, aut natura, aut fortuna, aut caſu. Artem igitur principium in alio eſſe conſtat: at natura principium eſt in ipſo: generat enim hominem homo: reliquæ vero cauſſæ priuationis ſunt harum.* Et ſecundum vulgatam verſionem, *Deinde quod qualibet ſubſtantia ab vniuoco fit. Quæ enim natura, ſubſtantiæ ſunt, & alia: aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut caſu fiunt. Ars igitur principium in alio, natura vero principium in ipſo: homo namque hominem generat: cetera vero cauſſæ priuationes horum ſunt:* quia ſcilicet caſus, & fortuna ſunt natura, & ars impeditæ. Conſtat quidem ex hoc diſcrimine poſito ab Ariſtotele, & explicato ab Alexandro, quod quum ars, & natura ſint principia efficientia vniuoca; tamen ars eſt principium exiſtens in mente a artificis; adeoque in alio ſuppoſito ſpecie diuerſo quin etiam genere diſtincto, ab eo quod per artem efficitur, ſiue ſcamnum, ſiue domum, ſiue quid aliud artificiale ſumas: at natura ex aduerſo eſt principium in ipſo, quod a natura fit; non quidem in ipſo eodem numero, ſicuti tu putas; nam Ariſtoteli b nihil generat ſeipſum; ſed in ipſo eodem ſpecie; nam vt ait Magiſter, homo generat hominem. Et hinc, Flos inclyte, credis haberi naturam eſſe principium internum in eodem numero ſemper, cuius eſt natura? & eſſe formam informantem, vt probare ſatagis? nil tibi ex hoc loco prouenit adiumenti, ſed plurimum detrimenti: nam hic Ariſto-

z 12. metaſ. t. 13.

a 6. ethic. cap. 2. 3. 4.

b 2. de gen. an. cap. 1. 2 de an. t. 35. 2. phy. t. 70.

ſtoteles, & Alexander agunt de natura, quæ formaliter eſt cauſ-
ſa efficiens vniuoca; quæ licet in eodem genere ſit, vel in eadem
ſpecie cum effectu; ab eo tamen eſt ſeparata numero, & loco pe-
nitus, ac extrinſeca illius numero indiuidui cauſſa, non autem
principium eiuſdem intrinſecum; vt cuique patet: an tibi ho-
mo qui eſt natura generans, eſt in homine, qui ab eo generatur,
tanquam pars eius intrinſeca? pater tibi erit filij principium
internum? mihi vero non: ſed pater eſt in eadem ſpecie cum
filio; & Ariſtoteli homo generans dicitur eſſe beneficio ſuæ
formæ, tam partis, quam totius appellatæ, natura, quæ ad
differentiam artis eſt principium motus in ipſo; quoniam, vt
c cap. de obſeruabat Porphyrius, c plures homines participatione ſpe-
ſpec. ciei ſunt vnus homo. L I L. Eundem locum pertractans
d 12. meta. S.Th. *d Natura, inquit, eſt principium actionis, & motus in eo in quo*
le.3. *eſt.* V L. D. Th. ibi non poteſt intelligere de natura, quæ ſit
principium motus in eodem numero ſuppoſito; quum Ariſto-
telem explicet de natura generante, producente ſibi effectus
e 9. meta. vniuocos agentem. L I L. Clarius idem S.Th. *e Natura non*
le.7. *eſt principium motus in alio, ſed in eo, in quo eſt, inquantum huiuſ-*
modi. V L. Ex Ariſtotele iam vidimus, ſat eſſe naturam eſſe
in eo, in quo motum producit, aliquo ex modis phyſicis a ſe
* 4. phyſ. * propoſitis, nec oportere ipſam eſſe in eodem indiuiduo; vti tu
t.23. putas. L I L. Habemus *f* textum, in quo Ariſt. ait *ea moueri*
f 2 phy. *natura, quæ ab aliquo in ſeipſis principio continue mota perueniunt in*
t.84. *aliquem finem.* hunc tex. declarans Simpl. dicit, *quæ natura ſunt*
ab aliquo principio in ipſis exiſtente perueniunt ad aliquem finem.
V L. Ariſtotelis eo loci verba ſunt, *Amplius oportebat & in ſe-*
minibus fieri vt accidit: Omnino autem deſtruit ſic dicens ea, quæ na-
tura ſunt, & naturam: natura enim ſunt quæcunque ab aliquo in ſe-
ipſis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem: ab vno-
quoque autem non idem quibusque, neque quiuis, ſemper tamen ad
eundem, niſi aliquid impedierit. Quibus Ariſtoteles agit de na-
tura, quæ in ſeminibus degens, generat viuentia ſimilis ſpeciei
ijs, vnde ſemina prodiere; ſcribitque principium actiuum in
motu generationis, quod natura dicitur, eſſe in ſeipſis, quæ
mouentur continue quouſque perueniant ad finem, qui eſt de-
terminatus terminus generationis viuentis ſimilis ſpeciei; po-
nit-

nitque hic, g vt alibi, naturam generantem eſſe in eo ipſo quod g 12. meta. t. 13.
generatur, non quidem eodem numero, quia nihil ſeipſum generat; ſed eodem ſpecie, vt nuper vidimus Ariſtotelem determinaſſe. Quam ſententiam collaudat Simplicius in com. a te citato dicens, *Nam ſi natura eſt principium motus & quietis in quo eſt, & quæcumque natura ſunt, hæc ab aliquo principio in ipſis mouentur continue in aliquem finem; neque idem a quouis principio emergit: non enim ex principio hominis, vt humano ſpermate, motus in canem ceſſat; in quem ceſſat is motus, qui fit a ſemine canis; tamen ſemper in vnoquoque principio & motu occurrit proprius finis, niſi aliquid impedierit; nam principio hominis occurrit homo, & principio equi equus: quare neque idem ab omnibus & indifferentibus, nec quiuis a quouis finis ſuccedit.* Ariſtoteles igitur, & ex eo Simplicius, hic aſſerens naturam generatricem vnius indiuidui viuentis eſſe in re eadem cum ipſo ſecundum ſpeciem, non autem in eadem re numero, quia a tali natura motu generationis perducitur ad certum finem, tibi non fauet, nec præbet anſam probandi naturam eſſe principium internum eidem numero rei, cuius natura dicitur: idque cunctis patuiſſet, ſi ſententias Ariſtotelis, & Simplicij non † mutilatas, more Pleſſiaco, ſed integras attuliſſes. LII. Multo clarius idem Simpl. † 4. cit. mutila.
h alibi, *Naturalia habent intrinſecus cauſſam in ſeipſis motus & ſtatus, non extrinſecus, quemadmodum artificialia.* & in text. 86. h 2. phy. com. 2. ex pt. 3.
lib. 2. phyſ. omnes Peripatetici grauiores conueniunt: dum enim dicit Ariſt. *naturam eſſe ſimilem arti operanti in eodem ſubiecto, in quo eſt;* Simplicius ſic exponit *in his quæ fiunt natura, per ſe eſt cauſſa intrinſeca motus; nam quatenus natura conſiſtunt, eis ineſt principium motus.* VII. Nunquam inde colliges naturam eſſe principium internum eidem numero ſubiecto, in quo motum facit; quia Magiſter, & Interpretes agunt de motu generationis, quod ſemper eſt ab externo principio; quum nihil idem ſeipſum generet: ſed natura generationis motum efficit in quo eſt ſecundum ſpeciem; quum ars operetur in alio diuerſi generis ab eo in quo eſt; ipſa ſiquidem vt habitus intellectus, eſt in anima, ſed operatur extra animam in lapide, vel in ligno. Vt autem non nego naturam eſſe poſſe in eodem numero ſubiecto, in quo facit motum localem, augmenti, & decrementi;

menti; ſic naturam etiam eſſe dico cum Ariſtotele, generatri-
cem alterius indiuidui in eodem ſpecie; taleмque naturam in
actu generationis eſſe principium motus in quo eſt ſecundum
ſpeciem; non ſecundum numerum. LIL. Themiſtius, ibi-
dem, *ars extra opus eſt, natura intra*. VL. Putaſne velle The-
miſtium Naturam generatiuam, quæ propria pater eſt, eſſe
intra opus ſuum, quod dicitur filius? non arbitror te id puta-
i 12 meta. re: quare cum Themiſtio & Ariſtotele hic, & *i* alibi cenſere
t. 13. debes, naturam eſſe principium motus in quo eſt, non ſolum
veluti pars eiuſdem ſuppoſiti indiuidui, ſed etiam vt pars eiuſ-
k 4. phyſ. dem *k* ſpeciei. Et ne ſæpius idem repetamus, idem dictum
t. 23. volo ad omnes alias autoritates Interpretum, qui ponunt natu-
ram eſſe principium internum ad artis differentiam; quum
enim Ars, & Natura comparantur in ratione principij motus;
quia comparatio decreto Magiſtri non fit niſi inter ea, quæ ſunt
l 7. phy. t. eiuſdem ordinis & *l*. ſpeciei; profecto comparari debent in ra-
22. & ſeqq. tione principij generatiui; recteque dicitur ars eſſe principium
motus in alio, quia non generat quid in anima in qua eſt, ſed
eius operatio terminatur extra animam ad ea, quæ ſunt ſpecie
ac genere diſtincta ab anima: natura vero eſt principium mo-
tus in ipſo, in quo eſt ſimpliciter; alias quidem ſecundum nu-
merum, alias vero ſecundum ſpeciem: vt explicaui. LIL.
m 5. phy. S. Tho. ait, *m* *Naturale eſt, cuius principium eſt intra*. Idem ſcri-
l. 10. pſit 7. meta. l. 6. *ſi eſt principium motus in eo, in quo eſt, ſic eſt natura.*
VL. In primo loco ſumitur a S. Tho. naturale prout a violen-
to contradiſtinguitur, dum Ariſtotelis dicta declarat de oppo-
ſitione, quæ inter motus eſt, quod alij ſunt naturales, alij vio-
lenti; & affert experimentum de igne, qui ſurſum mouetur ſe-
cundum naturam, deorſum præter naturam: & motus ſecun-
dum naturam ille dicitur eſſe, qui fit a principio intrinſeco; mo-
tus præter naturam ac violentus ille, qui fit a principio extrin-
ſeco: ſed quum principium motus geminum ſit, alterum acti-
uum, alterum paſſiuum: ſi tu velis D. Thomam cum Ariſtotele
agere tunc de principio paſſiuo, vt vere agunt; non autem de
actiuo; nil tibi fauent, qui nunc agis de principio motus actiuo;
dum enim volunt motum naturalem eſſe a principio interno;
violentum ab externo; quia motui violento & naturali com-
mune

Digitized by Google

mune eſt ipſum fieri ab externo principio motiuo; nam ignis mouetur ſemper ab externo motore, ſiue ſurſum moueatur ſecundum naturam, ſiue deorſum violente; ſiquidem ſecundum naturam mouetur a generante, vel a remouente impedimentum; vt docet *n* Ariſtoteles; violente mouetur a proijciente; proindeque ſemper ab alio, nunquam a ſeipſo, ſemper ab externo motore, nunquam ab interno: ſed noſtra diſputatio eſt de natura primo mouente, propterea que de principio actiuo motus: Diuus autem Tho. hic agit de principio paſſiuo; quod in motu naturali ſemper eſt internum; quum actiuum eſſe valeat externum generans, & remouens impedimentum. Si vero tractas de principio actiuo de mente D. Tho. quum principium mouens elementa ſecundum Ariſtotelem ſit ipſum generans, aut remouens impedimentum, quorum neutrum eſt internum indiuiduo, quod mouetur, ſed ſolum eiuſdem ſpeciei; nam elementa fiunt ab vniuoco: iam ex hac ſententia D. Tho. probare non potes naturam mouentem eſſe principium intrinſecum eidem numero mobili; quod probandum ſumpſeras ex D. Thoma. Verum in ſecundo loco D. Tho. apud *o* Ariſtotelem explicat diſcrimen intercedens inter generationem a natura factam, & factam ab arte; ſtatuitque artificioſa fieri a generante, quod eſt principium in alio, ſcilicet in mente artificis; naturalia vero fieri a natura, quæ eſt principium in ipſo, ſiue internum, non quidem eidem numero, quod generatur, vt oſtendere tibi propoſitum eſt; nam nihil ſeipſum generat; ſed eidem ſpecie, vel etiam genere; quod principium generans eſt externum indiuiduo, quod generatur; nam D. Thom. ait, *p* *Philoſophus hic intendit oſtendere, quod quidditates & formæ exiſtentes in iſtis ſenſibilibus, non generantur ab aliquibus formis extra materiam exiſtentibus, ſed a formis, quæ ſunt in materia.* & nonnullis interiectis. *Cauſſa generationis aut eſt cauſſa per ſe, aut eſt cauſſa per accidens: ſi enim eſt cauſſa per ſe, vel eſt principium motus in eo, in quo eſt; & ſic eſt natura: vel extra ipſum; & ſic eſt ars: natura enim eſt principium motus in eo in quo eſt; ars vero non eſt in artificiato, quod fit per artem, ſed in alio,* non quidem ſolo numero differente; non enim domus materialis domum aliam materialem efficit; ſed domus idealis in animo ædificatoris:

n 8. phy. t. 29. 30. 31. 32. 33.

o 7. meta. t. 22. & ſeqq.

p 7. meta. com. t. 22.

E at

at natura eſt principium motus generationis in eo in quo eſt, non quidem, vt ſæpe dixi, eodem numero; quia nihil generat ſeipſum, ſed eodem ſpecie, quia homo generat hominem. ſic ergo D. Tho. hic agens de natura quatenus eſt principium motus generationis in quo eſt ſecundum ſpeciem, tibi non ſuffragatur, qui probare vis naturam eſſe principium intrinſecum eidem numero indiuiduo, ad quod relata dicitur natura, tanquam eius forma indiuidualis. LIL. Auerroes præter loca adducta legendus eſt in 2. phy. com. 3. Naturalia ſunt illa, quæ non mouentur ex extrinſeco. VL. Si ſententiam integram Auerrois attuliſſes, non autem more Pleſſi co † mutilatam, ex eo conſtaret nihil haberi pro tua contra meam opinionem; etenim Auerroes ibi definitionem naturæ traditam ab Ariſtotele declarans ait, *Quia manifeſtum eſt per ſe quod naturalia ſunt illa, quæ habent principium, quo transmutantur, & ceſſant a transmutatione per ſe, & ſecundum quod ſunt naturalia; & quod per naturam mouentur, & ceſſant, & generantur, & corrumpuntur; fuit manifeſtum ex hoc, quod natura eſt principium & cauſſa, quo transmutatur illud in quo eſt, & quieſcit primo, & per ſe, non per accidens*. & mox. *Si naturalia ſunt illa, quæ habent principium, quo mouentur, & quieſcunt ex ſe, & per ſe, non per accidens; & natura eſt illa, qua mouentur, & quieſcunt; neceſſe eſt vt natura ſit principium quo mouetur, & quieſcit illud, in quo eſt, per ſe, & primo, non per accidens* & demum. *Et iam diximus quod iſta definitio non dicitur vniuoce, neque etiam æquiuoce, ſed ſecundum prius & poſterius*. Ex quibus apertum eſt, Auerroem, qui naturam ait eſſe principium motus & quietis, non ſolum localis, ſed etiam generationis & corruptionis, & omnis transmutationis rebus naturalibus per ſe conuenientis; quique principium abſolute ſumit, vt quid ad actiuum, & ad paſſiuum commune; quum natura non ſit principium generationis in eodem numero, ſed tantum in eodem ſpecie: quin etiam quum natura mouens elementa motu locali pariter ſit principium actiuum aſcenſus ignis non in eodem numero, ſed in eodem ſpecie; nam ignis mouetur ſurſum a generante, quod eſt alius ignis idem ſpecie cum igne a ſe genito motoque; proinde naturæ definitio dicitur analogice conuenire principio intrinſeco rei eidem numero, & principio in-

† ſ. citatio falſa.

intrinſeco rei eidem ſpecie, ſed diſtinctæ numero; proindeque extrinſeco eidem indiuiduo. Quare nil mihi repugnat, immo ſuffragatur Auerroes, tibique reſtagatur oſtendere volenti naturam abſolute ſemper eſſe principium intrinſecum eidem numero, rei cuius dicitur eſſe natura. L I L. Auer. etiam 2. cęl. t. 91. *Natura eſt cauſſa exiſtens in re quieſcente, non in extrinſeco.* V L. Neque poteris, inclyte Flos, vllum emolumentum tibi deſumere ex hoc Auerrois loco, quia loquitur ipſe de principio quietis ignis in mundi centro; & arguit contra Themiſtium, ſi tale principium ſit cauſſa quietis naturalis, fore in re quieſcente, non in extrinſeco: modo cauſſa quietis naturalis in igne eſt etiam cauſſa motus naturalis in eodem: ſed cauſſa motus naturalis in igne, ſi ſermo ſit de cauſſa efficiente motum, de qua noſtra diſputatio eſt inſtituta, non eſt intrinſeca eidem numero igni, quia non mouentur a principio interno elementa, decreto *q* Ariſtotelis, at ab externo generante: ſi vero loquamur de cauſſa paſſiua, nil dubium eſt quin ea ſit igni eidem numero intrinſeca: ſed hoc nihil ad propoſitum noſtrum, qui tractamus de principio actiuo diſputantes de natura mouente, quærimusque num neceſſario ſit intrinſeca eidem numero mobili. L I L. Ariſtoteles in 9. meta. t. 13. diſtinguit potentiam a natura, quia potentia mouet etiam extrinſecus, natura vero mouet intrinſecus. V L. Ariſtoteles ibi diſtinguit naturam a potentia ſimpliciter, quod potentia, ſiue facultas eſſe poteſt principium actiuum externum, non ſolum numero, ſed ſpecie, ac genere; ſed natura eſt principium actiuum ſemper internum, non quidem, vti tu cenſes, ſemper in eodem numero, ſed in eodem ſpecie, vel genere, vel numero; proptereaque poteſt externum eſſe eidem numero: vin Ariſtotelis ipſiſſima verba hoc perſpicue declarantia? hæc ſunt, *Dico autem non ſolum illa potentia definita, quæ dicitur principium tranſmutatorium in alio prout aliud eſt, ſed prorſus omni motiuo, & ſtatario principio: etenim natura in eodem fit: in eodem enim genere cum ipſa potentia: principium enim motiuum, non tamen in alio, ſed in ipſo prout ipſum.* & in tex. *Tempore autem prius ſic, quod idem ſpecie agit prius, numero vero non: dico autem hoc, quod eo quidem homine, qui actu iam eſt, & frumento, & vidente, prior tempore materia, & ſemen, &*

q 8. phy. t. 30. 31. 32.

r 9. meta. t. 13.

viſiuum eſt; qua potentia quidem homo, & frumentum, & videns ſunt, actu vero nondum: ſed his alia tempore priora actu exiſtentia, e quibus hæc facta fuerunt: ſemper etenim ex eo quod potentia eſt, fit actu ens ab actu exiſtente, vt homo ex homine. Quare natura, quæ principium eſt actiuum (de quo nos in præſentia diſputamus) poteſt eſſe numero diſtincta ab eo, quod ab ipſa fit atque mouetur; licet neceſſario ſit in eadem ſpecie, vel in eodem genere proximo. Non ergo potes ex hoc Ariſtotelis loco colligere naturam eſſe principium internum eidem numero, in quo ipſa motum producit. L I L. In 6.meta. t.1. ſic ait Ariſtoteles, *Naturalis eſt circa quoddam genus entis ſcientia; etenim circa talem ſubſtantiam, in qua principium eſt motus & ſtatus, qui in ea eſt.* V L. Hinc non probas intentum; quia dicens Ariſtoteles naturalem ſubſtantiam eſſe talem, in qua principium eſt motus, qui in ea eſt, non ſe determinat ad eamdem numero ſubſtantiam, ſed abſolute loquens explicari debet de eadem ſubſtantia tum numero, tum etiam ſpecie; quod ex alio loco

ſ 2.de an. t.36. Magiſtri facile fit oſtendere: nonne ſcribit alibi, ſ animam eſſe viuentis corporis cauſſam & formalem, & finalem, & effectricem? L I L. Scribit, quid inde? V L. Putasne velle Philoſophum eandem animam eſſe cauſſam effectricem eiuſdem numero corporis viuentis, cuius eſt forma, & finis? & has tres cauſſas in vnam & eandem numero coincidere? ne credas: nam Ariſtoteles multo prius determinauerat has tres cauſſas in vnam coincidere, quia forma, & finis coincidunt in vnam numero rem, at efficiens cum ijs in vnum ſpecie, non numero:

t 2. phy. t.70. en Ariſtotelis decretum, t *Quum autem cauſſæ quatuor ſint, de omnibus eſt phyſici cognoſcere, & ad omnes reducens ipſum propter quid, aſſignabit phyſice materiam, formam, ipſum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autem tres in vnum plerumque: ipſum enim quid eſt, & id cuius gratia, vna eſt; ipſum vero vnde motus primum, ſpecie eadem eſt: homo enim hominem generat.* Sic ergo dicens Ariſtoteles naturam eſſe principium motus in quo eſt, non eſt coarctandus ad id in quo eſt eodem numero, ſed abſolute loquens intelligendus eſt abſolute in quo eſt, ſiue in eodem numero, ſiue in eodem ſpecie; nam homo idem numero non generat ſeipſum, ſed hominem in eadem ſpecie a ſe numero diſtinctum.

Digitized by Google

ſtinctum. L I L. Non eſt omittendus pulcherrimus locus
Themiſtij 8. phy. t. 27. Conſiderat auctor hic grauiſs: anima-
lia quando exercent aliquem motum contra inclinationem
ſuorum corporum, vt quando ſaltant; & quærit an hic motus
in illis ſit naturalis: Reſpondet *animalia tunc non moueri contra*
naturam, quia eius quoque motus principium intra ſe continent: ideo
iudicat motum eſſe naturalem quando eſt a principio intrinſe-
co. V L. In primis nil tuo placito fauet hic Themiſtij locus;
nam aſſerens ille, animalibus motum ſaltationis, etſi valeat eſ-
ſe contra naturam corporis eorum a prædominio grauis, non
eſſe tamen totis animalibus ex anima & corpore conſtitutis,
quia talis motus in ijs prouenit ab anima, quæ illis intrinſeca
eſt; non tamen vult omnem motum naturalem eſſe ab ea na-
tura motrice, quæ ſit interna mobili, vti tu cenſes: quare non
tuum, ſed conuerſum dogma fulcit aſſertio Themiſtij, nempe
principium motiuum internum eſſe naturam; quod non nego;
non autem, naturam omnem, motricem eſſe internam mobili
eidem numero, quod tu tibi probandum propoſuiſti. Deinde
vero quid ad Interpretem confugis, quando Magiſtrum habes
determinantem in eodem textu noſtram controuerſiam? agens
enim Ariſtoteles de principio actiuo motus naturalis, adeoque
de natura mouente, dum quærit a quo moueantur, quæcunque
motu ſecundum naturam cientur, ait; *u Quod enim ipſum a ſe-* u 8. phy. t. 27.
ipſo mouetur, natura mouetur, vt vnumquodque animalium; mo-
uetur enim animal ipſum a ſeipſo: quorumcunque autem motus prin-
cipium in ſeipſis eſt, hæc natura dicimus moueri: quapropter animal
quidem totum natura ipſum ſeipſum mouet: corpus tamen contingit
& natura, & præter naturam moueri: refert enim & quali motu
moueatur; & ex quali elemento conſtet. Et eorum, quæ ab alio mo-
uentur, alia quidem mouentur natura, alia vero præter naturam.
Præter naturam quidem, vt terrea ſurſum, & ignis deorſum. & paul-
lo poſt determinans a quo principio moueantur elementa di-
cit, *x Si igitur omnia, quæ mouentur, aut natura mouentur, aut præ-* x tex. 33.
ter naturam, & violentia; & quæ vi, & præter naturam, omnia
a quodam, & ab alio: eorum autem, quæ natura, rurſus & quæ a
ſeipſis mouentur, & quæ non a ſeipſis, vt grauia, & leuia; aut enim
ab eo, quod generauit, & fecit leue, aut graue &c. Dum igitur
Ari-

Ariſtoteles, & cum eo Themiſtius, tuo iudicio, cenſet animam, quæ eſt principium motus naturalis animalium, eſſe naturam; quia eſt principium motus naturalis; iam & generans, quod eſt principium motus naturalis elementorum, dici debebit natura; etſi non ſit principium internum eidem mobili ſecundum numerum, ſed ſecundum ſpeciem; ignis enim ignem, &
y tex. 32. leue generat leue; vt paullo y antea decreuerat Ariſtoteles: nec enim putandum eſt Magiſtrum ſimul de motore animalium, & inanimorum agentem ſub ratione motiui principij ſecundum motum naturalem, vt æquiuocatione labatur, in elementis motum naturalem poneres a non natura prouenire, ſed animalibus a natura. Putasne in animalibus animam motricem eſſe, dicique a Themiſtio naturam, quia ſit intrinſecum quid animalibus, an quia motum naturalem efficiat? ſi pri-
z 8. phy. t 27. mum dixeris, iam tibi reclamantem habebis z Ariſtotelem, & rationem, quibus conſtat in homine manibus vice pedum vtente, & pedibus in aera ſublatis incedente, animam eſſe principium internum illius motus, qui reuera non eſt homini naturalis: at ſi ſecundum aſſerueris, generans, quo mouentur elementa motu naturali, dicendum erit natura, licet internum non ſit elementis mobilibus, niſi ratione ſpeciei; vt antea probauimus ex Ariſtotele. Deinceps autem quid tibi ſuppetias quæris ex falſa doctrina Themiſtij? ſcribit ille, *animalia ſaltantia non moueri contra naturam, quia eius quoque motus principium intra ſe obtinent*. profecto motus ille ſaltationis nec eſt ſecundum naturam animalis, nec etiam contra naturam, ſed extra naturam ſecundum artem, ac omnino quid artificioſum: etenim non prouenit ab anima, quatenus eſt natura in animali, & omnino quid in puris naturalibus conſtitutam; ſed ab arte in anima exiſtente, adeoque ab habitu mentis aduentitio ipſimet animæ ſubſtantiæ: quare ſaltationis principium in animali non poteſt dici proprie internum, vt natura; nec tibi poteſt eſſe medium ad oſtendendum naturam eſſe principium internum mobili eidem numero, in quo motum promouet; quum
a 12. meta. t. 13. & paſſim. a Ariſtoteles, tua quoque frequenti obſeruatione, conteſtationeque diſtinguat naturam ab arte potiſſimum eo quod Ars ſit principium motus in alio, natura in ipſo: ſed vt ars eſt principium

cipium agendi ſemper in alio diuerſi generis, nam exiſtens in anima operatur in corpora; ita natura ſemper operatur in ipſo aut eodem numero, aut eodem ſpecie, vel genere proximo. LIL. Sic ergo credo ſufficienter fuiſſe probatum naturam eſſe principium intrinſecum. VL. Quomodo ſufficienter id probatum eſt, cuius nulla ratio confirmatrix allata fuit; ſed ſolum autoritates nonnullæ Magiſtri, & claſſicorum Interpretum tuam opinionem non comprobantes? quas enim alias e iunioribus attuliſti, non tetigi, quia nullam apud me vim habent probationis. Iam ergo natura eſt principium motus in quo eſt abſolute, vt ait *b* Ariſtoteles, non ſolum vt pars eſſentialis & ſpecifica eiuſdem indiuidui, in quo motum producit; quod ex ſtimas; verum etiam vt pars eiuſdem *c* ſpeciei, in qua continetur mobile; ad artis differentiam, quæ ſemper in alia ſpecie, diuerſove genere continetur, ab eo in quo ſuum mobile comprehenditur: quod late ſuperius ex Ariſtotele demonſtrauimus. Igitur ita diruto principali fundamento tuæ ſententiæ iacto in ſecundo capite tui libelli, nunc age profer, quæ in eiuſdem fundamenti, ſiue declarationem, ſiue confirmationem vlteriorem adducis in tertio. Quid in eo tibi propoſitum eſt? LIL. *d* Quæritur hic, quid intelligant Philoſophi quando dicunt naturam eſſe principium intrinſecum. VL. Siquidem ſenſum Ariſtotelis, aut claſſicorum Interpretum antiquiorum vis, ego puto cenſere Philoſophos ideo naturam dici principium intrinſecum ei, in quo motum ciet, duplici ratione, vel quia ſit eius pars eſſentialis; cuiuſmodi ſunt materia, & forma; vel quia ſit pars eiuſdem ſpeciei, eive ſaltem congenea; cuiuſmodi ſunt generans, & finis; ad artis differentiam, quæ dicitur principium extrinſecum; vt longe lateque iam oſtendi apud Ariſtotelem. LIL. Ego vero ſtatuo hanc concluſionem multis teſtimonijs probandam apud Philoſophos principium intrinſecum eſſe id quod dat eſſe, conſtituit eſſentialiter, & vere informat. VL. Ergo tibi non erit principium intrinſecum materia, quæ non dat eſſe, ſed recipit eſſe ſpecificum a forma; quæque non informat, ſed informatur; at materiam non eſſe principium internum omnes philoſophi tibi negauerint. Ergo tibi non erit natura, & principium

b 2 phyſ. t. 3.
c 4. phyſ. t. 23.
d pag. 8.

cipium

cipium internum pater, ſeu anima patris in relatione ad filium
ac omnino generans res naturales; quod tamen aperte ſtatuit
[e 12. meta. t. 13. & alibi paſſim.] e Ariſtoteles, vt ſupra demonſtraui. L I L. Quod vero aſſi-
ſtit quomodocunque vnitum, ſemper appellari extrinſecum.
V L. In primis te ſatis arguit D. Tho. cuius diſcipulum profi-
[f 1. p. q. 70. a. 3. ad 5.] teris; ait enim citatis verbis, *f Ad quintum dicendum quod cæ-
lum dicitur mouere ſeipſum, in quantum componitur ex motore &
mobili, non ſicut ex forma & materia, ſed ſecundum contactum vir-
tutis, vt dictum eſt. & hoc etiam modo poteſt dici, quod eius motor
eſt principium intrinſecum: vt ſic etiam motus cæli poſſit dici natu-
ralis ex parte principij actiui, ſicut motus voluntarius dicitur eſſe
naturalis animali in quantum eſt animal, vt dicitur in 8. Phyſicorum.*
Vnde conſtat D. Tho. formam aſſiſtentem cælo non ſolum dici
principium intrinſecum motus, ſed etiam naturam; contra
[g pag. 7.] tuum placitum. Deinde Bonamicus, cuius autoritas apud g te
[h 3. de mo. cap. 1.] vim habet probationis, in loco a te citato, ſcribit, *h nam ſunt
aliqua operis potius, quam rei principia; veluti mens cæli pars, non
quia cælum per ſe conſtituat, ſed quod efficiat primum mobile*: nonne
ſupponit, ac monet Intelligentiam aſſiſtentem cęlo principium
[i 4. phy. t. 23.] internum eſſe, atque proprie naturam? pars enim i Ariſtoteli
eſt in toto, illique interna eſt, in cuius definitione ſumitur ne-
ceſſario. Et cælum quum eatenus naturale ſit, quatenus eſt
mobile, profecto ſi cæli mens ideo eſt pars cæli, quia efficit con-
ſtituitque primum mobile; quum naturalia non efficiat conſti-
[k 2 phyſ. t. 1. 12.] tuatve niſi k natura; iam huic vero, cuius opinioni tribuis vim
probationis, Intelligentia cælo aſſiſtens erit principium inter-
num motus, ac proprie natura. Deinceps Ariſtoteli anima vi-
[l 2 de an. t. 2. 3. 4. & ſeqq.] uenti extrinſeca non eſt, ſed l intrinſeca prorſus: & nihilomi-
nus quum definiuiſſet Philoſophus animam in m communi
eſſe actum primum corporis naturalis organici; poſtea n de-
[m 2. de an. t. 6. 7.] cernit per talem definitionem, ſiue poſt huiuſmodi definitio-
[n 2. de an. t. 11.] nem, non adhuc manifeſtum eſſe an anima ſit ſic actus corpo-
ris, ſicut nauta nauis; proindeque cenſet aſſiſtentem formam,
cuiuſmodi eſt nauta, principium intrinſecum eſſe, non autem
extrinſecum. Sed videamus autoritates Philoſophorum, qui-
bus tuam concluſionem probas. L I L. Simplicius 2. phyſ.
exp. t. 12. com. ſuo 8. explicat prius, quæ forma non ſit natura,
ſic

Digitized by Google

ſic dicens, * *Equidem ſecundum formam ſolam, quæ a formatione dumtaxat dicitur, ſuperficiei figuram, colorem, & magnitudinem aſſignamus*. his verbis ſignificat formam informantem, quam reijcit a ſignificato naturæ. VL. Tibi propoſitum eſt oſtendere, quo ſenſu Philoſophi dicant naturam eſſe principium internum: at hic Simplicius ne verbum quidem de principio interno. Deinde iam ſupra probauimus aliud eſſe formare, & informare; Simplicius hic agit de formatione, non autem de informatione. LIL. Et ſtatim ponit formam ſubſtantialem, quam vult eſſe naturam, & dicit, *ſed ſecundum rationem illam tradimus, quæ eſt ſecundum vnum formandi typum ſuæ definitionis*: & hic aperte ſignificat formam ſubſtantialem informantem, cui tribuit vnum formandi typum. VL. Neque Simplicius hic mentionem vllam facit de principio intrinſeco. Neque tractat de forma informante, ſed de formante, quæ plurimum a ſeinuicem diſtant apud Simplicium: nam agens de figura, quæ dicitur formare, hoc eſt figurare corpus ſecundum externam ſuperficiem, & de forma ſubſtantiali, quæ definit, ait, *Quum autem natura habeat hoc commune cum arte, vt vtraque formet, & efficiat formam*. & mox. *Alij vero, qui formam naturam eſſe aſtruunt, eo quod natura, & ars conueniunt hac ratione, quod vtraque format, atque efficiunt formam, & ſpeciem*; quia ſcilicet vtræque figurant ſuos effectus, ac in ijs efficiunt formantque formam & ſpeciem conſtitutricem; ars quidem accidentalem, natura vero ſubſtantialem: vnde conſtat Simplicio formare nihil aliud eſſe, quam figurare, non autem, vti tu cenſes, inclyte Flos, informare; quod colligitur etiam ex verbis in calce commentarij poſitis a te ex parte citatis, ne dicam more Pleſſiaco † mutilatis; ait enim, *Et quum duplex ſit forma, vna quidem ſecundum figuram, ſeu ſpecies, quæ ſolum format; & altera, quæ ſecundum rationem, per quam definimus quid ſit vnumquodque: equidem ſecundum formam ſolam, quæ a formatione dumtaxat dicitur, ſuperficiei figuram, colorem, & magnitudinem aſſignamus: ſed ſecundum rationem illa tradimus, quæ eſt ſecundum vnum formandi typum ſuæ definitionis, quæ etiam concurrit cum definitione, quemadmodum & nomen. Hæc autem continet etiam figuram, quæ ſolum a formatione dicitur*. His inquam Simplicius

* pag. 8.

† 6. citati mutil.

F du-

duplicem ponit formam; vnam, quæ ſolum format, hoc eſt figurat, ac formoſitatem externam figura, colore, magnitudineque decenti comprehenſam aduehit; alteram, quæ forma eſſentialis exiſtens ingreditur rei definitionem explicantem illius eſſentiam, & figuram etiam externam tribuit compoſito a ſe conſtituto; tum quod figura eſt accidens conſequens formam ſubſtantialem; qua ratione dignitas phyſica eſt, Quod dat formam, tribuit etiam conſequentia formam, quæ ſunt accidentia, & inter ea figura: tum quod Ariſtoteles figuram rectam homini ſoli tribuit, quia eius forma ſubſtantialis eſt anima intellectiua; o *Solus enim*, ait, homo *animalium omnium erectus eſt, quoniam eius natura atque ſubſtantia diuina eſt: officium autem diuini eſt intelligere, atque ſapere; quod non facile eſſet, ſi vaſta corporis moles aſſideret; pondus enim tardiorem reddit mentem & ſenſum communem*. Quare non agit in loco a te prolato Simplicius de forma nec ſub ratione informantis, nec ſub ratione aſſiſtentis, nec per ſomnium quidem de eo quod eſt formam, quæ natura eſt, eſſe principium intrinſecum, & informantem ſolam, non item aſſiſtentem; quod ex hoc loco Simplicij tibi probandum ſumpſeras. ROSA. Fortaſſe per ea, quæ ſtatuit Simplicius, formam formare typum definitionis compoſiti, ſatis indicauit formam eſſe principium internum; quia definitio non traditur per externa. VL. Neque ſic tueris Lilij, dogma, tum quod accidentia Phyſico ſumunt in ſui definitione ſubiectum; quod tamen accidentibus intrinſecum non eſt; quum non ſolum ſine ſubiecto concipi valeant; ſed naturam & eſſentiam habeant ſimplicis formæ, non autem compoſitam ex ſubiecto & forma; ſed hoc illi extrinſece ſubſternitur veluti fulcimentum neceſſarium; non ea conſtituit veluti principium internum, ac pars eſſentialis; de qua loqueris in præſentia: tum quod hac ratione non erat excludenda forma aſſiſtens a cenſu principiorum internorum, & naturarum; quoniam cæleſte corpus, qua naturale eſt, per ſe mobile eſt; & a ſe mobile; & vt per ſe mobile, ac animatum a ſe mobile, vt ait * Ariſtoteles, neceſſario comprehendit in ſui definitione motricem Intelligentiam, quæ forma eſt aſſiſtens, non autem informans. LIL. Sed paulo infra clarius hoc explicat dicens, *Et per hoc etiam naturam for-*

o 4. de par. an. cap. 10.

* 2. cæl. t. 13. 8. phy. t. 41 & ſeqq.

formam eſſe oſtendere poſſumus; nam ſi natura eſt eſſentia vniuſcuiuſque, cuius eſt natura; & eſſentia vniuſcuiuſque eſt forma, quæ dicitur eſſe ſecundum rationem; natura erit forma. Doctrina ergo Simplicij eſt naturam eſſe eſſentiam rei: at forma, quæ complet eſſentiam, eſt informans, argumen. t. 37. lib. 2. de an. vt melius infra dicemus. V L. Simplicius eo loci clare diſcernit formam eſſe naturam, & naturam a materia contradiſtinctam eſſe formam, quæ ſumitur in definitione compoſiti naturalis, tamquam pars eius eſſentialis; at nec verbum quidem de principio intrinſeco, aut de forma informante prout ab aſſiſtente contradiſtinguitur: & tu mihi poſtulanti probationem tui placiti, quo dicis naturam eſſe principium internum, quod ita conuenit formæ informanti, vt nullo pacto congruat aſſiſtenti, proponis hæc Simplicij dicta, in quibus nihil de rebus a te probandis? eum imitaris, qui falcem poſtulanti, ligonem afferebat. Sed & quomodo probaueris intelligentiam motricem, quæ forma eſt aſſiſtens, non eſſe partem eſſentialem cæli, quod *p* Ariſtoteles poſuit animatum, & mouere phyſice ſeipſum; vt late quoque notauit D. Tho. *q* a cuius doctrina non diſcedis? Nec in Ariſtotelis textu citato leguntur hæ voces, natura, forma informans, aſſiſtens, principium internum; quare nil inde tibi ſuppetiarum haurire potes ad oſtendendum formam, quæ complet eſſentiam, eſſe informantem, non autem aſſiſtentem. Quare Simplicius tibi non fauet, quære meliores tuo placito autoritates. L I L. Venio ad Philoponum, vt ſupra etiam notaui in 2. phy. expl. *t.* 1. vocat *naturam vitam, ſeu vim per corpora diffuſam, eorum formatricem.* V L. In primis & hoc nihil ad propoſitum tuum, quod erat oſtendere quid intelligant Philoſophi quando dicunt naturam eſſe principium intrinſecum; quia nullam habet hic Philoponus mentionem de principio intrinſeco. Deinde falſo pro eodem aſſumis vim formatricem, & formam informantem; quæ ſuperius oſtendi longe diſtare. Deinceps ad probandum naturam ita eſſe principium internum, vt coarctari debeat ad ſolam formam informantem, ad excluſionem non ſolum formę aſſiſtentis, ſed etiam cauſſæ efficientis, & finalis, quæ tibi ſunt principia non intrinſeca, ſed extrinſeca, tu contra me ducis in aciem Philoponum

p 2. cæl. t. 13.
q 2. con. gen. c. 70.

explicantem textum 1. lib. 2. phyſicorum? non ne vides eum ibi pro me militare contra te, tuumque placitum plane iugulare tali telo vibrato? *Verum quia natura non ſolum eſt formalis*
† 7.cit fal. *cauſſa, ſed etiam* † *efficiens, & finalis, vt ipſe* Ariſtoteles r *proce-*
r 2. phyſ. *dendo inquit, hæc tria, forma, efficiens, & finis in idem veniunt,*
t.70. *ob id recurrit ad diuiſionem principiorum* &c. Denique Philoponus, cui definitur *Natura eſſe vita ſiue vis, quæ per corpora diffunditur, eorum formatrix, & gubernatrix principium motus & quietis in eo cui ineſt per ſe primo, & non ſecundum accidens*: hac definitione motricem Intelligentiam complectitur; ſiquidem mox eam definitionem explicans extendit ad naturam, quæ eſt cauſſa motus & quietis in corporibus cæleſtibus inquiens, *Dubitaret autem aliquis contra definitionem naturæ, quomodo dicimus ipſam eſſe principium motus & quietis, ſiquidem cæleſtia ſunt etiam corpora naturalia, & ipſa principium motus in ſeipſis habere minime videantur, quippe quæ ſemper moueantur: videtur igitur hæc definitio non cuique naturæ communis eſſe.* Quam dubitationem mox eluens ait, *Dicimus igitur ad hoc in cæleſtibus præſertim naturam non ſolum eſſe cauſſam motus, ſed etiam quietis: nam totalitates, & centra, ac cardines poliue manent, quorum ſtationis immo-*
† 8.falſ.cit. *bilitatis cauſſa eſt ipſa cæleſtium* † *natura*. Sed hæc natura, quæ in cælis cauſſa eſt vt corpora cæleſtia quieſcant immobilia ſecundum ſe tota, & ſecundum centra, poloſque, licet aſſidue moueantur circulo ſecundum partes; nulla eſt alia quam aſſiſtens cælo Intelligentia, quam Ariſtoteles ponit eſſe primum motorem immobilem, & primum principium motus; etenim perſpi-
ſ 8. phy. cuis verbis id nos edocet Ariſtoteles inquiens ſ *Quare, ſi neceſſe*
t.52. *eſt quidem continue eſſe motum; eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundum accidens, ſi futurum eſt (vt diximus) in iis, quæ ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam, & immortalis motus, & manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem: principio enim manente neceſſe eſt & omne manere, continuum exiſtens ad principium.* Sed & allatam a Philopono naturæ definitionem apprime conuenire primo motori, qui forma eſt cæleſti corpori aſſiſtens, facile conſtat expendenti ſingulas eius definitionis particulas, & eam præſertim, quam tu e textu ſuſtuliſti; ait enim Ioannes Grammaticus, *Non enim quid eſt natura didicimus eo quod didici-*

mus

mus ipſam eſſe principium motus & quietis, ſed didicimus quid efficiat natura. Vt ergo eiuſdem ſubſtantiæ definitionem aſſignemus, in hunc modum dicendum eſt, Natura eſt quædam vita, ſiue vis, quæ per corpora diffunditur, eorum formatrix & gubernatrix, principium motus, & quietis in eo cui ineſt per ſe primo, & non ſecundum accidens. Quod autem natura non modo ſit animatorum gubernatrix, ſed etiam inanimatorum patet &c. certe definit hic Philoponus naturam motricem, ac omnino formam corporum naturalium generatim prout contradiſtinguitur a materia; quam certum eſt non eſſe vitam, nec vim, nec formatricem, gubernatricemve corporum: Et ſane ſpeciatim aſſiſtens cæleſti corpori forma dicitur vita, quia eius participatione cælum eſt animatum, & viuit *t* Ariſtoteli; quum aliæ formæ inani- *t* 2.cæl.t.13
morum vitæ non ſint, ſed tantum virtutes ſubſtantiales: dicitur Intelligentia per corpora cæleſtia diffundi, quia non determinat ſibi partem vllam in cælo; ſecus enim ad motum partis illius moueretur, ſaltem per accidens; verum toti cælo coextenſa eſt, quod ſemper in eodem loco manens immobile ſemper eſt; dicitur Intelligentia corporum cæleſtium formatrix, & gubernatrix; formatrix quidem, quia formare eſt actuare, atque perficere; quum forma ſit actus & perfectio; neminique dubium ſit Intelligentiam eſſe actum perfectionemque, actuare perficereque cælum, cui aſſiſtit: † gubernatrix vero, † 9.ſalſ.cit.
quia gubernare proprium aſſiſtentis eſt; vnde nauta dicitur nauis gubernator, quia naui aſſiſtit: quod tu, Flos inclyte, ſi videns, conſulto particula hac mutilaſti definitionem Philoponi, iam hoc non eſt ad veritatem diſputare more Philoſophi, ſed ad victoriam more dialectici, ne dicam Sophiſtæ. Intelligentiam pariter cælo aſſiſtentem eſſe principium motus partium, & quietis in toto eo, cui ineſt per ſe primo & non ſecundum accidens, conſtat ex ante habitis, & ex *u* Ariſtotele, *u* 8. phyſ.
ac ipſo Philopono. Nil ergo ſubſidij quum habeas a Philopo- paſſim, &
no, produc alios, qui melius tuam cauſam agant. LII. Al- t.84.
bertus Mag. 2. de an. tr. 1. cap. 1. *Alterum inquit in eodem genere ſubſtantiæ acceptum eſt forma & ſpecies, ſecundum quam dicitur formata res naturæ hoc aliquid, eo quod formando & ſpecificando dat eſſe, & rationem definitiuam.* Certum eſt hic loqui Albertum

de

de forma informante, qua dicit conſtitui rem naturæ & ſpecificari, ita vt ſit hoc aliquid. VL. Neque Albertus hic tibi probat quid intelligant Philoſophi quando dicunt Naturam eſſe principium intrinſecum, quod oſtendere tibi propoſueras huiuſcemodi autoritatibus; quum ille ne verbum quidem de principio intrinſeco. Neque Albertus hic agit, aut agere poteſt de forma informante ad excluſionem aſſiſtentis; tum quia explicat Ariſtotelis locum, poſt quem Ariſtoteles ipſe, qui
x 2.de an. t. 2. 4. & ſeqq. x prius dixerat animam eſſe formam conſtituentem rem naturalem, quæ eſt corpus viuens, & ſpecificare compoſitum animatum, ita vt ſit hoc aliquid; tamen infra y determinat ex ante
y 2.de an. t.11. habitis a ſe non adhuc eſſe manifeſtum an anima ſit actus corporis ſic, vt nauta nauis; quod plane falſum eſſet, ſi attributa formæ dudum ab Ariſtotele propoſita conſtituendi rem naturæ, ſpecificandique ita vt ſit hoc aliquid, non eſſent communia formæ informanti pariter & aſſiſtenti: tum quia illud formare, de quo tractat Albertus, non eſt informare, de quo loquimur; ſed eſt perficere, & actuare, ac etiam figurare; vt velit formam ſubſtantialem, materiei iunctam, conſtituere compoſitum in eſſe hoc aliquid, non ſolum tribuendo ipſi figuram ſuæ ſpeciei conuenientem; ſed etiam dando illi eſſe ſpecificum; quod & Ariſtoteles eum docuit, aſſerens, animam viuentibus tribuere
z 2.de an. t.41. z terminum & rationem magnitudinis (qui eſt proprie figura)
a 2.de an. t.36.37. & a eſſe; quod vtrumque facit omnis forma naturæ, ſiue ſit informans, ſiue ſit aſſiſtens; vt oſtendi b pridem, & mox confir-
b 2.de nat. p.mou. mabo. LIL. Albertus c expreſſius in 8. meta. tr. 1. c. 3. id
c pag.9. ait, *Accipitur forma duobus modis, vno quidem modo prout ipſa natura eſt, & actus dans eſſe, & ſubſtantiam ei, cuius eſt natura, & ſic prædicatur de ipſo, ideo quod ipſa hoc modo conſiderata totum eſt eſſe ipſius*. Hic videmus formam, quæ eſt natura, eſſe actum dantem eſſe, imo totum eſſe eius, cuius eſt natura; hæc autem eſt forma informans, quæ propterea appellari ſolet quidditas, & ratio quod quid erat eſſe. VL. Et hinc non habeo Albertum oſtendere quid intelligant Philoſophi quando dicunt naturam eſſe principium internum; quum ipſe nullam interni principij mentionem faciat. Et hinc, etſi videam formam, quæ eſt natura, eſſe actum dantem eſſe, imo totum eſſe eius cuius eſt natura;

tura;

tura; non tamen habeo ab hac naturæ ſignificatione excludi formam aſſiſtentem; nam Ariſtotele doctore *d* Intelligentia, quæ eſt primum quod quid eſt, ac forma cælo aſſiſtens, non autem informans, tribuit ipſi cælo vnitatem numericam, atque ſpecificam, adeoque eſſe ac totum eſſe; nam vnum & eſſe conuertuntur, & vnitas ſpecifica proprie cum quidditate conuertitur & tota rei eſſentia. Immo vero ſtatim Albertus extendit naturæ nomen & rationem ad formam etiam vtcumque ſeparatam, quod tibi non erat cum † mutilatione ſententiæ Alberti ſubticendum; addit enim immediate, *Alio autem modo accipitur natura vt eſſentia quædam ſeparata, & ſic eſt pars accepta vt ens, & non vt eſſe* &c. Quare nec Albertus tibi fauet; immo potius apertiſſime contradicit, aſſerenti Philoſophos ponere naturam eſſe principium intrinſecum, & formam informantem, non auem aſſiſtentem. LII. De hac eadem forma, quatenus eſt natura, locutus eſt Ariſtoteles 2. phyſ. t. 12. illis verbis, *Alio modo forma & ſpecies, quæ ſecundum rationem*. Explicans ibi S. Tho. ſic interpretatur, *alio modo dicitur natura forma & ſpecies, quæ eſt ſecundum rationem, id eſt, ex qua ratio rei conſtituitur*. & apparet manifeſte in exemplis illius tex. 12. oſſis enim, & carnis natura dicitur forma ſecundum rationem, id eſt, *ſecundum quam ſumitur ratio definitionis*, vt ait ibi S. Tho. VI. Nec ex his autoritatibus probare potes quid intelligant Philoſophi quando dicunt naturam eſſe principium intrinſecum; quia ne verbum quidem in allatis habetur de principio intrinſeco. Nec ab hoc modo naturæ propoſito ab † Ariſtotele, ac explicato a D. Tho. excluditur forma aſſiſtens; quia & hęc aſſumitur in definitione eius, cui aſſiſtit, nihilominus quam forma informans in definitione eius, quod informat; eris mihi magnus Apollo, ſi phyſiologus definias cælum, quatenus eſt corpus naturale, adeoque mobile, atque animatum, vt ait *e* Ariſtoteles, & mobile a ſeipſo, vt ex † Ariſtotele ſcribit D. Tho. *f* abſque eo quod Intelligentiam in eius definitione ponas. Nec officiunt exempla carnis, & oſſis, quorum natura eſt forma informans, non autem aſſiſtens, tum quia de cretis *g* Ariſtotelis exempla ſumenda ſunt ex rebus euidentioribus; quippe non ad *h* probandum dubia, ſed ad *i* manifeſtandum

d 12. meta. t. 49.
† 10. cit. fall.
† 2. phy. t. 11.
e 2. cæl. t. 13 63.
† 8. phy. t. 41. 42.
f 2. con. gē. c. 70.
g rhetor. ad Alex. c. 8. 31.
h Them. 1. de an. c. 24.
Alex. 1. prio. t. 4.
i D. Tho. 1. de gen. t. 15

Oc-

occultiora proferuntur; notior eſt autem forma carnis & oſſis, quæ informans eſt, quam forma cælo aſſiſtens, quæ mouens primum appellatur, & Intelligentiarum mouentium chorus & ordo eſt; ad quæ principia cælos mouentia, quantumuis maniſeſtiſſima ſint ex ſe ſe rerum omnium, tamen intellectus animæ noſtræ, cuius captum longe ſuperant, ſe habet vt oculi veſpertilionum ad lumen diei, notatu k Magiſtri: tum quia volens oſtendere Philoſophus ibi contra vetuſtiores non ſolam materiam eſſe naturam, ſed etiam & maxime formam, in argumentum ac in exemplum aſſumere debebat eas formas, ſine quibus materia poterat conſiſtere; cuiuſmodi ſunt formæ carnis, & oſſis, ante quorum generationem eſt materia carnis & oſſis; non autem formas illas, ſine quibus materia eſſe non poteſt; nam cælum nunquam eſt ſine Intelligentia ſibi aſſiſtente: ſed hoc non tollit quin aſſiſtens Intelligentia ſit forma, quæ definitionem phyſicam corporis cæleſtis ingrediatur; adeoque propriæ natura ſit. Affer igitur, ſi quas habes, meliores pro tuo placito autoritates. LIL. Credo deduci hoc idem poſſe ex t. 14. lib. 2. phy. vbi Ariſtoteles ait generationem dici naturam, quia eſt via ad naturam, & denominatur a termino ad quem, vt in 5. phy. 48. de omni motu enunciat Ariſtoteles. VL. Hæc dicens Ariſtoteles nec tibi declarat quomodo ſit intelligendum effatum, quo dicunt Philoſophi naturam eſſe principium internum; vt his autoritatibus declarare tibi propoſueras in hoc tuo capite: nec excludit formam informantem a ratione naturæ; quia licet generatio dicatur natura eo quod eſt via ad naturam; quam diſputationi dare poſſumus eſſe formam informantem id quod generatur: tamen haudquaquam negat Ariſtoteles generationem eſſe operationem, & effectum naturæ generantis; immo hoc aperte conſtituit l alibi paſſim: quum autem inter cauſſas effectrices omnium generationum connumeret m Ariſtoteles aſſiſtentes cælis motrices Intelligentias: iam inter naturas locum habere debent aſſiſtentes etiam formæ. Sed quid tibi concedo formas aſſiſtentes non eſſe id ad quod generatio via eſt? certe id ad quod tendit generatio eſt finis generationis; etſi vero cuiuſque generationis peculiaris ac proprius finis eſt forma informans id, quod generatur; tamen

k 2. meta. t. 1.

l 12. meta. t. 13. 2. phy. t. 1. & ſeqq.

m 8. phy. t. 47. & ſeqq. 1. meteor. c. 2.

men generationis in communi finis eſt Deus, quatenus eſt forma regens & conſeruans ſemper vniuerſum; cui in attributo perpetuitatis quum aſſimilari nequeant corruptibilia in indiuiduo; ſatagunt ſaltem opera generationis, qua ſtudent ſeſe in ſpecie perpetuare, conſequi talem ſimilitudinem; vnde Deus hac ratione dicitur eſſe id, ad quod quoquopacto generatio tendit veluti via quædam. Quæ omnia nos docuit Ariſtoteles inquiens, *n Naturaliſſimum enim operum, quæ in viuentibus, quæcumque perfecta, & non mutilata ſunt, aut generationem ſpontaneam habent, eſt facere aliud quale ipſum; animal quidem animal, plantam autem plantam, vt ipſo ſemper, & diuino participent, ſecundum quod poſſunt: omnia enim illud appetunt, & illius cauſſa agunt omnia, quæcumque agunt ſecundum naturam.* Id ipſum euidentius alibi ſcribit Ariſtoteles aſſerens, o *At vero quod ad melioris rationem, & cauſſam cuius gratia pertinet, cælitus principium ducitur: Quum enim rerum aliæ ſint ſempiternæ, ſummeque diuinæ; aliæ, quæ poſſint & eſſe, & non eſſe: pulchrum autem diuinumque illud cauſſa ſemper ſua natura melioris conditionis in rebus contingentibus ſit: quod vero ſempiternum non eſt, id & eſſe, & particeps tum deterioris conditionis, tum melioris eſſe poſſit; quumque anima ſit corpore melior, animatumque inanimato præſtet propter animam; & eſſe, quam non eſſe; & viuere, quam non viuere melius ſit; efficitur his de cauſſis vt generatio ſit animalium. Quum enim natura eius generis ſempiterna eſſe non poſſit, quo modo fieri poteſt, eo ſempiternum quod gignitur, eſt: numero igitur non poteſt: ſubſtantia enim rerum in ſingularibus eſt; quæ ſi talia eſſent, ſempiterna eſſent; ſpecie vero poteſt, &c.* Si ergo cauſſa finalis generationis, ſeu cuius gratia eſt generatio in vniuerſum petenda cælitus eſt, vt ait Ariſtoteles; hæc vero nequeat eſſe materia cęli, quæ longe deterioris conditionis eſt quam homo, & animal quoduis aliud generabile; iam hęc fuerit anima cæli, proindeque forma cælo aſſiſtens: ſi ergo generatio dicitur natura quia eſt via ad naturam, ſeu (quod idem eſt) quia finis, in quem tendit, & cuius gratia eſt, natura eſt; propterea ex his locis Ariſtotelis a te productis colligo formam aſſiſtentem eſſe naturam. LII. Ex his conſtituamus argumentum, Terminus ad quem generationis eſt natura, & propterea genera-

n 2. de an. t. 34.

o 2. de gen. an. c. 1.

tio dicitur natura citato t. 14. Forma informans non autem aſſiſtens eſt terminus generationis: ergo forma informans non autem aſſiſtens eſt natura. Minor probatur ex t. 27. lib. 7. meta. iunctâ præcipue com. ibi Alex. ſuper tex. illum: determinat ibi Ariſt. generari compoſitum, formam vero non fieri proprie, ſed poni in alio, vt ait ibi Alex. ſed forma quæ ponitur in alio, & facit veram compoſitionem, eſt forma informans, quæ per generationem educitur de potentia materiæ, vt ait Auer. ab omnibus approbatus 8. meta. com. 15. VL. Tandem poſt tot tantosque fragores myriadum autoritatum audire mihi licuit vnius rationis bombum, poſt tantam nobis impoſitam *p* nubem testium videre licuit ſcintillam vnius argumenti: ſed ego certe puto Florem inclytum ludere, velleque me † captioſa ratione tentare; nam hic ſyllogiſmus non eſt enſis vtraque parte acutus, at Medus, aut Scythicus acinaces, altera parte obtuſus, & altera plumbeam habens aciem, quia merus eſt elenchus e duplici ſophiſmate conſarcinatus; eodem etenim paralogiſmi genere, mutatis ſolummodo terminis realibus, probari poſſet corpus ſenſu carens non eſſe ſubſtantiam, ita, *Animal eſt ſubſtantia, corpus ſentiens non autem ſenſu carens eſt animal, ergo corpus ſentiens non autem ſenſu carens eſt ſubſtantia.* conſimiliter eadem ratiocinij forma deduci valeret, plantam non eſſe corpus, ſi more tuo ſic argumentaretur, *Senſitiuum eſt corpus, animal non autem planta eſt quid ſenſitiuum, ergo animal non autem planta eſt corpus.* Visne detegam paralogiſmi vitium? duplex in eo vitium reperio; vnum quidem eſt, quod Ariſtotelis decreto, negatio poteſt quidem apponi maiori extremo, non autem medio, nec minori extremo, vti tu facis. Alterum vero eſt, quia hoc argumentum (quod pace viri præſtantis ad veritatis incolumitatem dictum ſit) veluti viriprorum *r* bouigena, monſtroſum prorſus eſt, conſtitutum ex affirmatiuo ſyllogiſmo vero in prima figura, & ex negatiuo ſyllogiſmo vitioſo in eadem, ſeu potius in nulla figura: bonus, ac verus ſyllogiſmus eſt, *Terminus ad quem generationis eſt natura; forma informans eſt terminus ad quem generationis; ergo forma informans eſt natura:* quem totum concedo: ſed huic complicatus complexusque de forma aſſiſtente paralogiſmus eſt in prima figura ex minori negatiua;

p Paul. ad Hebr. c. 12.

† 1. ſophiſma.

q 1. poſt. t. 83.

r 2. phy. t. 76.

ma, qui nihil omnino concludens eſt huiuſmodi ſophiſma, *Terminus generationis eſt natura, forma aſſiſtens non eſt terminus generationis, ergo forma aſſiſtens non eſt natura*: tali namque ſyllogizandi modo colligere poſſes, Aquilam non eſſe corpus animatum ac viuens, ita; *Homo eſt corpus animatum ac viuens, Aquila non eſt homo, ergo Aquila non eſt corpus animatum ac viuens*. Relinque Flos eximie captioſas rationes iſtas Euthydemo. ROS. Fortaſſe vitari poterit paralogiſmi vitium, ſi maior illa conuertatur, dicendo in ſecunda figura, *Natura eſt terminus ad quem generationis, Forma aſſiſtens non eſt terminus ad quem generationis, ergo forma aſſiſtens non eſt natura*: nam aliquando ſic & ſ Ariſtoteles argumentari viſus eſt in prima figura ex minore negatiua, coniuncta tamen cum maiore conuertibili. VL. Nequaquam in terminis propoſitis ab inclyto Flore, ſed ſemper Cænei paralogiſmum imitabitur ille; quinimmo ſic geminabitur vitium, tum quia conuerſa illa, quæ ponitur indefinita, *Natura eſt terminus ad quem generationis*, vel æquipollet particulari, proindeque conſtituet nihilominus paralogiſmum in ſecunda figura ex maiore non vniuerſali: vel erit vniuerſalis; & propterea falſa; non enim omnis natura eſt terminus ad quem generationis; quia t materia eſt natura; quum tamen non ſit vllo modo terminus ad quem generationis: tum quia ſemper vnicus ille ſyllogiſmus, a fragranti Lilio propoſitus, monſtrum erit partem habens in prima figura reſpectu formæ informantis, & partem in ſecunda reſpectu formæ aſſiſtentis. ROS. Cur non poſſit conuerſa maiori, fieri ſyllogiſmus in ſecunda figura reſpectu formæ informantis? nonne ſic erit vnicus in vnica figura ſyllogiſmus? VL. Non poteris vnquam vllo ſubterfugio vitare vitium paralogiſmi, quia conuerſa maiore conſtitues elenchum in ſecunda figura ex puris affirmatiuis; dices enim, *Natura eſt terminus ad quem generationis, forma informans eſt terminus ad quem generationis, ergo forma informans eſt natura*. Quare hoc modo ratiocinandi Flos inclytus cum Diogene probare poſſet gallum gallinaceum eſſe hominem, *Homo eſt animal bipes, gallus gallinaceus eſt animal bipes, ergo gallus gallinaceus eſt homo*. Ceterum præter vitium paralogiſmi ratio Lilij falſo nititur fundamento, nimirum for-

ſ 1. poſt. t. 92.

t 2. phy. t. 4. & 1.

mam aſſiſtentem non eſſe ſimpliciter terminum ad quem generationis; quum enim generatio ad duos terminos tendat, alterum propinquum & peculiarem, qui eſt forma informans rem generandam; alterum remotum, & vniuerſalem, qui eſt forma cælo, mundoque toti aſſiſtens, ad cuius perpetuitatem vtcunque conſequendam instituta eſt generatio; quemadmodum ex Ariſtotele nuperrime comprobauimus; iam terminus ad quem tendit generatio ſimpliciter, non ſolum eſt forma informans, verum etiam aſſiſtens. Nec obſtat *u* Ariſtoteles dicens generari compoſitum, formam vero non proprie fieri; Nec Ariſtoteles ibi ait formam poni in alio, vt ais, † ſed fieri in alio; ait etenim, *Hoc enim eſt, quod in alio fit, aut ab arte, aut a natura, aut potentia; æneam vero ſphæram eſſe facit; facit namque ex ære, & ſphæra; in hoc enim hanc formam facit*. quare forma, quæ non fit ſimpliciter, fit tamen in hoc, Ariſtoteli; non ponitur in hoc, vti tu dicis. Nec Alexander dum ait formam in alio poni, aliud ſibi vult, quam formam non generari ſimpliciter, at ingenerari, hoc eſt non fieri ſimpliciter, ſed fieri in alio. Nec aſſentio tibi dicenti formam, quæ facit veram compoſitionem eſſe formam informantem, quæ per generationem educitur de potentia materiæ; tum quia ex Intelligentia aſſiſtente, & orbe cæleſti fit vera compoſitio vnius animati, a ſeipſo mobilis, vt ait *x* Ariſtoteles, & ex Ariſtotele *y* D. Thomas: tum quia rationalis anima eſt forma informans, quæ tamen non educitur de potentia materię, ſed illi forinſecus aduenit, vt ait *z* Ariſtoteles. Neque Auerroes ait, formam informantem eſſe, quæ per generationem educitur de potentia materiæ, in loco a te citato; ſed eius verba ſunt ipſiſſima, *a Et cauſſa iſtius vnitatis eſt vt tranſmutetur quod eſt in potentia, donec fiat in actu ab agente, ſcilicet ab extrahente ipſum a potentia in actum. Eſt igitur hic aliquid vnum, quo primo eſt in potentia, & poſt transfertur de potentia in actum: tranſlatio enim eius non largitur ei multitudinem, ſed perfectionem in eſſe, & in toto hoc eſt vnum in actu: & hoc intendebat quum dicit, quoniam non eſt aliud cauſſatum &c. ideſt, non enim eſt hoc aliud cauſſatum ab agente ab eo, in quod agit, ſed illud idem, ſcilicet, quod eſt ſphæra in potentia, fit ſphæra in actu, quum agens extrahit ipſum de potentia in actum.* Nimirum hic non agit Auer-

u 7. meta. t. 27.
† 11. faſſ. cit.
x 2. cæl. t. 13. 63. 6. phy. t. 41. 42.
y 2. cō. gen. cap. 70.
z 2. de gen. an. cap. 3.
a 8. meta. com. 15.

roes

roes de forma informante, quum ne per ſomnium quidem in-
formationis meminerit, ſed de forma, quæ cum materia iun-
cta facit vnum compoſitum; aitque talem compoſitionem ac
vnitatem fieri ab agente, non quidem educente formam de po-
tentia materiæ, vti dicis; ſed viceuerſa extrahente † mate- † 12. fal-
riam de potentia, qua eſt ad habendam formam, ad actum ha- cit.
bendi formam; de potentia ad eſſe perfectum acquirendum a
forma, ad actu eſſe perfectum acquiſitum a forma; dicit enim
agens extrahere non ipſam ſphæram de potentia cupri ad
actum, ſed extrahere ipſum cuprum, quod eſt ſphæra in po-
tentia, & fit ſphæra in actu, ad eſſe ſphæram actu. Quare
tua hæc prima ratio peccat in materia ſimul & in forma, com-
par rationi *b* Meliſſi. Et hanc tuam diſputationem, inclyte *b* 1. phy.
Flos, demonſtrantem appellas? & eam prædicas, qua ſeparas t.10.
Philoſophum a † Sophiſta? LIL. Ad *c* principale propo- † epiſt. dedic. propu.
ſitum melius probandum adduco eundem Auerroem 9. meta. de an.
com. 13. *Natura, inquit, non eſt principium in alio, ſed in eſſentia* *c* pag. 10.
rei, ſecundum quod eſt eſſentia illius. VL. Adde quæ ſtatim
adijcit Auerroes, *quod non eſt in rebus artificialibus*; & ex non
† mutilato dogmate videbis Auerroem non probare tuum † 13. falſ-
principale propoſitum, quod erat oſtendere, naturam ita eſſe cit.
principium intrinſecum, vt conueniat ſoli formæ ad excluſio-
nem cauſſæ effectricis, & ſoli formæ informanti ad excluſio-
nem formæ aſſiſtentis: tum quia natura generans quum ſit in
eadem ſpecie cum re genita, ſpeciesque ſit eſſentia eius, cuius
eſt ſpecies; iam efficiens vt in ſpecie, ſic eſt in eſſentia rei ge-
nitæ, adeoque natura ad artis differentiam; quum ars non ſit
in eadem ſpecie cum re ab arte facta; vt late ſupra diſcuſſimus
apud *d* Ariſtotelem: tum quia quæcunque in definitione po- *d* 12 meta.
nuntur, dicuntur eſſe in eſſentia definiti; quum autem forma t.13.
ſubſtantialis omnis, ſiue ſit informans, ſiue ſit aſſiſtens, ponatur
in definitione ſui compoſiti, ac omnino eius, cuius eſt forma;
nec enim cælum, vt corpus naturale animatum a ſeipſo mobile
definies apte ſine Intelligentia motrice, quæ forma eſt illius
aſſiſtens; iam & aſſiſtens forma corporis naturalis eſt in eſſen-
tia eiuſdem corporis, adeoque natura, iuxta ſententiam Auer-
rois. LIL. Et videtur quodammodo accepiſſe a Simplicio,
quem

Digitized by Google

quem ſupra citaui ex 2.phy.exp.t.12.com.8. *Natura*, inquit, *eſt eſſentia vniuſcuiuſque, cuius eſt natura*: vt propterea optime dixerit Picolomineus &c. V L. Simplicij dogma non coarctare rationem naturæ ad ſolam formam informantem, excluſa cauſſa effectrice, & aſſiſtente forma; conſtat ex antea propoſitis in explicatione illius dicti Simplicij; & ex nouiſſime traditis de eodem Auerrois effato. Quod attinet ad Picolomineum, & alios iuniores, quorum autoritates afferes in poſterum; etſi poſſem oſtendere plures eorum nil mihi repugnare, nil tibi fauere; tamen quia tempus terendum non eſt in recentiorum dictis, ſat eſt admonere illos apud me non maioris autoritatis eſſe, quam tu ſis, inclyte Flos; propterea, qui ſimplici tuo dicto non moueor, ſed ſola ratione, recentiorum dogmata non accipio loco probationum. Interim tamen omittere non debeo

e 2. phy. co.t.3. Picolomineum in loco a te citato explicantem verba definitionis naturæ extendere naturæ rationem ad cauſſam efficientem, & finalem, non coarctare ad materiam, & formam informan-

† 14. falſ. cit. tem, vti tu † ponis; ait enim, *Vtitur Philoſophus duabus vocibus, principium, & cauſſa, quæ frequenter confunduntur* &c. *Si autem volumus definitam eis tradere ſignificationem, dicamus per principium denotari præſertim efficiens, ſecundario patiens; nam cum potentia efficiendi, tum ea patienai per principium definitur: per cauſſam vero, finem: & præſertim principium refertur ad motum, finis vero ad quietem. Confirmatur hac expoſitio per Ariſtotelem in 1. de par. an. dicentem, Naturam dici de materia, & de eſſentia, ſiue forma, quæ eſt efficiens, & finis in motu*. Quare non tibi contra me, ſed mihi contra te pugnat Picolomineus armis Ariſtotelicis in loco a te citato. Sed omittamus iuniores, quum mihi vix tantum temporis ſuppetat, quantum ſatis eſt ad vnicum Ariſtotelem perlegendum; nec dicta recentiorum rationibus, vel autoritatibus Magiſtri non innixa me moueant hilum. L I L. Conſtat

ſ pag. 11. ſ ergo ex dictis naturam eſſe quid internum per modum veræ eſſentiæ & formæ informantis. V L. Ex dictis a te? Flos inclyte: nihil minus; nam quinque probationum genera protuliſti; rationem vnicam, quam oſtendi purum putum ſophiſma eſſe, ac nihil concludere: autoritates Ariſtotelis, quas vidimus tuam potius opinionem demoliri: dogmata Theologorum,

quæ

quæ Peripateticum in propoſito non lædunt: placita vetuſtiorum Interpretum, quæ plerumque à te mutilata, & aliter ſe habentia, nihil meæ ſententiæ repugnant, ſed tuam nunquam confirmant; & demum placita iuniorum, quæ partim falſo citata tibi non opitulantur, partim fideliter allata non maioris apud me ſunt probationis, quam tua dicta, Flos inclyte, quibus non aſſentio, dum meæ repugnant opinioni. Sed quid intendis poſtea probare in alio g capite tuæ diſputationis? g cap. 4.
LIL. Naturam h ab Ariſtotele fuiſſe definitam per actionem h pag. 11.
immanentem, nec potuiſſe recte definiri per actionem tranſeuntem. VL. In primis hinc habebo Deum, & Mundum eſſe naturam, quod tu mihi negas toto in hoc opere; nam Ariſtoteles Deo, & Mundo non tribuit actiones externas, adeoque tranſeuntes; ſed proprias ipſorum, & eapropter immanentes; nam definitio non poteſt conuenire niſi definito: vin verba Magiſtri, hæc ſunt, i *Vix enim Deus bene ſe haberet, & mundus* i 7. polit.
totus, quibus non ſunt actiones externæ præter proprias ipſorum: cap. 3.
nam vt extra mundum nihil eſt, in quod agat actione tranſeunte; ſic extra Deum ſub ratione primi motoris, ac formæ toti mundo aſſiſtentis, ac ex Ariſtotelis decreto ſic in vniuerſo ſit, vt viciſſim cuncta in illo ſint, ait enim, k *Patet autem ſic eſſe* k 7. eud.
quemadmodum in vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo: mo- cap. 18.
uentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine; ſic inquam apud Ariſtotelem extra Deum nihil eſt, in quod ipſe Deus agat actione tranſeunte, ſed ſemper agit actione immanente; Deuſque Ariſtoteli vt primum mouens omnia in omnibus inexiſtens, definiri non poterit actione tranſeunte, ſed ſolum immanente; proindeque tibi dicendus erit in Peripato natura. Sed obſecro magis explica mihi quid per actionem immanentem intelligis, & quid per tranſeuntem. LIL. Accipio in natura tria potiſſimum eſſe: primum eſt eſſe eſſentiam rei naturalis: ſecundo eſſe principium internum motus in eo, in quo eſt; & iſta vocatur actio immanens, quia non tranſit extra ſubiectum, in quo eſt ipſum agens; & hæc patent ex dictis: Tertium, quod nunc addo eſt, naturam poſſe agere extra id, in quo eſt; atque ita exercere actionem tranſeuntem; vt quando homo vi ſuæ formæ, quæ eſt vera natura, generat filium; atque ita agit in

in aliquid extrinſecum ſibi: hoc aperte conceditur ab Ariſt. 2.phy.t.13.3.phy.t.17. 1.de part.c.1. 2.de an. 34. & multis alijs in locis. VI. Trium allatorum, vt corripitur primum, naturam eſſe vel eſſentiam, vel partem eſſentiæ rei naturalis; quia natura eſt tum tota eſſentia, quæ dicitur forma totius; tum etiam vtraque pars eſſentiæ, quarum altera eſt forma, & altera materia: ſic in ſecundo non putamus coarctandam eſſe naturam ad principium internum eidem numero ſubiecto in quo eſt, ob rationes ante allatas, non obſtantibus a te dictis, quibus aptas adhibui reſponſiones. Tertium vero recipio, & collaudo, quum ſit fundamentum meæ ſententiæ; ſed in eo primum animaduerto, ſi tertium hoc attributum potiſſimum naturę competit, & nititur actione non immanente, ſed tranſeunte extra ſubiectum in quo eſt natura agens; quomodo verum eſt tuum enunciatum, naturam non potuiſſe recte definiri per actionem tranſeuntem? an non recte definietur natura per id, quod in ea potiſſimum reſt? Deinde vero falſum eſt, quod ais in actu generationis filij a patre, naturam patris habere actionem ita tranſeuntem, vt non poſſit dici agere in eo in quo eſt; nam Ariſtoteles aſſignans diſcrimen inter artem & naturam, quod ars agat in alio, natura in ipſo in quo eſt, in argumentum
l 12.metaph. t.13. affert generationem hominis ab homine dicens, *l Ars igitur principium in alio, natura vero principium in ipſo: homo namque hominem generat.*
m 2. phy. t.13. Sed & Ariſtoteles in loco a te primum *m* citato ſtatuit formam eſſe naturam, quam definiuerat princi-
n 2. phy. t.3. pium motus in *n* quo eſt, quia homo hominem generat. Verum in ſecundo loco ex Ariſtotele producto, non habes quid-
† 15. falcit. quam ad propoſitum faciens de natura agente actione † tranſeunte; quum naturæ nomen ibi non habeatur; ſed ſolum abſolute dicatur mouens ſemper afferre aliquam formam, abſtrahendo a motu in eo in quo eſt, & a motu in alio, ſeu potius
o 3. phy. t.17. comprehendendo vtrunque modum mouendi; ait enim, *o Formam autem ſemper afferet aliquam id quod mouet, aut hanc, aut talem, aut tantam, quæ principium atque cauſſa motus erit, quum moueatur: vt actu homo facit ex eo, quod potentia exiſtit homo, hominem*; quomodo ea, quæ Magiſter affert de motore in genere contrahis ad naturam, quæ motor eſt ſpecialis? In tertio vero

loco

loco dicens Ariſtoteles, *Præſertim quum bifariam naturam intelligamus, vt altera pro materia ſit altera pro ſubſtantia; quæ quidem & vt mouens, & vt finis eſt: talisque animalium anima, vel omnis, vel pars aliqua eius ſit*. aperte meam opinionem firmat, qua naturæ nomen & rationem dedi finali quoque & effectrici cauſſæ; tuamque tollit, quæ naturam eſſe vis formam ſolam, eamque informantem. In quarto loco legimus Naturaliſſimum eſſe viuentibus generare ſibi ſimilia, animali animal, plantæ plantam; ſed ne verbum † quidem de propoſita functione tranſeunte, vel immanente. L I I. Quum ergo natura poſſit habere hanc operationem tranſeuntem, reddenda eſt ratio, quare Ariſtoteles definiendo naturam 2. phy. 3. & 5. meta. 5. non fecerit mentionem huius actionis tranſeuntis, ſed ſolum immanentis; & reſpondendum eſt vna cum duobus recentioribus grauiſſimis Philoſophis, videlicet cum Zabarella, & cum Picolomineo. V L. Hi duo viri, Flos inclyte, noſtra tempeſtate docuerunt in Antenoreo Lycæo, quorum primus eamdem, quam ego nunc impleo, Philoſophiæ cathedram tenuit; & ſecundus eius Collega ſedem eamdem, quam tu calcas hodie, ſeſſitauit: quare nobis eodem cum ijs loco Philoſophiam colentibus ipſorum dicta vim eam autoritatis habere non poſſunt, qua ſine alio rationis pondere noſtram opinionem ſuæ ipſorum contrariam opprimere valeant. Sed & vbi Ariſtoteles ipſe dubitationem ſoluit, non eſt vt ſolutionem a iunioribus Interpretibus mendicemus. Ariſtot. ipſe, vt ſæpe diximus, ait hominem generando hominem fungi officio naturæ, quæ operatur in ipſo, ad artis differentiam, quæ operatur in alio. Si ergo tranſeuntis actionis nomine ſignificas eam, quæ ab agente tranſit in ſubiectum a ſe ſolo numero diuerſum, cuiuſmodi eſt generatio filij a patre, vt proculdubio ſignificas; falſo ſupponis dicis ve Ariſt. naturæ definitione talem actionem excludere; quia 2. phy. t. 3. definiens naturam eſſe principium motus & quietis in quo eſt, primum, per ſe, & non ſecundum accidens, nomine motus abſolute ſignificat omnem motum naturalem, comprehendens etiam generationem; quia paullo ſ poſt oſtendit formam hominis eſſe naturam, quia eius beneficio homo generat hominem, non quidem eumdem t numero, ſed

p 1. de part. an. c. 1.

q 2. de an. t. 34.

† 16. fal. cit.

r 12. meta. t. 13.

ſ 2. phy. t. 13.

t 2. de an. t. 35.

eundem ſpecie: Quin & 5.meta. t.5. dum ait Ariſtoteles, *Prima & quæ proprie dicitur natura, eſt ſubſtantia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habent; materia enim eo quod huius eſt ſuſceptiua; generationes autem, ac ipſum naſci, eo quod ab hac motus ſunt: principium quoque motus eorum, quæ natura ſunt, hæc eſt: natura ſcilicet inexiſtens quodammodo, aut potentia, aut actu*: potentia quidem in filio, qui generatur, ſeu velis in menſtruo, ex quo gignitur; actu vero in patre generante. Vnde ſatis aperte conſtat Ariſtotelem extendere naturæ nomen, & rationem ad cauſſam effectricem generationis animantium, adeoque ad cauſſam effectricem, quæ operatur in quo eſt eiuſdem ſpeciei, licet non ſemper in ſubiecto eodem numero. Sed reuera nos cum Ariſtotele actionem immanentem, ſeu potius motum in quo eſt, vel in ipſo, interpretamur cum eodem *a* Ariſtotele motum in eodem aut numero, aut ſpecie; ita vt dicendum ſit ex Ariſtotele, Naturæ proprium eſſe agere in id in quo eſt, vel eodem numero, vel eodem ſpecie; non autem conuenire naturæ ſecundum quod natura eſt, ac proprie, ſemper agere in idem numero ſubiectum; & per hoc natura contradiſtinguitur ab arte, quæ ſemper agit in rem ſpecie diſtinctam ab ea, in qua eſt; quum ipſa ſit habitus in anima, & agat in corpore; vt late ſuperius oſtendi. L.I L. Simplicius in 2. phy. com. 25. dicit cauſſam effectricem proprie acceptam eſſe ſeparatam, & ſegregatam ab eo quod factum eſt; atque ita indicat efficientem cauſſam, quæ agit in aliquid extrinſecum: itaque docet hanc efficientem cauſſam non eſſe naturam, his verbis, *nam cauſſa inexiſtens, vt forma & natura copulatur, & vicina eſt cum principio ſecundum formam*. ideo contradiſtinguit hanc cauſſam inexiſtentem tanquam formam & naturam, ab effectrice cauſſa ſeparata & ſegregata ab eo quod factum eſt. V L. Vere quidem eo loci Simplicius ait, *proprie effectricem cauſſam ſeparatam eſſe, & ſegregatam ab eo, quod factum eſt*; nimirum ſegregatam numero, non ſpecie: at non illico, vt tu ponis, docet hanc efficientem cauſſam non eſſe naturam, his verbis, *nam cauſſa inexiſtens vt forma & natura copulatur, & vicina eſt cum principio ſecundum formam*: tum quia ſolum vult cauſſam, quæ inexiſtens eſt, vt formam & naturam copulari; at non negat

a 12.meta. t.13. & locis antea citatis.

gat effectricem cauſſam, etſi ſeparata ſit ab eo, quod efficitur, eſſe naturam; nam ſi hoc negaret, mihi potior eſt † Ariſtoteles contraria docens, vt ſæpe notaui: tum quia loco citato dum ait ipſe Simplicius, cauſſam inexiſtentem copulari vt formam & naturam, & vicinam eſſe cum principio ſecundum formam; certe non poteſt formam intelligere, quæ eſt ipſum principium ſecundum formam, non illi vicina principio; ſed intelligere debuit effectricem cauſſam, quæ coincidit cum forma; cui vicina dicitur, & inexiſtens cauſſa, quia inexiſtit in eadem ſpecie. L I L. Ad idem confirmandum citat ibi auctoritatem Alex. *Oportet*, inquit, *meminiſſe quod hic Alex. fatetur non eſſe proprie effectricem cauſam naturam, ſed formalem*: & aperte intelligit effectricem cauſam in aliquid extrinſecum, quam vocauerat ſeparatam, & ſegregatam ab eo, quod factum eſt. V L. Simplicius eo loci ex Alexandro tractat de natura interna eidem numero ſuppoſito, non autem de natura proprie dicta ſimpliciter, de qua nos agimus in præſentia; nam paullo ante in com. t. 26. 2. phy. Simplicius attulerat Alexandrum oppoſitam ſententiam aſſeuerantem ipſiſſimis hiſce verbis, x *Vniuerſale autem inquit Alex. quod ſit natura, videtur ipſi ab eodem fieri, aut forma, aut genere, vel vniuerſaliter ab actione: a Sole igitur ſic facta, fiunt & velut ab actione; nam quæ calefiunt, & frigida fiunt, ab actione illius fiunt; & patet quidem quod facta ſecundum artem ab actione fiunt, ſed non naturali. Niſi forte autem vt homo ex homine ab eodem & ſpecie fit; & a Sole, vt ab eodem genere, vt materialis a materiali, ſiue vt corpus naturale a corpore naturali, & animatum ab animato. Notat autem Alex. & ex his dictis, quod ſecundum Ariſtotelem, generatio eorum, quæ fiunt hic, coniuncta eſt diuino corpori, & non eſt ſeparata ab ipſo.* vnde conſtat cauſſam effectricem, non ſolum proximam, & propriam, vti eſt homo generans erga hominem genitum; ſed etiam communem, & remotam, vti eſt Sol, & omnino cæleſte corpus erga noſtratia generabilia, eſſe proprie naturam, & efficere motum generationis in quo eſt vel ſecundum ſpeciem, vel ſecundum genus; & hoc ſufficere ad hoc vt cauſſa efficiens dicatur non ſeparata, ſed coniuncta ei, in quod agit: Quam doctrinam Simplicius hauſit ab Ariſtotele dicente, y *Eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſu-*

† 2. phy. t. 13. 12. meta. t. 13.

x 1. phy. com. t. 26.

y 1. mete. cap. 2.

perioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernetur: vnde enim motus principium omnibus ineſt, illam cauſſam putandum primam. nimirum, quod alicui continuum eſt, id ab eo ſeparatum non eſt, nec illi extrinſecum, ſed coniunctum & internum; ſi ergo cælum ideo continuum quodammodo eſt mundo ſubcæleſti, quia cælum eſt primum mouens efficiens omnium ſubcæleſtium naturalem generationem; & cælum cum ſubcæleſti non habeat aliam coniunctionem niſi quia eſt in eodem genere corporis naturalis; iam efficienti naturali ad hoc ne ſeparatum dicatur ab eo in quod agit, ad artis differentiam, ſat eſt vt ſit in eodem genere, vel in eadem ſpecie: Quæ generis, aut ſpeciei communitas efficit vt dici valeat agere in ipſo, non in alio, proindeque proprie natura, quod monet aperte Simplicius hoc loco. LIL. Idem Simpl. citato 2. phy. com. 56. *Natura naturaliter mouet, quod dictu idem eſt intus mouet: ſi ergo moueat extra, vt ſic non erit natura*. VL. Ego certe non inueni Simplicium talia dicentem in loco a te citato. Si vero dixit hoc alicubi Simplicius, id eo ſenſu accipiendum eſt, quo nuper ſeipſum explicauit, quando ſcripſit, Alexandro conſentiens, *Vniuerſaliter quod ſit natura, ab eodem fieri aut ſpecie, aut genere*. Nam effectrici cauſſæ producenti effectum a ſe numero diſtinctum, ſed eiuſdem ſpeciei, vel generis, ad artis differentiam Simplicius nomen & rationem naturæ conuenire proprijſſime ſtatuit

2. phy. poſt. com. 28. antea ſcribens in aurea digreſſione, *Quinto autem ſignificato, & propriiſſimo natura eſt cauſſa vt naturalia moueantur, ceu ars eſt cauſſa effectrix artificialium, & eius motus. Hæc autem natura incipit a natura, quæ materia dicitur, & deſinit in naturam, quæ eſt forma, tradens naturam compoſiti, & efficiens. Vnde hac ratione effectrix natura conuenit cum arte: differt autem ab ipſa eo quod ars, quum ſit principium externum incipit a proprijs contemplationibus theorematibus ve, & deſinit, ac finitur in aliquid aliud effectum, quod eſt præter ipſam: nam ſic Medicina in ſanitatem deſinit: atqui natura quum inſit ei, quod producitur, ceu per naturalem productionem in naturam effecti deſinit, ſcilicet natura in naturam per naturam: niſi & ars per artificialem motum in artificiale ſimile ſpecie deſinens, ſeruet ſecundum hoc ſimilitudinem cum natura; & quatenus natura ineſt, atque actus internus eſt natura, differt ab arte. Quum*

igitur

igitur ſint plura ſignificata naturæ, nomen magis proprium naturæ conuenit, quæ eſt vt motus, & naturalis productio: nam medicationi, & texturæ, ac vniuerſaliter motui reſpondet, & cum his habet proportionem; ſed conceptio, & ſignificatio nominis magis proprie conuenit ei naturæ, quæ accipitur vt effectrix cauſſa eſt rerum naturalium. Sic igitur aperte demolitur tuum dogma Simplicius, meum ex aduerſo confirmat hic aſſerens non ſolum effectricem cauſſam rerum naturalium eſſe propriiſſime naturam; ſed etiam eſſe principium internum, quia eſt eiuſdem ſpeciei cum re a ſe producta, & hoc ad artis differentiam, quæ conſiſtens in habitu intellectuali multorum theorematum producit extra animam vel ſanitatem corporis, vel domum, ac omnino ſemper quid ſpecie diſtinctum, genereve ab arte productrice; quæ proinde dicitur principium externum rei a ſe productę: Quamuis vtcumque ars aliquam ſimilitudinem cum natura gerat, & cum re a ſe producta. Quæ omnia late ſuperius protuli ex Ariſtotele. Quare meliores pro tua ſententia profer autoritates. LIL. D. Tho. in 1.p.q.115.ar.2. dicit naturæ nomen ſignificare principium motus, quod eſt in eo quod mouetur. & q.29. ar.1. ad 4. idem pariter docet, ſignificans manifeſte tunc non eſſe naturam, neque fungi officio naturæ, quando agit in extrinſecum. VL. Etſi non tenear huic doctori ſubſcribere, tamen ex eius verbis conſtat effectrici cauſſæ nouum indiuiduum generanti in eadem ſpecie conuenire nomen naturæ, rationemque principij intrinſeci ad artis differentiam, vt antea dixi; quia primo loco dicens, *Nomen naturæ, vt Philoſ. ait in 5. meta. primo impoſitum fuit ad ſignificandam generationem viuentium, quæ natiuitas dicitur: & quia viuentia generantur ex principio coniunctio, ſicut fructus ex arbore, & fœtus ex matre, cui coniungitur: conſequenter tranſlatum eſt nomen naturæ ad omne principium motus, quod eſt in eo quod mouetur: Manifeſtum eſt autem quod principium actiuum, & paſſiuum generationis rerum viuentium ſunt ſemina, ex quibus viuentia generantur.* Profectoquum nec arbor ſit in fructu a ſe genito, nec mater in fœtu, nec omnino principium generationis ſit in re genita, niſi ſecundum ſpeciem, vel genus: iam ex hoc loco D. Tho. colligi non poteſt naturæ nomen non conuenire parenti prolem generanti; ſed oppoſitum

poſitum omnino. Secundo loco referens eadem clarus Doctor, eadem ratione debet intelligi. Præterea dicens naturæ nomen tribui primo generationi viuentium, deinde principio interno, a quo fit generatio; tale principium internum nihil eſt aliud quam efficiens cauſſa generationis, vel ſaltem primario; nam materia eſt principium in quo, ſeu ex quo, non a quo generatio fit. Immo vero quum dicat hic autor, nomen naturæ per tranſlationem attributum fuiſſe cuilibet principio motus in eo quod mouetur exiſtenti, quia principium generationis viuentium eſt coniunctum ipſis viuentibus, quæ ab eo generantur; quum talis coniunctio non ſit, quia principium generans ſit in re genita velut eius forma, & pars eſſentialis, ſed quia eſt tum in eadem ſpecie, vel genere, tum illi connexum & adiunctum: propterea ſufficit ad hoc vt aliquid proprie natura ſit, ipſum eſſe principium motus in quo eſt vel ſecundum ſpeciem, ſeu etiam ratione generis, vel etiam ratione contactus, & colligantiæ, vt eſt mater fœtui, motorque mobili. Nec igitur id habes ab his autoritatibus, naturam eſſe principium motus in eodem indiuiduo ſemper, in quo eſt. LIL. Hoc *a* antea docuerat Ariſt. 9. meta. t. 13. Vbi naturam vocat potentiam & principium motiuum, non tamen in alio, ſed in ipſo, prout ipſum eſt. VL. Si diligenter animaduertantur verba Magiſtri loco cit. conſtabit Ariſtotelem ponere diſcrimen inter potentiam, quæ eſt principium tranſmutationis in alio, cuiuſmodi eſt ars; & eam, quæ eſt principium tranſmutationis in eodem, cuiuſmodi eſt natura; quod natura eſt principium motiuum in eodem, non quidem numero ſemper, vti putas, at etiam quandoque vel ſpecie tantum, vel genere proximo; nam ars ædificandi permanens idea quædam immaterialis, & immobilis per ſe, differt genere a domo materiali, per ſe mobili, corporeaque a ſe facta; ceu qualitas & accidens a ſubſtantia: ſed pater filium procreans eſt in eadem ſpecie cum filio a ſe genito, vt dum homo hominem generat; vel ſaltem in eodem genere proximo, vt dum equus ex aſina mulum gignit: verba Magiſtri ſuperius etiam conſiderata clariſſima ſunt, *b Manifeſtum eſt quod actus prior potentia eſt: dico autem non ſolum illa potentia definita, quæ dicitur principium tranſmutatorium in alio, prout aliud eſt* (cu-

a pag. 14.

b 9. meta. t. 13.

(cuiuſmodi eſt ars) *ſed prorſus omni motiuo & ſtatario principio ; etenim natura in eodem fit ; in eodem enim genere cum ipſa potentia ; principium enim motiuum ; non tamen in alio, ſed in ipſo prout ipſum :* nempe natura, quæ terminus eſt generationis prolis, tali generatione fit in eodem, ſeu ſpecie, ſeu genere ſubiecto, in quo eſt natura patris, quæ eſt principium motiuum, & actus, in eodem genere cum ipſa potentia ; & quum actus ſit idem genere proximo, vel etiam ſpecie, cum ipſa potentia ; prior tamen ea eſt multifariam ; vt ilico ſubdit Ariſt. *Omni itaque tali potentia prior eſt actus & ratione, & ſubſtantia : tempore vero quodammodo quidem eſt, quodammodo vero non.* & mox. *Tempore autem prius ſic, quod idem ſpecie agit prius, numero vero non : dico autem hoc, quod eo quidem homine, qui actu iam eſt, & frumento, & vidente, prior tempore materia, & ſemen, & viſiuum eſt ; quæ potentia quidem homo, & frumentum, & videns ſunt ; actu vero nondum ; ſed his alia tempore priora actu exiſtentia, e quibus hæc facta fuerunt ; ſemper etenim ex eo, quod potentia eſt, fit actu ens ab actu exiſtente, vt homo ex homine, & muſicus ex muſico, ſemper aliquo primo mouente ; mouens autem actu iam eſt.* Quum igitur ab initio textus Ariſtoteles oſtendere ſibi propoſuiſſet, actum ſimpliciter eſſe priorem potentia ; ſtatueritque potentiæ nomine ſe ſignificare principium tranſmutationis in alio prout aliud eſt, vti eſt ars ; & in ipſo, prout ipſum eſt, quod aſſerit eſſe naturam : mox probat naturam, quæ actus eſt, modo quodam priorem eſſe tempore natura, quæ potentia eſt ; quia natura, quæ eſt potentia paſſiua, vt materia menſtrualis, prior eſt ea natura, quæ comparabilis eſt per generationem, vt forma filij : ſed natura, quæ eſt potentia tranſmutatiua, vt forma patris, prior eſt tempore quam actus terminans generationem, qui eſt forma filij. Ceterum inquit naturam agere non in alio, ſed in ipſo prout ipſum ; quia natura patris & filij ſunt in eadem ſpecie, dum homo generat hominem, & leo leonem, vel ſaltem in eodem genere proximo, dum equus generat mulum. Quæ omnia conſtant ex vltimis verbis cont. Ariſtotelis, a te citati, quæ ſi non † ſubticuiſſes, omnes viderent hunc locum non tuo, ſed meo placito ſuffragari : quæſo ſententias integras autorum affer, non mutilatas. Non igitur habes ab Ariſtotele, naturam ſem-

† 17. falſcit.

ſemper agere in eodem numero ſuppoſito, in quo eſt. **Sic ergo** tuum fundamentum in quarto capite poſitum, firmitatem non habet, nec veritati conſentit. Age nunc euolue quintum ca- *c* pag. 15. put, quid in eo probare contendis? LIL. Quando *c* aliquid agit in extrinſecum, non vocari naturam propter hoc, ſed potiùs naturalem cauſſam, & hoc conuenire efficienti, & fini. *d* li.1.c.3. & ſeqq. VL. Oppoſitum late probaui, tractans de natura *d* primo mouente, rationibus ductis ex rei natura, & ex Ariſtotele, tum de *e* 2.phy.t.1. 2.12 75.& ſeqq. cauſa *e* effectrice, tum de *f* finali: ſed præſtat illis locis euidentiſſimis alia nunc adijcere; quorum primus eſt, vbi ſcribit Ariſtoteles conferens artem cum natura, 1.cæl.t.32. 5.meta.t.5 *g Omnia quæcumque aut natura, aut arte efficiuntur, ab eo quod actu eſt, fiunt ex eo quod po-* *f* 2.phy.t. 14. 5.meta.t.5 *tentia tale eſt*. & mox. *At ratio, qua iam caro, aut os eſt, non poteſt: ſed a motu proficiſcente efficitur ab eo, quod genuit, quodque* *g* 2.de ge. an. cap. 1. in f. *actu eſt id, quod potentia eſt id, ex quo gignitur; quomodò in ijs quoque agitur, quæ arte efficiuntur*. & paullo poſt. *Ars enim principium, formaque eius quod efficitur eſt, ſed in alio: motus autem naturæ in ipſo eſt, ab altera profectus natura, quæ actu obtinet formam*. Si ergo cauſſa efficiens rerum naturalium eſt natura altera ab ea, quæ producitur, ſolo numero diſtincta in eadem ſpecie; profectò cauſſa efficiens aliud indiuiduum ſibi ſimile decreto Ariſtotelis eſt natura. Sed & alibi probans ipſe omnia quæcumque fiunt, ſiue a natura, ſiue ab arte producantur, ab vniuoco fieri, cauſſam effectricem ponit eſſe naturam inquiens, *h* 12.meta. t.13. *h Deinde quod qualibet ſubſtantia ab vniuoco fit: Quæ enim natura, ſubſtantiæ ſunt, & alia: aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut caſu fiunt: Ars igitur principium in alio; natura vero principium in ipſo: homo enim hominem generat*, non quidem eumdem numero, ſed eumdem ſpecie. Sic igitur tuo dogmati reclamans Ariſtoteles ponit cauſſam effectricem rerum phyſicarum, & generantem aliud indiuiduum extra ſe, proprie naturam eſſe. Sed qua ratione tuum aſſertum probas? LIL. Agens in extrinſecum, & producens aliquid extra ſuppoſitum, in quo eſt, non eſt natura, quatenus ſic operatur; vt patet ex dictis: At efficiens, & finis ex propria ſua natura habent, vt agant in extrinſecum, & operentur extra illud ſuppoſitum, in quo ſunt; ideo non ſunt natura. VL. Agens in extrinſecum duplex

eſſe

eſſe nonimus ex Ariſtotele; vnum eſt agens in extrinſecum diuerſi generis; & hoc eſt ars, quæ qualitas eſt immaterialis in anima, & agit extra animam in lignum, lapides, & alia corpora materialia; taleque agens non eſt natura: alterum eſt agens in eo, quod eſt idem ſpecie, vel genere proximo, licet differat numero, & ſuppoſito; & eſt natura; vt late probaui ſuperius ex Ariſtotele. Quare falſum eſt tuum primum dogma in eo ſenſu, quo a te profertur, non obſtantibus a te dictis antea. Falſum eſt etiam ſecundum, tum quia licet agant in ſuppoſitum numero diſtinctum ab eo in quo ſunt effectrices cauſſæ, agunt nihilominus etiam in idem ſpecie ſuppoſitum: tum quia finis & efficiens formaliter agere poſſunt in idem numero ſuppoſitum, in quo ſunt; quoniam animal, & homo mouetur a *i* ſeipſo; & huius finis *k* gratia ſæpe, vt ſanus conſeruetur, vt nos edocuit Ariſtoteles: at vero certum eſt cauſſam effectricem ambulationis, & ſanitatem conſeruandam, quæ finis eſt ambulationis, tunc non operari extra ſuppoſitum, in quo ſunt. Præterea vero putasne ſemen, præſertim maſculeum, eſſe cauſſam effectricem prolis? id quidem *l* multis in locis edocet Ariſtoteles, ſed præſertim vbi diſtinguens efficientem ab alijs cauſſarum generibus, ac ex profeſſo de cauſſis edifferens, ait, *m Semen autem, & medicus, & conſultor, & omnino ipſum faciens, omnia ſunt vnde principium mutationis aut ſtatus, aut motus.* & alibi, *n Principium namque, & efficiens rei, quæ gignitur, ſemen eſt: ſunt hæc enim natura, & proinde ex hoc enaſcuntur.* At vero ſemen dum ſuo munere fungitur, agit in eodem numero ſuppoſito, in quo eſt; nam in actu conceptionis vnitur cum excremento fœminæ, vt ex ambobus coaleſcat vnum numero corpus; in quo ſemen maſculi mouet excrementum fœminæ, ipſum viuificans, & in eo varias partes inſtrumentales efformans toto tempore generationis, ſiue organizationis fœtus; vt dubium eſſe non debeat, quin cauſſa efficiens, ac generans nouum indiuiduum eſſe valeat cauſſa & principium motus in eo in quo eſt eodem numero; licet pater ad ſeminis differentiam, ſit principium, & cauſſa motus generationis in quo eſt eodem ſpecie, ſi non numero. Quam doctrinam ſatis innuit Auerroes inquiens cauſſam agentem non eſſe extrinſecam in-

i 8. phy. t. 27. 29.
k 2. phy. t. 30.
l 1. de gen. an. cap. 18. 20.
2. de gen. an. cap. 1. & alibi.
m 2. phy. t. 31.
n 1. de part. cap. 1.

Digitized by Google

o 5. meta. com. 1. rebus naturalibus, ſed in artificialibus, dum ait, *o Et dicitur principium generans & agens: & eſt illud, a quo fit initium generationis rei, quouſque generatio perficiatur. v. g. generatio filij a parentibus, & litis a diuerſitate opinionum, & vniuerſaliter iſta cauſſa eſt agens & mouens. Et in exemplari inuenitur, & eſt in re. & videtur mihi quod eſt error ſcriptoris, & debet legi, & non eſt in re. Et ſi non eſt hic error, tunc forte dixit hoc, quia eſt diſpoſitio iſtius cauſſæ in rebus naturalibus, ſcilicet, quod non eſt extrinſeca ab eis. v. g. ſemen maris & fęminæ in ſpeciebus generabilibus: in artificialibus autem, & voluntarijs extra rem. ſed vniuerſaliter pater, & mater ſunt cauſſæ extrinſecæ remotæ; pater tanquam agens, & mater tanquam materia:* extrinſecæ quidem indiuiduo genito, at p 12. meta. t. 13. non ſpeciei, vt antea patuit ex p Ariſtotele. LIL. Minor probatur ex Auer. qui 5. phy. com. 3. de mouente ſic loquitur, *Motor eſt de cauſſis extrinſecis:* at motor eſt efficiens. VL. Adeone moueris autoritate, vt eam rationi præferas, & ipſi ſenſuum euidentiæ? quis non fateatur in homine ambulante vt ſanus conſeruetur, cauſſam effectricem motus ambulationis, & ſanitatem cuſtodiendam eſſe internam homini ambulanti, nec extra illum eſſe, quicquid in oppoſitum dicat Auerroes, vel quiuis alius? quis non videat Auerroem ponere ſemen maris inter cauſſas effectrices, ac fateri eſſe intrinſecum rei, quam generat? nonne id aſſumit loco nuper a nobis allato? ſed tamen * 5. phy. com. 3. Auerroes non ait * motorem eſſe cauſſam extrinſecam mobili, vti tu vis inclyte Flos, at eſſe cauſſam extrinſecam motui formaliter ſumpto; cuius ait tres eſſe cauſſas internas, terminum a quo, terminum ad quem, & ſubiectum mobile; vnam externam vt motor, & præter hæc accidens ac paſſio, tempus; & ſpeciatim agit ibi de motu recto; non autem ſimpliciter, ait effectricem cauſſam eſſe extrinſecam ſeu agere in extrinſecum; † 18. ſal. cit. vt † ais: immo terminum ad quem, qui eſt finis motus ponit l 5. phy. co. 3. inter cauſſas intrinſecas motus; ait enim, l *Illud ex iſtis, quod magis diſponitur per motum, eſt res mota; & ſequitur ipſum illud, ad quod eſt motus, quum illud ſit finis motus; & ſequitur iſta illud, ex quo eſt motus, quum ab hoc ſeparatur res mota, & transfertur ab eo: primum igitur iſtorum, & dignius in motu, eſt res mota, ſcilicet ſubiectum motus: deinde illud, ad quod eſt motus: deinde illud,*

ex quo eſt motus. Iſte igitur ordo eſt iſtarum cauſſarum, ex quibus conſtituitur motus: motus enim conſtituitur in ſubſtantia eius ex iſtis tribus cauſſis, ſcilicet de cauſſis exiſtentibus in eo, non extrinſecis; & ideo non numerauit motorem, aut tempus; quia tempus eſt de accidentibus eius, & motor de cauſſis extrinſecis. Si ergo non mutilam, ſed integram ſententiam Auerrois attuliſſes, lector agnoſceret ex te, non tibi, ſed mihi Auerroem eo loci fauere. Dum ergo probare intendis effectricem cauſſam, & finalem non eſſe naturas, quia non ſunt principia intrinſeca, ſed agunt in extrinſecum ex hoc Auerrois loco; commentatoris autoritatem affers, quæ nihil ad propoſitum tuum facit, ſed illi repugnat aperte; tum quod Auerroes hic finem contradiſtinguit a motore, quia finis eſt cauſſa intrinſeca motus, motor autem extrinſeca; tum quia naturam probare vis eſſe intrinſecam mobili, quum definiatur eſſe principium motus in eo in quo eſt, nimirum in mobili, in quo & motus eſt, & ipſa natura; quum Auerroes hic aſſerat motorem eſſe de cauſſis extrinſecis motui, non autem ipſi mobili: ſed ne putes idem eſſe intrinſecum motui, & intrinſecum mobili; nam in aſcenſu ignis, intrinſeca motui ſunt termini a quo, & ad quem, deorſum, & ſurſum; quæ loca ſunt igni prorſus extrinſeca; quum ab alterutro ſeparari valeat. Et re uera, quis vnquam diceret in motu animalis motorem eſſe non intrinſecum, ſed extrinſecum mobili? nam animal in eodem motu idem eſt & mouens, & quod mouetur; ſiquidem animal a ſeipſo *m* mouetur Ariſtoteli; num tibi fuerit idem animal extrinſecum ſibimetipſi? LIL. Idem Auer. 12. meta. com. 23. loquens de motore, & principio, vt ſignificaret efficientem cauſſam, appellat cauſſam extrinſecam. VL. Nec ibi tuam ſententiam fulcit Auerroes, quæ eſt, effectricem cauſſam agentem in aliud indiuiduum, licet eiuſdem generis, & ſpeciei, ſic extrinſecam eſſe, vt proprie dici nequeat natura; ſiquidem Auerroes ibi comparat effectricem, & finalem cauſſam cum materiali & formali, in relatione ad idem numero indiuiduum, cuius materia, & forma ſunt partes conſtituentes, & cauſſæ internæ; quum efficiens, & finis, & plerumque etiam motor ſint externæ ita, vt non poſſint appellari partes rei, cuius ſunt efficiens, & finis; ait enim, *Quum locutus fuerit de prin-*

m 8. phy. t. 27. 29.

Digitized by Google

cipijs, quæ ſunt partes rei, ſcilicet forma, & materia, vult loqui de extrinſecis, ſcilicet motore: & dicit, quia cauſſæ non omnes ſunt partes rei compoſitæ, ſed etiam ſunt aliæ cauſſæ extrinſecæ; quarum vna eſt motor; & hoc nomen principium dignius eſt conuenire motori, & elementum conuenire intrinſecis; manifeſtum eſt, quod elementum, & principium differunt inter ſe. Nimirum comparat hic Auerroes formam, & materiam abſolute cum motore, ſeu efficiente, ac fine; recteque decernit materiam, & formam eſſe cauſſas intrinſecas, & elementa; quia ſunt formaliter acceptæ partes conſtituentes idem numero indiuiduum, cuius ſunt materia, & forma: motor vero dicitur cauſſa extrinſeca, & finis etiam, non autem elementa, quia non ſunt ſemper partes conſtituentes idem numero ſuppoſitum, ad quod ſe habent vt efficiens, & finis: at vero propterea non eſt his interdicenda ratio naturæ, quia ſat eſt vt ſint intrinſeca in ſpecie, vel genere; quod ſuperius late probauimus. Deinde propoſitionem Auerrois abſolute ſumptam iuxta tuum ſenſum falſam eſſe conſtat in animali mouente ſeipſum; tantum enim abeſt vt in eo motor ſit extrinſecus, non autem intrinſecus mobili, quod potius reipſa cum eo identificetur; adeoque ſit natura agens in ipſo, non in alio. Quumque * Ariſtoteli primum mouens immobile ſit pars eius quod mouetur a ſeipſo: iam hinc apparet primum mouens immobile eſſe principium motus in eo in quo eſt, & omnino intrinſecum, adeoque naturam. LIL. Clarius Auerroes 1. phyſi. com. 1. tam de efficiente, quam de fine hoc idem ſignificat dicens. *intendit per prima principia primas cauſas, quæ ſunt extra rem, ſcilicet primum agens, & vltimum finem.* VL. Niſi † mutilaſſes textum Auerrois, potuiſſes inde colligere mei placiti fundamentum; ait enim Auerroes, *Et intendit, vt videtur, per prima principia primas cauſſas, quæ ſunt extra rem, ſcilicet primum agens, & vltimum finem omnium rerum.* nimirum negat Auerroes primum agens, & vltimum finem extra rem vnamquamque particularem ortui & interitui obnoxiam, de cuius n generationis principijs agit Ariſtoteles primo Phyſicorum; at non poteſt negare Deum, qui eſt primum agens, & vltimus finis, eſſe extra res omnes; quoniam tum Ariſtoteles ait non ſolum, quod o *Deus in vniuerſo eſt, & viciſſim cuncta in illo; mouenturque*

* 8. phy. t. 41. & ſeqq.

† 19. falſ. cit.

n 1. phy. t. 68.

o 7. eud. cap. 18.

turque omnia ab inexiſtente in nobis numine: ſed etiam, verbum, *p* omnes, duplex eſt; nam & vt ſinguli accipitur, & vt omnes; ego *q* pridem conceſſi Deum non eſſe partem ſingulorum; ſed omnium, hoc eſt, totius mundi partem eſſe probaui ex Ariſtotele; ac nunc Auerroi concedens primum agens, & vltimum finem rerum omnium eſſe cauſſam extra rem vnamquamque ſingillatim ſumptam; nego per allata Commentatorem velle primum agens, ac vltimum finem, & omnino Deum ſub ratione primi motoris eſſe cauſſam extrinſecam Vniuerſo, ac rebus omnibus, quatenus in vnum iunctæ conſtituunt Vniuerſum corpus phyſicum a ſeipſo ſecundum partes per ſe mobile, ac ſecundum totum quieſcens. Quare melioribus indiges probationibus. LII. De his duabus cauſis loquens D. Thom. 2. poſt. l. 7. & contradiſtinguens a forma, & a materia ſic dicit, *Hæc autem cauſſa eſſendi aut eſt eadem cum eſſentia ipſius rei, aut alia: eadem quidem, ſicut forma, & materia, quæ ſunt partes eſſentiæ; alia vero ſicut efficiens, & finis.* His verbis D. Thomæ apparet efficientem, & finem non eſſe naturas, quia hę cauſſæ ſunt aliæ ab eſſentia, & natura eſt eſſentia; vt probatum eſt cap. 3. V L. Et hinc te colligere poſſe putas effectricem cauſſam, & finalem non eſſe naturas, & non eſſe ſimpliciter cauſſas intrinſecas, ſed ſolum extrinſecas? certe D. Tho. hoc loco non agit de cauſſa intrinſeca, neque de extrinſeca, neque de natura; ſed ſolum de cauſſa, quæ ſit aut eadem cum eſſentia rei, aut alia ab eſſentia rei: & tu credis id, quod non eſt idem cum eſſentia rei, eſſe extrinſecum rei, nec vllo modo intrinſecum eſſe? falleris, quia proprium, vt riſibile, non eſt idem cum eſſentia hominis, aſt aliud ab eſſentia hominis; non tamen extrinſecum eſt homini, ſed intrinſecum. & D. Tho. *r* *Menſura intrinſeca eſt propria longitudo vniuſcuiuſque, & latitudo, & profunditas; ab his ergo denominatur aliquid ſicut ab intrinſeco inhærente.* Sic natura intrinſeca dicitur, quia eſt in eo, cuius eſt natura, & in quo motum cauſſat; ſed eſſe in aliquo decretis *ſ* Ariſtotelicis non eſt ſolum eſſe in aliquo ſicuti pars in toto, ſed multis alijs modis; & ſpeciatim ſicuti ſpecies in genere, & ſicuti pars ſpeciei in ſpeciei ratione; modo generans, ac omnino efficiens, licet non ſit in eodem numero indiuiduo, quod efficit, eſt tamen

p 1. polit. cap. 2.
q 2. de nat. pr. mo. c. 11.
r 3. phy. l. 5
ſ 4. phy. t. 23.

Digitized by Google

men in eadem ſpecie cum ipſo, tanquam pars eiuſdem ſpeciei, nec non etiam in eodem genere, vt antea vidimus apud Ariſtotelem. Quare ex hoc loco D. Tho. colligi non poteſt efficientem & finalem cauſſam ita extrinſecas eſſe, vt dici nequeant proprie naturæ. LIL. Idem S. Tho. lib. 3. phy. l. 5. Quum, inquit, *quatuor ſint cauſarum genera, duo ex his ſunt partes eſſentiæ, ſcilicet materia, & forma, vnde prædicatio, quæ poſſet fieri ſecundum hæc duo, pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ.* loquens poſtea de cauſa efficiente dicit, *remanet igitur ſola cauſa agens, a qua aliquid denominari poteſt ſicut ab exteriori.* VL. Nos non quærimus hic denominationem effectus a cauſſa, de qua re loquitur D. Tho. ſed vtrum cauſa efficiens ita ſit intrinſeca ſuo effectui, vt poſſit appellari natura; qua de re nihil agit D. Tho. in allato loco; ſed Ariſtoteles non † vno in loco decernens, hominem generando hominem eſſe naturam, quia non agit in alio, vt ars, ſed in ipſo; agit autem non in ipſo eodem numero, quia nihil generat ſeipſum, ſed in ipſo eodem ſpecie, quia generans indiuiduum eiuſdem ſpeciei, conſeruat ſuam ipſius ſpeciem, atque adeo agit in ſua ſpecie, ſiue in quo eſt ſecundum ſpeciem, non in rem prorſus extrinſecam. LIL. De fine quod ſit extrinſecus vide Alex. 4. nat. cap. 12. VL. Si pariter Alexandri ſententiam † integram attuliſſes, non eam mutilaſſes, viderent lectores ex eo colligi cauſſam effectricem, & finalem in actionibus naturalibus intrinſecas eſſe poſſe, dicique proprie naturas; nam ait Alex. citatis verbis, *Textus cuiuſdam expoſitio ex tertio Ethicorum ad Nicomachum Ariſtotelis cap. 12. Videtur itaque violentum eſſe, cuius eſt principium foris, nihil conferente illo, cui vis eſt illata. Quod illud, in quod nihil confert agens, aut patiens, dixit in antecedentibus pro eo quod eſt, ille, cui vis eſt illata, per id, quod nunc dictum eſt, oſtendit, quum mutaſſet, neque amplius dixiſſet, nihil conferente agente, aut patiente, ſed pro his dixiſſet, illo cui vis eſt illata: aliquando enim agere dicimus, aliquando pati: etenim ille, cui vis eſt illata, egit, & vi paſſus eſt, dicimus: principium autem dicit eſſe foris in illis, quibus vis infertur, effectiuum: finalis enim cauſſa, & cuius gratia foris exiſtens eſt in omnibus, quæ aguntur: ſiquidem omne agens agendi gratia, quod agit, quod eſt extra ipſum. Præterea neque erit in his, qui vi aliquid*

† 12. meta. t. 13. & 2. phy. t. 13.

† 10. ſol. cit.

agunt, aut patiuntur, finalis cauſſa: non enim ille, cui vis ab aliquo infertur, finem aliquem ſibi propoſitum habet, cuius gratia ab inferente vim cogitur: vim enim alicui inferenti, & hoc agenti, finis aliquis propoſitus eſt, & propter illum huic vim infert; ipſi vero nullus: violenta vero patientes ſunt, extra quos eſt effectiuum principium, nihil in id, quod fit, conferente eo, qui patitur, & coagente: vt oſtendit fieri in nauigantibus, quum a ſpiritu aliquo impulſi fuerint; & ab his, qui domini ſunt, deuictosque ducunt quacumque eis viſum fuerit; non autem, ſi quis coactus ab aliquo mouere inſtrumentalium particularum aliquam motu aliquo conferente ad id, quod vi fit, iam hoc conferet ad id, quod vi fit: non enim ſi quis ab aliquo impulſus, crura mouens in aliquem incideret, aut aliquid deijceret, iam diceretur ad id, quod fit, conferre: ſed ſi quidem proprio impulſu, atque propoſito hoc aget, iam vtique conferet. ſi vero per aſſuetam aliquam, naturalemque crurium tranſlationem moueretur, non item: quod dixit Ariſtoteles per id, Etenim principium mouendi inſtrumentales partes in huiuſcemodi actionibus in ipſo eſt; qui enim onera ex naui ſuiipſius manibus in mare propter periculum proijcit, non quia manus mouet, libens facit; ſed quia praeligit hoc agere, ita id agit; num & qui propter voluptatem agant, vi: quoniam ipſi, quae agunt, propter voluptatem agunt, ſed non foris efficiens ipſum habent: iucundum enim tanquam finis, & intentio cauſſa eſt, ſed non vt efficiens. Haec Alex. in loco a te citato; quae diligenter omnia referre volui, vt conſtet multitudinem autoritatum, quibus me velut obruere conaris, frequenter nihil ad rem facere; noſtra diſputatio eſt de motu naturali, cuius natura eſt principium, & cauſſa in quo eſt; quam cauſſam internam mobili dum tu vis ab effectrice, ac finali cauſſa remouere, producis Alexandrum quaſi decernat finem omnem eſſe cauſſam extrinſecam; quum tamen Alexander ibi tractet de principio, & fine in actionibus moralibus, iiſque violentis, recteque ſtatuat in ijs effectricem cauſſam, & actionum principium non eſſe in eo, qui agit, ſed foris in eo, qui violentiam infert: finemque vel nullum eſſe in ijs actionibus, quia qui coactus agit, nullum ſibi finem proponit, cuius gratia agit: vel etiam finem in omnibus actionibus moralibus eſſe quid foris. At nos agimus de motu naturali prout a violento contradiſtinguitur, dum

dum ſtatuimus in generatione phyſica hominis ab homine, tum hominem generantem, tum ſpeciei perpetuitatem eſſe naturas, quarum vnaquæque cauſſa eſt motus generationis interna ipſi ſpeciei, ſeu illi indiuiduo ſecundum ſpeciem ſumpto: vt antea toties ex Ariſtotele confirmauimus. Immo vero perſpicuis verbis Alexander circa finem capitis non ne dicit ex Ariſtotele principium effectiuum motus naturalis crurium eſſe non extrinſecum, ſed in ipſo, qui mouetur? non ne aſſerit etiam in actionibus moralibus, eos qui agunt aliquid propter voluptatem, habere ſuæ actionis principium efficiens non foris, ſed in ipſo, qui agit tali actione ſe ſe mouens, nimirum voluntatem propriam? non ne certum eſt voluptatem, cuius gratia agit, ac finis eſt illius actionis, non eſſe foris, ſed in ipſo, qui ea perfunditur? facile ſatis eſt, inclyte Flos, multas autoritates in faſcem conglomerare; ſed non facile iam erit tibi eas afferre, quæ pro tua ſententia contra meam opinionem faciant ad propoſitum. Alias vero, quas ex iunioribus autoritates poſtea proponis, omitto temporis iacturam facere nolens; at illis apponam autoritates Alexandri, Themiſtij, Philoponi, Simplicij, conſtituentium naturæ nomen, & rationem ſpeciatim conuenire cauſſæ efficienti. Alexander quidem agens de fortuna inter cauſſas effectrices opus ad extra producentes numerat

u 2. de an. t. 37. cum arte, ac electione naturam inquiens, *u Verum cauſſæ effectiuæ, alicuius rei cauſſa faciunt ea, quæ ab ipſis fiunt; atque eſt ipſis certus quidam, ac definitus finis propoſitus, ceu natura, ars, & electio.* nimirum redigit Alex. cauſſas eff. ctrices ad tres claſſes, quia videbat effectuum tres claſſes eſſe, noſcens tot modis vnum re-

* 2. phy. t. 35 latiuorum dici, quot ſuum correlatiuum, immo ex * Ariſt. habens effectus tot modis dici, quot & cauſſa; ſunt autem effe-

x 6. meta. t. 1. ctuum, vt ait x Ariſtoteles, alij agibiles, quorum cauſſa efficiens eſt voluntas, electio nuncupata: alij effectibiles, ſiue factibiles, quorum cauſſa efficiens eſt ars; alij demum generabiles, quorum cauſſa efficiens eſt natura. Themiſtius item efficienti cauſſæ nomen naturæ proprijſſime conuenire ſcribit, adeoque magis proprie, quam materiei, ac formæ, dum ait, *y Illud quærendum potius, vnam tantum rem, an plures nomen naturæ ſignificet.*

y 2. phy. com. 7. *Videtur autem fere multiplex eſſe nomen: vno ſignificatu natura dicitur*

citur eſſe materia: materia iterum duplex eſt; vna particularis, atque hæc non per omnia informis eſt, ſed ad quemdam modum, vt ædium lateres, laterum humor, & terra ſtirpium & elementa: altera generalis, atque hæc eſt vltima ſine forma prorſus. Alio modo natura pro forma & ſpecie & ſubſtantia definitionis aſſertur. Tertio pro via & motu ad formam accipitur. Habetur & res alia, quæ quum motus illius efficiens cauſſa ſit, inſitque omnibus natura conſtantibus, nomen ſibi natura maxime, & proprie vendicat. Dicitur & ſubſtantia qualibet eſſe natura, qualiſcumque ea ſit, ſiue ſimplex, ſiue compoſita. Sane de reliquis ſuo tempore diſputabimus: nunc de materia & forma diſquirendum eſt, vtra ſit dignior nomenclatione naturæ. Hæc ipſe Themiſtius, in quibus ex Ariſtotelis
doctrina proponit quinque res, quibus naturæ nomen conue-
nit, *z* Materiam, *a* formam, *b* generationem, *c* effectricem z 1. phy.
cauſſam motus generationis exiſtentem in omnibus natura t.10.
conſtantibus, & *d* ſubſtantiam quamlibet, ſiue ſimplicem, a tex.11.
ſiue compoſitam: comparansque cauſſam effectricem motus b tex.14.
inexiſtentem in omnibus rebus naturalibus, ait illam ſibi ma- c 12.meta.
xime & proprie vendicare nomen naturæ. Sed age, Flos incly- 13.
te, quam putas hic a Themiſtio vocari naturam effectricem d 5.meta.
motus a formali cauſſa contradiſtinctam, inexiſtentem in om- t.5.
nibus natura conſtantibus? certe, quum inter natura conſtan-
tia, motumque a cauſſa effectrice prouenientem habentia, con- e 1.phy.t.
numerentur *e* cæleſtia corpora; quorum motus cauſſa effectrix 71.
eſt primum *f* mouens immobile; duo intelligere potuit, vel 1.cæl.t.5. & ſeqq.
primum motorem Deum omnia mouentem *g* Ariſtoteli, vni- f 8.phy.t.
uerſoque *h* mundo aſſiſtentem, & omnia recte *i* gubernantem: 34.& ſeqq.
vel vniuerſum genus formarum ſub ſe, ſiue potius in ſe comple- g 2. phy.
ctens formas tam aſſiſtentes, effectrices motuum cæleſtium; t.73.
quam informantes, a quibus proxime fiunt motus naturales 12. meta.
ſub cælo. Ioannes Grammaticus etiam de propoſito, vt antea t.24.
quoque notatum eſt, ait, *k Verum quia natura non ſolum eſt for-* h 12.meta.
malis cauſſa, ſed etiam efficiens, & finalis, vt ipſe procedendo in- t.52.&ſeq.
quit, hæc tria, formam, efficiens, & finem, in idem venire, ob id &c. i 12.meta. t.56.
Simplicius item eiuſdem dogmatis aſſertor eſt, non ſolum in k 2.phy.t.5.
loco dudum a me propoſito, ſed etiam paullo poſt inquiens, l 2. phy.
l Ceterum quod mihi inquiſitione dignum eſſe videtur, id eſt, quonam digr. poſt. com.18.

pacto Ariſt. in numeratione ſignificatorum naturæ, propriiſſimum ſignificatorum emiſerit, quoniam dicimus eſſe effectricem cauſſam naturalium, dicens materiam & formam appellari naturam; & ſiquidem opus eſt etiam compoſitum, atque naturalem productionem, & motum, quo in formam peruenitur, vbi nihil meminit naturæ vt effectricis cauſſæ. Et dicendum eſt ad hoc, vt ego exiſtimo, quod mox initio ſermonis de natura tradidit naturam proprie, quæ eſt cauſſa effectrix, & eamdem definiuit. Iccirco & explicans per accidens, accepit, exempli cauſſa, medicum ſeipſum curantem. perinde atque per ſe cauſſam effectricem indagaret, quæ habet proportionem & ſimilitudinem cum efficiente domum, & alia quæ manu extruuntur. Ibi ergo proprie naturam quum aſſignauerit, hic deinde alia ſignificata nominis naturæ perſecutus eſt ac tradidit. Niſi fortaſſis naturam proprie hoc in loco prætermiſerit, immo demonſtrauit indicauitque quum dicat a medicina medicationem non eſſe viam in medicinam, ſed in ſanitatem, naturam autem velut motum a natura in naturam. At natura, quæ habet ſimilitudinem cum Medicina, eſt illa, quæ effectrix, & nulla alia iuxta quatuor ſignificata antedicta naturæ. Dicet autem, vt exiſtimo, & paullo poſt de natura effectrice, quando cauſſas diſtinguet, & determinabit. Ex quibus apertiſſime conſtat, Simplicium velle propriiſſimum ſignificatum naturæ eſſe de cauſſa effectrice prout a formali, & alijs contradiſtinguitur; de tali quę natura, quæ cauſſa effectrix eſt, Ariſtotelem tum egiſſe aſſignando ea, quæ *m* natura fiunt; & definiendo naturam, *n* definitionem traditam explicando; tum acturum eſſe in tractatione de *o* cauſſis, dum diſtinguet caſum & fortunam ab alijs cauſſis, & aſſeret caſum habere locum in ijs, quæ a natura fiunt, & eſſe cauſſam effectricem per accidens eorum, quæ fiunt per ſe a natura; quin & multo *p* prius definiens cauſſam effectricem ad aliarum omnium diſcrimen eſſe vnde principium mutationis primum & quietis; quæ definitio fere coincidit cum definitione naturæ, quæ dicta *q* fuerat eſſe principium motus & quietis in quo eſt primum per ſe, & non ſecundum accidens. Si ergo pugnandum eſt, Interpretum autoritatibus, non iam dubium eſt allatas Alexandri, Themiſtij, Philoponi, Simplicijque pluris valere quam omnes iuniorum quæcumque afferri poſſent. Sed omnium autoritatibus præferenda

eſt

m 1. phy. t. 1.
n 2. phy. t. 3.
o 2. phy. t. 66. & ſeqq.
p 1. de ar. t. 29.
q 1. phy. t. 3.

Digitized by Google

eſt ratio ducta ex natura rei, quam nuper attigi; nempe cauſſam effectricem ad aliarum cauſſarum omnium diſcrimen eadem propemodum definitione gaudere, qua & natura; quum enim natura *r* definiatur eſſe primum principium motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens, talisque definitio explicetur ab Ariſtotele de eo quod Medico ſibi ipſi medenti proportionatum eſt: ac eadem propemodum definitione cauſſa efficiens explicetur eſſe vnde *ſ* principium mutationis primum aut quietis, ad aliarum cauſſarum diſcrimen, in quarum definitione nullam *t* Ariſtoteles habet mentionem principij motus, aut quietis: iam conſtat ſi materia & forma naturæ ſunt, ac ſub definitione naturæ continentur, id maxime proprieque conuenire cauſſę effectrici rerum naturalium. L I L. *u* Concludam hoc caput cum Raphaele Auerſa, vt videamus hanc doctrinam etiam perueniſſe ad noſtra tempora, a viris doctiſſimis approbatam: hic enim in q. 9. ſect. 5. diſtinguit optime naturam a cauſſa naturali, & concedit cauſſam efficientem, quæ extra operatur iuxta exigentiam & aptitudinem rerum, appellari cauſſam naturalem, non tamen naturam; atque ita Deum eſſe quidem cauſſam naturalem, non tamen naturam rerum creatarum. V L. Adeo frequenter veteris, inclyte Flos, autoritate minimi huius cęnobitę nunc etiam inter viuos agentis, vt illius exemplaria videaris nocturna verſare manu, verſare diurna: ego vero, qui ſoleo, præceptum Horatianum audiens, Ariſtotelis, & priſcorum claſſicorum exemplaria græca nocturna verſare manu, verſare diurna, tantum temporis non habeo, quo monachorum iuniorum ſcripta lectitare valeam. Tamen ſi recentior hic ſuum dogma ratione vallaſſet, quam tu veram attuliſſes; ipſum ego, qui non quis dicat, ſed quæ dicantur, æſtimare conſueui, Græcis Interpretibus aliter dicentibus anteponerem; ſed quia nec ille tantum ſibi arrogat vt velit ſuam autoritatem maioris haberi quam Alexandri, Themiſtij, Philoponi, atque Simplicij; propterea mihi liceat ab eius placito non quidem ab antiquis ad hæc noſtra tempora deriuato, ſed apud noſtrates primum nato, diſcedere; ratione potiſſimum me ab ipſius dictis retrahente: concedo quidem naturam a cauſſa naturali diſtingui; non quidem quia cauſſa naturalis

r 2. phyſ. t. 3.
ſ 2. phy. t. 29.
t 2. phy. t. 28. 29.
u pag. 16.

x 2. phyſ. aliqua non ſit natura, ſed quia natura quædam, vt *x* generatio,
t.14. non eſt cauſſa naturalis, ſed effectus alterius naturæ. Concedo
5.meta.t.9 quoque cauſſam efficientem, quæ operatur extra ſe in alio indiuiduo producens res naturales, eſſe cauſſam naturalem; ſed primum non accipio cauſſam efficientem, quæ extra operatur iuxta exigentiam & aptitudinem rerum, eſſe neceſſario cauſſam naturalem; quum enim forma non ſit apta fieri niſi in pa-
y 2.de an. tiente *y* diſpoſito, ſiue ab arte, ſiue ab electione, ſiue a natura
t.24.26. fiat; iam cauſſa extra ſe quidpiam efficiens iuxta exigentiam, & aptitudinem rerum, non eſt neceſſario naturalis, ſed poteſt eſſe quoque tum ars productiua factibilium, tum etiam electio, ſiue voluntas agibilium actiua. Deinde minus accipio cauſſam efficientem res naturales, quæ operatur iuxta exigentiam rerum naturalium, ſic appellari cauſſam naturalem, vt non poſſit
z 2.de an. etiam dici natura; nam ſupra vidimus *z* Alexandrum, &
cap.37. *a* Ariſtotelem, naturam appellare cauſſam effectricem rerum
a 12.meta. naturalium extra ſuum indiuiduum poſitarum, & ab arte con-
t.13. tradiſtinguere, quæ cauſſa eſt effectrix rerum artificioſarum extra ſuum genus collocatarum. Demum vt accipio Deum non eſſe naturam rerum creatarum, ſed autorem talis naturæ; ſic accipere non poſſum, Deum non eſſe naturam abſolute proprie dictam, ob rationes plurimas alibi propoſitas, & impoſterum ſuo loco proponendas: Nec accipere valeo, Deum eſſe cauſſam naturalem; quia quum ſit cauſſa mouens, & naturale ſit idem ac phyſicum; iam Deus eſſet mouens phyſicum, ſi foret cauſſa naturalis; illud tamen apertiſſime negat Ariſtoteles inquiens,
b 2. phy. *b Duplicia autem ſunt principia mouentia phyſice; quorum alterum*
t.73. *non phyſicum eſt: non enim habet principium motus in ſeipſo; tale autem eſt, ſi aliquid mouet, quod non mouetur, vt id, quod penitus eſt immobile, & quod omnium primum eſt:* ex quo loco rationem hanc aliam tui placiti deſtructricem habeo, Efficiens cauſſa naturalis, adeoque mouens phyſice phyſicum non eſt niſi id, quod habet in ſeipſo principium motus: ſed tum omnis Intelligentia ſecunda infra Deum cælorum orbibus aſſiſtens, quæ eſt primum mouens penitus immobile; tum Deus ipſe toti mundo aſſiſtens, qui eſt omnium abſolute primum mouens, non habet in ſeipſo principium motus: igitur Ariſtoteli nec

Deus,

Digitized by Google

Deus, nec Intelligentia motrix infra Deum eſt cauſſa efficiens naturalis, ſeu quod idem eſt, mouens phyſice phyſicum; ſed proprie mouens phyſice non phyſicum; adeoque natura phyſice mouens. Itaque iam tua doctrina quinti capitis vniuerſa corruit; quid intendis in ſexto probare? L I L. Ab *c* extrinſeco actiuo factum motum non poſſe appellari naturalem, neque a natura, neque ſecundum naturam, niſi adſit aliquid intrinſecum, ſaltem paſſiua habilitas, & inclinatio recipientis mobilis. V L. Falſum omnino dogma tibi probandum ſumis; in primis enim hoc late diſcuſſimus *d* alibi, quæ theoria longior non eſt hic repetenda. Deinde nunc illis adijcio, Dummodo in patiente non adſit repugnantia, quando ab agente numero diſtincto, ſed in eadem ſpecie, vel genere proximo, fit motus, qui terminatur ad formam naturalem, talis motus a natura fit, & naturalis dicitur, tum ratione mouentis, tum ratione finis, a quo iuſtum eſt omnia appellare, vt ait *e* Ariſtoteles: neque ad hoc vt motus ſit naturalis, dicaturve talis, exigitur vt adſit potentia, poſitiuaque inclinatio patientis determinata ad talem motum, ſed ſat eſt in eo eſſe non repugnantiam; quia motus, quo ex aere fit ignis, & quo ex aere fit aqua, vterque naturalis eſt, abſque eo quod aer habeat naturalem habilitatem ad ignem, & ad aquam determinate; nihil enim determinatum ſimul eſſe poteſt naturaliter ad formas contrarias; etenim Ariſtotelis *f* obſeruatu, natura determinatur ad vnum: aſt habet aer ad eas vtraſque formas non repugnantiam: dicitur autem ex aere generatio tum ignis, tum etiam aquæ, motus naturalis; quia eſt motus factus a natura *g* generante; atque quia eſt via in naturam, quæ eſt finis, ac terminus ad quem tendit generatio. Immo vero ſi generatio, nullo prorſus habito reſpectu ad materiam paſſiuam, dicitur, & eſt proprie natura decreto *h* Ariſtotelis quia eſt via in naturam; multo potiori ratione motus eſſe dicique poterit naturalis, nulla prorſus habita relatione ad ſubiectum mobile, ſed ſolum quia prouenit a natura, & in naturam tendit; nam minus eſt eſſe naturale, quam naturam. Quin etiam motus eſt actus ſecundus, & operatio motoris in mobili; ſed Ariſtoteles nunquam aſſeruit operationes denominari a ſubiecto, ſiue a materiæ habilitate, ſed ſolum vel ab effi-

c pag. 17.

d de nat. pr. mo. pag. 86. & ſeqq.

e 2. de an. t. 49.

f 8. phy. t. 8.

g 2. phy. t. 1. 12. meta. t. 13. 7. meta. t. 27.

h 2. phy. t. 14.

i ibid. *i* efficiente cauſſa, vt Medicatio a Medicina; vel a fine, vt generatio natura dicitur a natura, in quam velut in finem tendit; & alibi *k* iuſtum ait eſſe appellare omnia a fine. Motus itaque poteſt recte nuncupari naturalis, nulla ratione habita paſſiuæ inclinationis intrinſecæ mobili ad ipſum. Sed quomodo tuum dogma probas? L I L. Probatur hoc primo ponderando cap. 1. lib. 3. Ethi. in illa parte, vbi proponit definitionem violenti, *Violentum*, inquit, *eſt quando cauſſa eſt extrinſeca, & qui agit, nihil contulerit:* quando itaque eſt cauſſa extrinſeca, & præſcindimus ab inclinatione ipſius patientis, non poſſumus dicere eſſe motum naturalem, quia in hoc conueniret cum violento; vt ergo cognoſcamus an hic motus factus ab extrinſeco ſit naturalis, nec ne, debemus reſpicere id quod confertur paſſo; nam ſi confertur ab agente extrinſeco aliqua inclinatio, & aliqua forma inclinans mobile in talem motum, ille motus erit naturalis.

k 2. de an. t. 49.

V L. Inclyte Flos, multa ſimul in vnum falſa, & præter rem. In primis enim tu tranſcendis a violento morali, cui opponitur ſpontaneum, & dicitur inuitum, ad violentum phyſicum, cui opponitur naturale, & dicitur præter naturam: nam Ariſtoteles eo loco tractans de violento morali, bene ſtatuit eſſe actionem factam ab homine coacto a cauſſa extrinſeca, quum homo ipſe coactus, qui agit, nihil omnino conferat ad talem actionem; alioqui ſi conferat quid, vt qui ſalutis cauſſa proijcit in mare merces, etſi cogatur eas proijcere ab externa tempeſtate, tamen illa proiectio non eſt abſolute violenta, ſed quoquopacto ſpontanea: quum ex aduerſo vi raptus in carcerem repugnans violentum motum patiatur: in quo quidem motu violento duo ſunt agentia, externum quidem vnum, nempe ille, qui cogit alterum ad carcerem ire; internum autem alterum, nimirum ille, qui cogitur pergere ad carcerem; qui vero nihil conferre dicitur, non eſt ille motor externus, vti tu putas; ſed ille proprius, & internus, qui agit pergens ad carcerem; verba Magiſtri clariſſima ſunt; *l Qualia igitur eſſe violenta dicenda ſunt? an ſimpliciter quum & cauſſa extrinſecus fuerit, & qui agit, nihil contulerit: quæ vero licet per ſe inuita ſint, nunc tamen & pro his eligenda fuerint, principium quæ in agente habuerint, ea per ſe inuita; nunc autem & pro his ſpontanea ſunt; immo ſunt ſpontaneis ſimilia:*

l 3. Ethi. c. 1.

ſimilia; actiones enim circa particularia ſunt ; hæc autem ſpontanea
ſunt. & mox. *Videtur autem violentum id eſſe, cuius principium*
extrinſecus eſt, nihilque ad id confert ille, qui cogitur. Tu vero di- † 21. falſ.
cis † aliter, violentum id eſſe, quando ab extrinſeco agente non cit.
conferetur aliqua inclinatio paſſo; quare nihil ad propoſitum
allatus a te locus Ariſtotelis; immo locus Ariſtotelis a te per-
uerſus; quum Ariſtoteles dicat in violento motu eum qui cogi-
tur agere nihil conferre ad talem motum, tu citas quaſi dicen-
tem eum qui cogitur non ſortiri ab extrinſeco cogente vllam
habilitatem ad motum violentum. Dein falſo dicis, motum
illum eſſe naturalem, qui fit ab extrinſeco agente, ſi ab eo con-
feratur mobili aliqua forma ipſum inclinans ad talem motum;
quia proijciens imprimit non ſolum mobili, ſed etiam aeri
quamdam vim ac formam, qua mobile vel abſente proijciente
inclinatur aliquo tempore ad talem motum; qui propterea non
eſt naturalis; inclinatur autem, quia diſponitur; diſponitur
autem, quia mouens abſolute *m* ſemper affert aliquam formam; *m* 3. phy.
omnis autem forma eſt *n* actus; & actus actiuorum aptus na- t.17.
tus eſt fieri ſolum in patiente *o* diſpoſito. Præterea falſum eſt, *n* 2. de an.
motum ab externo agente tunc ſolum naturalem dici, quando t. 2.
ab eodem agente externo conferetur mobili aliqua forma ip- *o* 2. de an.
ſum inclinans ad talem motum; non ſolum quia circulatio eſt t. 24.
motus naturalis *p*. Ariſtoteli; quamuis ab extrinſeco agente *p* 1. cæl. t. 5.
nulla conferatur cælo propenſio ad talem motum; quum cæ- & ſeqq.
lum ſuapte natura ſatis inclinatum ex ſe ſit ad talem motum:
ſed etiam quia viuens & animal mouetur motu naturali abſ-
que eo quod ab agente vllo extrinſeco formam aliquam ſor-
tiatur, qua inclinetur ad talem motum: & generatio eſt motus
q naturalis abſque eo quod materia, quæ proprium *r* ſubiectum *q* 1. de gen.
eius eſt, & principium paſſiuum, ab aliquo extrinſeco agente t. 1.
nanciſcatur vllam formam, qua inclinetur ad talem mutatio- *r* 1. phy.
nem; quum ipſa ſecundum ſuam ipſius naturam, vt ait *ſ* Ari- t. 82.
ſtoteles, appetat formam; adeoque nullius extrinſeci agentis *ſ* 1. phy.
opere, ſit ſatis inclinata ad ſubeundum motum generationis t. 81.
naturalis. Deinceps violentum non morale, ſed phyſicum
fieri poteſt a cauſſa tum extrinſeca, tum etiam intrinſeca, vt *t* 8. phyſ.
edocet *t* Ariſtoteles; quando ſcilicet mobile non habet ad eum t. 27.
motum

motum naturalem inclinationem; ait enim, *Amplius autem partes animalium ſæpe mouentur præter naturam iuxta poſitiones, & motus modos:* vt quando quidam homines circulatores manibus vice pedum vtentes ambulant cruribus in aera ſublatis; vel quando retrocedunt; ij namque motus præter naturam ſunt, etſi fiant ab anima, quæ eſt principium intrinſecum. Similiter motus naturalis ab extrinſeco motore fieri poteſt; vt
u 8.phy.t. 29.&ſeqq. in elementis, quæ *u* Magiſter probat ſecundum naturam moueri non a ſeipſis, adeoque non a principio intrinſeco, ſed a generante, proindeque ab extrinſeco mouente. Neque vero veritati conſentit aſſertio, qua dicis motum a cauſſa extrinſeca vtcumque factum præſcindendo ab inclinatione patientis, eſſe neceſſario violentum, & non naturalem; quia motus violentus formaliter a naturali differt eo quod ille ponit repugnantiam in mobili, ſed hic non-repugnantiam, quæ vt ſæpe coniunctam habet poſitiuam inclinationem; aliquando tamen ſine tali propenſione poſitiua eſſe poteſt; vt antea probaui. Denique falſo ſtatuis cognoſci non poſſe an motus aliquis proprie naturalis ſit, niſi ex eo quod in paſſo reperiatur naturalis inclinatio ad huiuſmodi motum inuecta ab extrinſeco agente; quia proprie motus denominatur naturalis a natura, & quomodocumque per ſe habuerit relationem ad naturam, eatenus dici poterit naturalis: Quare motus vere naturalis eſt, vel quia eius conſideratio pertineat ad ſcientiam de natura; cuiuſmodi eſt motus
x 1. cæl. t.99. generatim, qui eſt paſſio corporum *x* naturalium, e numero continuorum, vt ait *y* Ariſtoteles: ad differentiam motus,
y 3. phy. t.1. quem tribuunt Theologi ſeparatis animabus, qui continuus non eſt, & eſt ſine naturali corpore: vel quia proueniat a natura velut a cauſſa effectrice, cuiuſmodi eſt generatio phyſica, & motus quiuis alius a naturali agente proueniens; ad differentiam motus, qui prouenit ab electione, ſiue a voluntate circa
z 2. phy. t.14. res agibiles: vel quia tendat ad naturam, vt *z* generatio pariter rei naturalis; ad differentiam motus ab arte facti, qui terminatur ad formam artificioſam; vt docet Ariſtoteles: vel demum quia conueniat mobili ſecundum ſui naturam ad eum inclinato, vt igni aſcenſus, ac terræ deſcenſus: quare non ſola inclinatio mobilis eſt cauſſa cur motus dici valeat naturalis, ſed
mul-

multiplex alia; eaque potior. Nec iſta inclinatio debet ad-
uehi nobili a cauſſa extrinſeca, ſed poteſt illi ineſſe ſecundum
ſuam ipſius naturam. LIL. Iſta veritas apertiſſime mani-
feſtatur ab Egidio in lib. 2. phy. exp. t. 6. dub. 3. his verbis,
Differentia inter dictos motus accipienda eſt, quia in motu naturali
aliqua vis & aliqua forma confertur paſſo, per quam tendit in ta-
lem motum, in violento vero ſecundum quod huiuſmodi, nihil tale
tribuitur paſſo, &c. VL. Scias velim, Flos inclyte, me non eſ-
ſe Fratrem Eremitanum Auguſtinianum; cui vim probationis
habeat autoritas Egidij: pluris facio rationes, & autoritates
Ariſtotelis, & Græcorum ante allatas. LIL. *a* Simplicius in *a* pag. 13.
2. de cæl. com ſuo 3. circa f. illius com. declarat quomodo ani-
ma, quæ ſecundum ipſum non eſt natura, moueat nihilominus
naturaliter, & dicit hoc contingere, quia quamuis ab anima
fiat tranſitiua operatio, fit tamen mediante natura, ideſt ido-
neitate ad moueri, ad quam erat aptum mobile propter natu-
ram: vtitur in hoc declarando doctrina quadam Platonis, &c.
VL. In primis ego nihil moror eo loco Simplicium ab Ariſto-
tele transfugam ad caſtra Platonis; quia nunc intra Peripati
vallum dimico: nec tu, qui tibi campum Ariſtotelicum elegi-
ſti, repudiata *b* Academia, Simplicium Platonice philoſo- *b* pag. 21.
phantem opponere mihi debes. Deinde Simplicium in eo com-
mentario dicentem contra veritatem omnem, non ſolum ani-
mam non eſſe naturam, ſed etiam ignis aſcenſum, ac terræ de-
ſcenſum non eſſe motus naturales, quomodo tu mihi objicis?
quomodo ego feram? *Et dicendum*, ait, *(vt exiſtimo) quod na-*
tura ſecundum ſe non eſt ſufficiens mouere perfecto, & per ſe na-
turali locali motu: neque enim motus, qui fit quatuor elementorum,
ſecundum eam quæ ad totum eſt inclinationem, perfectus motus eſt,
& ex ſe naturalis, tanquam inexiſtente mouente, ſed caſui magis
aſſimilatur, aut tractui cuidam, &c. Ex autore tam falſa dog-
mata, & a Peripato *c* aliena, de motu naturali, deque natura *c* 2. phy.
promulgante, vis meam opinionem nixam principijs Ariſto- 1.5.
telicis infringere? Deinceps non abnuo motum a cauſſa ex-
terna, quæ non ſit natura, dici poſſe naturalem ratione princi-
pij paſſiui, quod ad talem motum habeat naturalem inclina-
tionem; ſed aſſero motum quoque naturalem dici, abſtrahen-

do ab inclinatione mobilis, tum ſi proueniat a natura, tum etiam ſi tendat in naturam; vt late ſupra demonſtraui: neque contra meum hoc theorema ſunt verba Simplicij a te citata. LIL. S. Thom. 3. de cæl. l. 7. dat exemplum motus naturalis facti ab agente extrinſeco, vt quando agentia ſuperiora mouent corpora inferiora; & dicit hunc motum non eſſe violentum, ſed naturalem, non ex ea parte, qua fit ab agente extrinſeco, quia vt ſic poſſet eſſe violentus, ſed quia in corporibus inferioribus eſt naturalis aptitudo, vt ſequantur motus ſuperiorum corporum; & iſta aptitudo eſt intrinſeca, & facit motum eſſe naturalem. VL. More Pleſſiaco, immo vero iam tuo, ſententiam autoris mutilas, quæ integra non agit de motu ab extrinſeco motore, ſed ab † intrinſeco, ſcribit enim ibi ad verbum, *Differunt* d *autem motus naturalis, & violentus ſecundum ſua principia; & ideo primo definit principia vtriuſque motus: & dicit quod natura eſt principium motus exiſtens in eo quod mouetur: vt manifeſtum eſt in 2. phy. Virtus autem. i. potentia mouens per violentiam, eſt principium motus exiſtens in alio ſecundum quod eſt aliud. Quod quidem dicitur, quia poteſt per accidens principium motus violenti eſſe in eodem; non tamen ſecundum quod eſt idem, ſed ſecundum quod eſt aliud: ſicut etiam medicus ſanat ſeipſum non ſicut medicum, ſed ſicut infirmum. Et ex hoc patet quod quidam motus eſt ſecundum naturam, quidam autem motus eſt violentus: Eſt enim motus ſecundum naturam, cuius principium eſt in ipſo quod mouetur, non ſolum autem principium actiuum* (contra tu vis hic D. Tho. agere de motu naturali, qui fit a principio actiuo extrinſeco, non autem intrinſeco) *ſed etiam paſſiuum: Quod quidem eſt potentia per quam aliquid eſt naturaliter ſuſceptiuum motionis alterius; & ideo quum corpora inferiora mouentur a corporibus ſuperioribus, non eſt motus violentus, ſed naturalis; quia in corporibus inferioribus eſt naturalis aptitudo vt ſequantur motiones ſuperiorum corporum: Motus autem violentus eſt quando principium motus ab extrinſeco, ſicut quum homo proijcit corpus graue ſurſum, in quo nulla eſt naturalis aptitudo ad talem motum.* In quibus verbis manifeſto conſtat D. Thom. ponere differentiam hanc inter motum naturalem, & violentum, quod motus naturalis prouenit a principio tam actiuo, quam paſſiuo exiſtente

† 12. fal. cit.

d 3. cæl. l. 10. 28.

ſtente per ſe in mobili; motus autem violentus fit ab extrinſeco motore. Quin & motum, qui fit ab extrinſeco motore impellente mobile habente naturalem inclinationem ad talem motum, appellat non violentum ſimpliciter, neque naturalem ſimpliciter, ſed miſtum ex violento & naturali; violentum quidem eſſe, quatenus prouenit ab extrinſeco motore, qui non poſſit vlla ratione per ſe intrinſecus eſſe illi mobili; naturalem vero, quatenus fit in mobili habente per ſe inclinationem ad talem motum; dum immediate ſubdit, *Oſtendit autem conſequenter quomodo violentia miſceatur motui naturali, ſicut lapidi eſt motus naturalis deorſum, potentia violenter mouens facit aliquando velociorem: & ſic talis motus quodammodo eſt commiſtus dum ſecum habet a natura additionem velocitatis: quocumque enim modo eſſet ibi aliquid a natura, nec eſſet prater naturam.* Quare D. Tho. motum naturalem a non naturali, tam ſimpliciter violento, quam miſto ex violento, & naturali per id, quod motus naturalis habet vtrumque ſui principium intrinſecum, actiuum ſcilicet, atque paſſiuum; violentus autem, & miſtus fit ab actiuo principio per ſe ſemper extrinſeco mobili. exemplum quidem motus miſti ex violento, & naturali proponit proiectionem lapidis deorſum ab homine; quum autem homo non poſſit intrinſecus eſſe lapidi, quia ex homine, ac lapide non poteſt fieri vnum per ſe; propterea proiectio talis eſt naturalis ratione mobilis habentis naturalem inclinationem ad motum, & locum deorſum; ſed eſt violenta ratione mouentis hominis, qui velociorem motum efficit, ac ille foret, quo lapis deorſum moueretur a generante ſuo, quod ſibi vidimus intrinſecum eſſe ratione c ſpeciei. Motus autem violenti exemplum affert, quum e homo proijcit corpus graue ſurſum; quæ proiectio eſt violenta non ſolum ratione mobilis nullam habentis inclinationem ad ſurſum, ſed etiam ratione motoris extrinſeci; quia ex homine proijciente, & graui proiecto non coaleſcit vnum per ſe, in quo proijciens homo ſit intrinſecus graui proiecto. Motus vero naturalis exemplum affert motum corporum inferiorum a corporibus ſuperioribus; talemque motum ait eſſe naturalem, quod habeat principium actiuum in ipſo, quod mouetur; & mobile naturaliter inclinatum: ſed quia videbat de-

e 4. phy. t. 23.

naturali mobilis inclinatione poſſe quempiam dubitare, quod Ariſtoteles docuerit a corporibus cæleſtibus ignem *f* circumuolui, & multas elementi leuis portiones deorſum trudi; quum *g* prius edocuiſſet igni motum circularem eſſe violentum pariter ac motum deorſum: ait in corporibus inferioribus eſſe naturalem aptitudinem vt ſequantur motiones ſuperiorum corporum; quæ naturalis inclinatio licet illis non competat ſub omni ratione conſideratis, ſat eſt vt ſub aliqua ratione conueniat; nam etſi ignis vt elementum leue, non conueniat ſecundum naturam circumuolui, nec habeat naturalem inclinationem ad deſcenſum; tamen qua corpus eſt ſimplex, atque miſcibile, naturalem habet inclinationem vt ad mixta conſtituenda, ſic ad motum quo fertur ad locum mixtionis, quæ celebratur in loco deorſum. Non meminit autem de eo quod eſt, motum factum a corporibus ſuperioribus in corpora inferiora eſſe a principio motiuo intrinſeco, quia cenſuit de hoc neminem dubitaturum, attenta doctrina Ariſtotelis, qui docuit Mundum totum eſſe *h* vnum numero corpus conſtitutum ex omni ſenſibili corpore velut ex partibus inter ſe *i* continuis quodammodo, perinde ac *k* homo conſtitutum quid eſt ex carnibus & oſſibus: ſiquidem nemini dubium eſt, carnes ſeu muſculos ſe ſe habere ad oſſa vt motiuum ad mobile; dum vero mouentur oſſa vi muſculorum, motum habere dicuntur non ab extrinſeco motore, ſed ab intrinſeco; muſculi ſiquidem in eadem ſpecie ſunt humanæ partis cum oſſibus; & *l* Ariſtoteli duorum, quæ ſint partes eiuſdem ſpeciei, alterum in altero per ſe dicitur eſſe. Quin & caput ad inferiora membra, Platone *m* doctore, quem tu ſæpe ſequeris in hoc opere tuo, ſe habet vt cælum ad ſubcæleſtia corpora: quum ergo certiſſimum ſit a capite virtute cerebri per neruos diffuſa moueri ſingulas humani corporis partes inferiores motu naturali, qui fit a mouente intrinſeco, non autem ab extrinſeco; iam recte ſtatuit, ac ſine probatione veluti notum accepit D. Tho. motum, quo a cæleſtibus corporibus mouentur inferiora corpora, naturalem eſſe ab intrinſeco motore. ſed & hoc ipſum ex Ariſtotele cenſuit eſſe notiſſimum alia ratione, quia motus, quo mouentur corpora inferiora a ſuperioribus, eſt motus, quo mouentur materialia

f 1. meteo. cap. 4.
g 1. cæl. t. 15.
h 1. cæl. t. 95.
i 1. meteo. cap. 2.
k 1. cæl. t. 94.
l 3. phyſ. t. 23.
m in Tim.

a ſuis

a ſuis formalibus: ait enim D. Thom. citatis verbis, *n Forma autem & ſpecies omnium rerum inferiorum, præter hominem, eſt in terminis omnium, quia ſuperiora ad inferiora ſe habent, ſicut forma ad materiam. Quum ergo ignis tangat orbem Lunæ, conſtat quod ipſe ſit connaturalis orbi in formalitate:* proptereaque quod ignis motus a cælo ſit motus veluti materia a forma, adeoque veluti a principio intrinſeco. Sic igitur D. Tho. tibi non ſuffragatur, ſed apertiſſime refragatur; mihi vero conſentit aperte in loco a te producto. ſed eneruato tuo capite ſexto, nunc effare quid in ſeptimo fiat? L I L. In *o* motu cæleſti doctrina præcedentis capitis explicatur, ac pleniſſime comprobatur. V L. Si præſtiteris hoc vtrumque neceſſarijs rationibus, vel autoritatibus Ariſtotelis, dabo tibi victori manus. LIL. Non rationibus vllis id ego conuincam, ſed autoritatibus tantum, nec his ex Ariſtotele deductis, at ex eius interpretibus. V L. Nihil proficies, quia non habent Interpretes apud me autoritatem, quæ rationi, qua moneor, & autoritati Magiſtri, qua nitor, æquipolleat. Sed quos mihi contrarios Interpretes oppones? L I L. In primis exordiar ab autoritate D. Tho. qui pluribus in locis hoc egregie docuit. 1.2. q.6. ar.5. ad 2. *Motus cæli dicitur eſſe naturalis propter aptitudinem naturalem cæleſtis corporis ad talem motum, licet mouens ſit voluntarium.* V L. Natura decretis *p* Ariſtotelis aliquando ſumitur proprie, ſed in ſui communitate pro omni principio motus in quo eſt, tam paſſiuo, quam actiuo generatim; quo ſenſu naturalis eſt omnis motus proueniens a forma corporis naturalis, ſiue ea ſit anima, ſiue infra animam, vel potius, ſiue ea ſit anima intellectiua, ſiue infra intellectiuam poſita; quo nomine ambulatio eſt motus naturalis homini, licet ſit voluntarius; de qua natura nobis inſtituta eſt diſputatio: quandoque vero natura ſumitur preſſius pro forma infra intellectricem animam conſtituta; quo ſenſu Magiſter alibi *q* contradiſtinguit caſum a fortuna, quod caſus habeat locum in his quæ a natura fiunt, fortuna vero in ijs, quæ fiunt ab intellectu & voluntate; proptereaque fortuna non habeat locum in operationibus inanimatorum proprie, nec brutorum, nec infantium ante vſum rationis, ſed ſolum caſus: quin etiam multo poſt *r* Ariſtoteles contradiſtinguit

n 2.phy.t. 50.l.8.in f.

o pag. 19.

p 2.phy.t. 3.12.

q 2.phy.t. 49.52.59. 60.

r 8.phy.t.8

gnit naturam, ab agente per ſcientiam, quod illa ſit ad vnum motum determinata, agens vero per ſcientiam indeterminatum ſit ad motus contrarios. Modo D.Tho.loc.cit.naturale ſumit preſſius,quam Ariſtoteles in ſ definitione naturæ, pro eo,
ſ 2.phy.t.3 * 1.p.q.70. a.3.ad 5. quod a voluntario contradiſtinguitur : quum tamen * alibi ſtatuat motum voluntarium animali eſſe naturalem, & a principio actiuo intrinſeco: quare illius autoritas a te producta nihil omnino facit ad propoſitum noſtrum, qui tractamus de eo motu naturali, cuius principium eſt natura generatim definita ab Ariſtotele. L I L. Hoc mouens voluntarium alibi appellat S. Tho. mouens ſeparatum, & propterea extrinſecum, a quo motus cæli non fieret naturalis, niſi eſſet intrinſeca inclinatio cæli paſſiua ad eundem motum: quocirca lib.2 phy.lect.1. ſic ſcribit, *ſic etiam motus localis corporum cæleſtium eſt naturalis, licet ſit a motore ſeparato, in quantum in ipſo corpore cæli eſt potentia naturalis ad talem motum*. V L. D. Tho. ibi ſtatuens motum cæli naturalem eſſe ratione principij paſſiui, quod ad eum habet naturalem potentiam, non tamen negat eſſe naturalem ratione principij actiui; quod ſeparatum appellat quia eſt forma independens a cælo, & illi aſſiſtens; non quia cum corpore cæli iuncta non faciat vnum viuens per ſe, mobile a ſeipſo, & non ſit principium illud internum, & actiuum motus in eo in
t 1.p.q.70. a.3.ad 5. quo eſt; nam hæc omnia ſatis aperte docuit t alibi, monuitque eſſe dogmata propria u Ariſtotelis; vt antea vidimus. L I L.
u 2. con. gen.c.70. Sed apertiſſime de hoc loquitur in 3.con.gen cap.23. præcipue in his verbis, *Impoſſibile eſt quod principium motus cæleſtis ſit natura*. Paulo infra reddit rationem quomodo hic motus ſit naturalis, ſi non ſit a natura tanquam ab agente, & ait *non eſſe negandum motum cæleſtem eſſe naturalem, quia dicitur aliquis motus naturalis non ſolum ratione principij actiui, ſed etiam ratione principij paſſiui*: & paullo infra concludit de motu cæli, *ſic ergo*, inquit, *motus cæleſtis corporis quantum ad actiuum principium non eſt naturalis, ſed magis voluntarius & intellectualis; quantum vero ad principium paſſiuum eſt naturalis, nam corpus cæleſte habet naturalem aptitudinem ad talem motum*. V L. Ex verbis D.Tho. nunc a te propoſitis, & ex alijs multis in eo capite exaratis, apertiſſime conſtat D. Tho. ibi velle demonſtrare cælum moueri

ueri

Digitized by Google

ueri a forma, quæ ſit ſubſtantia intellectualis, non autem natura cognitionis expers; adeoque animatum eſſe nobiliſſima forma, & moueri a ſeipſo motu voluntario, non autem motu illo naturali, qui conſequatur naturam infra animam intellectualem, niſi ex parte principij paſſiui; nam orbis ex ſe corpus eſt, & materia cognitionis exors: quare naturæ nomine ſignificat formam infra animam intellectualem, & infra voluntatem. ſed noſtra diſputatio eſt de natura generatim ſumpta, prout definitur ab *x* Ariſtotele principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens: an ne cenſes in ea definitione contineri rationalem, ſiue humanam animam, quam definiuit Ariſtoteles eſſe principium quo primo *y* mouemur? LIL. Quid ni? VL. Sed motus humanus eſt voluntarius; igitur hac ratione cæli motus etſi non ſit a natura bruta, tamen eſt a natura proprie dicta: quam doctrinam legimus apud *z* D. Thomam loco ſæpe citato. Quin & in hoc eodem opere contra gentes aſſerentem, Ariſtotelem opinari cælum eſſe animatum, & moueri a ſeipſo motu voluntario. Quare multo poſt in *b* capite a te citato, non ait, vti tu † mutilatis theorematibus profers, principium motus cæli non eſſe proprie naturam vllo modo; motumque cæli non eſſe naturalem ex parte principij actiui; ſed aperte conſtituit, *c Principium motus cæli non eſſe ſolam naturam abſque apprehenſione*. & mox concludit, *Non igitur motus cæleſtis principium eſt ſola natura; oportet igitur quod principium motus eius ſit per apprehenſionem mouentis*. Et in hoc D. Tho. Medicos imitatus eſt, qui putantes omnem animam eſſe proprie naturam, adeoque morbum omnem, quo læduntur operationes non ſolum ad vegetatricem animam attinentes, ſed etiam ad ſenſitricem, motricemque, ac intellectricem, definiunt eſſe affectum præter naturam; tamen diſtinguere volentes operationes, quæ cognitionem non includunt prodeuntes ab anima vegetante, ab operationibus, quæ cognitione nituntur, pendentes ab anima ſentiente, ac rationali, dicunt operationes vegetales eſſe functiones naturales; operationes ſenſitricis, & rationalis animæ non naturales eſſe, ſed animales. Sic ergo D. Tho. preſſius quam Ariſt. in 2. phy. t. 3. & nos in hac diſputatione, ſumens naturæ nomen pro ſola forma

x 2. phy. t. 3.
y 2. de an. t. 24.
z 1. p. q. 70. a. 3. ad 5.
a lib. 2. cap. 70.
b 3. con gē. cap. 23.
† 23. fall. cit.
c num. 4.

forma citra cognitionem operante, mihi non officit aſſerenti
primum motorem immobilem eſſe proprie naturam; nec ibi
fauet id pernegante; nam vt ille negat eſſe naturam cognitionis
expertem, ita nobis conſentit eſſe naturam cognoſcentem; con-
d 6. top. ſentiens Ariſtoteli, qui *d* alicubi decernit nota naturæ dici, quæ
c.1.loc.18. ſunt nota ſecundo intellectui. LIL. In p. etiam p. q. 70.
ar. 3. ad 4. concordans cum prædictis ſic ait, *Motus corporis cæ-
leſtis eſt naturalis non propter principium actiuum, ſed propter prin-
cipium paſſiuum &c.* VL. Inclyte Flos, perge vlterius, & af-
fer illa cetera, quæ ſtatim ſubdit D.Tho. adijciens, *quia ſcilicet
habet in ſua natura aptitudinem vt tali motu ab intellectu moueatur.
Ad quintum dicendum, quod cælum dicitur mouere ſeipſum, in quan-
tum componitur ex motore & mobili, non ſicut ex forma & mate-
ria, ſed ſecundum contactum virtutis, vt dictum eſt. Et hoc etiam
modo poteſt dici, quod eius motor eſt principium intrinſecum: vt ſic
etiam motus cæli poſſit dici naturalis ex parte principij actiui, ſicut
motus voluntarius dicitur eſſe naturalis animali in quantum eſt ani-
mal.* & videbis hoc tuum telum eadem reſponſione retundi,
† 24. fal. qua ſuperiora pila dudum ex eodem Doctore a te † mutilato
cit. deſumpta. LIL. Eandem ſententiam iuniores, & ſpecia-
e pag. 21. tim *e* Ferrarienſis D.Thomę doctrinam approbans 2.phy.q.1.
VL. Etiam a Cænobita Ferrarienſi tibi ſuppetias imploras?
Flos inclyte Monachos iſtos omitte, Gratiadeum; Flandriam,
& alios, quibus Ferrarienſem ſocias. At non ne vides alibi
Ferrarienſem oſtendere D.Tho. contra te in acie ſtare pro mea
f 2. con. ſententia? dicit enim, *f D. Thomas ait, Corpus cæleſte vnitur
gen. com. motori ſibi intrinſeco, & ad eius motum naturali virtute determina-
cap.70. to:* motor autem determinatus naturali virtute non poteſt eſſe
ad motum in cælo producendum, niſi motor ille natura ſit, &
motus ab eo pendens, quatenus ab eo eſt, ſit naturalis. LIL.
Licet autem ille talia ſcribat, attamen explicandum eſt cap.8.
g pag. 21. *g* Quomodo ſint intelligendi Auctores qui contrarium dicere
viſi ſunt de principio actiuo cæleſtis motus. VL. Ego qui-
dem ſemper intelligo verba ſcriptorum in ſignificatione pro-
pria, potiſſimum eo ſenſu, quo ſemetipſos explicant, vel expli-
cantur a Claſſicis. aſt ea refer. LIL. Sciendum eſt aliquos
graues Auctores aliquando dixiſſe cælum moueri a principio
in-

intrinſeco actiuo. Ita S. Tho. 1. p. q. 70. ar. 3. ad 5. illis verbis, *Et hoc etiam modo poteſt dici quod cæli motor eſt principium intrinſecum, vt ſic etiam motus cæli poſſit dici naturalis ex parte principij actiui.* V L. Poteras addere ſequentia, & alia in lib. *b* contra gentiles; quæ magis explicant huius autoris opinionem, de Ariſtotelis ſententia in propoſito. L I L. Sequitur omnino Flandria 12. meta. q. 7. ar. 6. ad 3. referendo præciſe verba D. Thomæ. Iauellus in 2. phy. q. 1. imaginatur quoddam aggregatum ex cælo, & Intelligentia, & ſic Intelligentiam tanquam animam cæli mouere veluti actiuum intrinſecum. V L. Et iſti tibi ſunt Autores graues? quos appellabis minutos, & quiſquilias in Peripato? L I L. Egid. 2. phy. com. t. 6. dub. 1. valde fauet huic modo loquendi. V L. Non modo loquendi, ſed veræ ſententiæ. Fauet inquiens, *Sicut ergo cælum dicitur animatum, & dicitur moueri ex ſe, ſic habet in ſeipſo principium vnde moueatur; ex parte igitur motoris cælum mouetur a principio, quod eſt in ipſo; tum quia motor eius eſt appropriatus ſibi; tum etiam quia eſt quaſi anima ipſius; & etiam tertio quia huiuſmodi motor eſt in ipſo cælo. Subſtantia .n. ſeparata, quia virtus eius non ſeparatur a ſubſtantia; nam vbi operatur ibi eſt: Si ergo huiuſmodi motor operatur in cælo, in ſeipſo habet cælum animam ipſum mouentem.* & mox. *Quod vero dicebatur, quod motor cæli eſt ſeparatus, dicendum quod eſt ſeparatus ſecundum eſſe,* quia ſcilicet in eſſe non dependet a cælo; *non tamen proprie loquendo poteſt dici motor extrinſecus; quum ſit anima eius: ſic ergo mouetur cælum a motore ſeparato; quod tamen mouetur principio intrinſeco.* vbi nota, Egidium ſtatuere, proprie loquendo cæli motorem non poſſe dici extrinſecum: & quum principium intrinſecum motus primum per ſe, ac non ſecundum accidens Ariſtoteli *i* definiatur eſſe natura; iam huic doctori cælis aſſiſtentes Intelligentiæ ſunt proprie loquendo intrinſeca principia, & naturæ. Sed, inclite Flos, præter hos non habes grauiores autores in Peripato, qui dicant cæli motum eſſe naturalem ratione principij actiui, quod in cælo inſit? cur non attuliſti grauiorem his omnibus Auerroem hoc aſſerentem? ait enim primo, *k Omnia, quæ mouentur in loco, reducuntur ad rem motam per principium exiſtens in ea, non motum omnino.* tale vero principium

b lib. 1. cap. 20.

i 2. phy. t. 3

k 8. phyſ. t. 27.

M nul-

nullum aliud eſſe poteſt quam Intelligentia cælo aſſiſtens. & mox. *Animalia mouentur ex ſe; & quod mouetur ex ſe, mouetur a principio in eo; & omne, quod mouetur per principium in ipſo, mouetur naturaliter; quoniam omne, quod mouetur per principium in eo, mouetur per naturam: dictum eſt enim in definitione naturæ quod eſt principium in re, per quod mouetur, & quieſcit: vnde neceſſe eſt vt illud, quod mouetur per principium in ipſo, moueatur per naturam: definitiones enim conuertuntur neceſſario cum definito. Et quum declarauit quod animal mouetur naturaliter, dixit & ideo animal ſecundum totum naturaliter mouet ſe. i. &c. quum dicimus quod animal mouetur naturaliter, intendimus quod anima mouet corpus per ſuam naturam, & corpus mouetur per ſuam naturam ab ea: ſed mouetur ſecundum quod eſt corpus* &c. & paullo poſt. *Quia anima animalis eſt forma ſui corporis naturaliter, neceſſe eſt vt motus eius a ſua anima ſit naturaliter: ſed, ſi fuerit inuentum aliquod motum per principium in eo, ita quod in ſuo corpore non ſit principium contrarium motui animæ, tunc illud motum erit motum naturaliter ſimpliciter, ſcilicet per animam, & per corpus, vt declaratum erit de corpore cæleſti.* ſic igitur Auerroes ait cæleſte corpus moueri a principio intrinſeco, quod eſt eius anima; id autem Auerroi nihil eſt niſi aſſiſtens intelligentia. cur non etiam Græcos a me dudum allatos attuliſti? L I I. Sed expoſitio facile afferri poteſt ex ijs, quæ docet Zimara doctiſſime l ide cæl. contr. 4. hæc omnia eſſe intelligenda per viam ſimilitudinis, & proportionis, quia Intelligentia ſe habet veluti forma, non quod ſit vere forma. V L. Ego potius exiſtimo ſolutionem apparentis contradictionis, a Zimara notatæ in dictis Auerrois, petendum eſſe ex ipſomet Auerroe, vt vidimus, & ex Ariſtotele ſecundum varias formalitates, quibus Intelligentia cæli motrix, & omnino primus motor conſiderari poteſt; nam *l* Ariſtoteles ait, ita ſe habere Diuinum intellectum in tota natura, ſiue in Mundo, ſicuti ſe habet intellectus in homine; quum autem humanus intellectus, quatenus eſt principium *m* motiuum, ſit actus primus corporis *n* organici, & vera *o* forma hominis, vereque *p* natura: quatenus autem eſt principium intellectiuum, dicatur non miſtus *q* cum corpore, nullius *r* corporis actus, ſine corpore, & non *u* natura: ſic prorſus In-

l 1. meta. 5.2. cap.2.
m 3. de an. t.48 & ſeq.
n 2. de an. t.7.
o 1. de an. t.4.
p 2. de aq. t.24.
2. phy. t.12.
q 3. de an. t.4 6.
r 2. de an. t.11.
t 3. de an. 7.
u 1. de par. c.1.

Intelligentia, tam omnium prima, quam quælibet ſecunda cæli motiua, ſi conſideretur vt principium motus, Ariſtoteli pariter & Auerroi eſt anima *x* cæli, in cælo *y* inexiſtens, ac vere *z* natura, vt oſtendi latius: at ſi ſpectetur vt principium intellectiuum, dicitur forma ſeparata, per ſe ſubſiſtens, & non natura, ſed ſupra naturam. Si vero tibi Zimaræ tantæ autoritatis eſt, vt ab eius explicatione diſcedere nolis; caue ne cum eius doctrina deſtruas omnes rationes ab Ariſtotele propoſitas in octauo phyſicorum de neceſſitate primi motoris immobilis, quæ omnes eo fundamento nituntur, quod ex primo mouente, & corpore cæleſti fiat vnum per ſe a ſeipſo mobile; nam vnum per ſe, ita mobile non ab alio, ſed a ſe, conſtituitur ex mouente immobili, velut ex anima, proindeque vere forma. L I L. Declaro verbis Alberti de Saxonia 1. de cæl. q. 1. *eſt principium intrinſecum per appropriationem, per præſentiam, non per inhærentiam.* V L. Quos autores ex te audio? certe Patauino Philoſopho primario non grauiores: verum dico, eſſe principium intrinſecum per appropriationem, per præſentiam, & (ſi non per inhærentiam, quum accidens non ſit, cuius proprium eſt inhærere) per *a* inexiſtentiam, vt ait Ariſtoteles; quod illis ſat eſt ad hoc vt natura proprie dicatur, quæ definitur principium motus, in quo *b* eſt. L I L. Et D. Tho. citato loco loquitur per modum ſimilitudinis dicendo, *Cælum dicitur mouere ſeipſum in quantum componitur ex motore & mobili, non ſicut ex forma & materia, ſed ſecundum contactum virtutis.* V L. Immo vero ſimilitudinem negat allatis verbis. Præterea quod ſimilitudo poteſt eſſe quid eſſentiale; vt quando dicitur, naturaliſſimum eſſe viuenti generare aliud indiuiduum *c* quale ipſum. Ceterum productis verbis *d* D. Tho. a cælo remouet ſolam compoſitionem ex materia & forma informante; ac per contactum virtutis intelligit compoſitionem ex materia & forma aſſiſtente; quam eſſe compoſitionem facientem vnum per ſe, vnum animatum, vnum a ſeipſo mobile, vnum numero & ſpecie, non ſolum in eiuſdem quæſtionis corpore ponit D. Thomas, ſed *e* alibi fuſius confirmat, & clarius explicat ad mentem Ariſtotelis; qui nos hoc apertiſſime docuit non *f* ſemel. Quum igitur in hoc octauo capite nil omnino probes, nulla ra-

x 2. cæl. t. 13. 60. &
y 8. phy. t. 84.
z 1. cæl. t. 1. 8 phy. t. 3.
a 8. phy. t. 84.
b 2. phy. t. 3.
c 2. de an. t. 34. 35.
d 1. p. q. 70. a. 3. ad 5.
e 2. con. gē. cap. 70.
f 2. cæl. t. 13 12. meta. t. 49.

tione propoſitā, nullaque claſſici præterquam D. Thomæ autoritate, quæ me moueat? quam mihi non officere demonſtraui: iam ad nonum deſcendere potes. Quid in eo ſatagis oſtendere? L I L. Quale g iudicium tulerint Philoſophi Peripatetici de hoc quæſito, an Deus, & Intelligentiæ ſint Naturæ. V L. Non ne melius eſſet oſtendere, quale iudicium de propoſito tulerit Ariſtoteles ipſe, ſub quo Duce nos ambo militamus? & quale ferendum ſit ratione ducta ex rei natura? nam Philoſophi Peripatetici, quos allaturus es, ab Ariſtotele hac in parte deuiare potuerunt, & a veritate: nec ego, ſi mihi contradixerint, illis aſſentire teneor. Sed tamen eos audiamus. L I L. Supponendum ſemper ſermonem habendum eſſe proprie, ſtricte, phyſice, non metaphyſice, non Theologice, non improprie, non late, & Academice. V L. Hoc illud eſt, quod ego tecum diſputans egi toto volumine de Natura primo-mouente. Sed tu quomodo talia ſupponens, e contra tamen totum hoc tuum volumen onerasti, totumque repleniſti Theologorum, Metaphyſicorum, & Platonicorum autoritatibus? & ijs potiſſimum probationibus inniteris? L I L. Dico has ſubſtantias non fuiſſe appellatas naturas, ſed ſupranaturales, & altioris ordinis quam ſit natura. V L. Primum dogmatis tui membrum apertiſſime falſum eſt; nam h Ariſtoteles, Alexander, i Simplicius, k D. Thomas, l Scaliger, & alij multi Deum appellarunt Naturam: nec tu negatiuam propoſitionem hanc de actionibus humanis probare poteris vnquam: an ne vidiſti omnium ſcripta, & audiſti omnium verba, vt dicere audeas, & probare poſſis Deum, & Intelligentias non fuiſſe appellatas naturas? ſecundum vero membrum mihi non officit; quia Deus, & Intelligentiæ vt ſub ratione primi motoris ſunt proprie naturæ; ſic ſub ratione ſubſtantiæ intellectualis ſunt ſupranaturales, & altioris ordinis quam ſit natura; vt olim, m & antea notaui; notiſſimum eſt enim idem ſub diuerſa ratione ſpectatum dici poſſe modo proprie naturam, modo ſupra naturam. L I L. Simplicius in 2. de cæl. com. ſuo 37. quamuis fateatur ab Ariſtotele Deum aliquando appellari naturam, vt in t. 56. 2. de cæl. quem ibi exponit, tamen ſtatim indicat hoc non dici proprie; verba Simplicij ſunt hæc, *Patet autem quod naturam nunc*

g pag. 22.

h 2. cæl. t. 56. 2. de part. c. 5.

i 2. cæl. com. 37.

k 2. cæl. con. t. 56.

l exer. 278.

m 1. de na. pr. mo. c. 8.

Deum

Deum vocat Ariſtoteles: poſtea addit, *nam proprie ab ipſo dicta natura principium motus & quietis in quo eſt, non ſolum prouidere non valet*, &c. his videmus ſignificatum naturæ pro Deo contradiſtingui a ſignificato naturæ proprio. & *n* miror Excell. Collegam in pag. ſua 85. citaſſe Simplicium mutilate; nam debebat proſequi verba Simplicij, quæ ſic dicunt; *patet autem quod naturam nunc Deum vocat Ariſtoteles; nam proprie ab ipſo dicta natura principium motus & quietis in quo eſt non ſolum prouidere non valet, ſed neque videre* &c. Ecce quomodo Simplicius naturam proprie ſumptam contradiſtinguit a Deo. V. L. Flos inclyte, longe aliud eſt vti autoritate Simplicij ad oſtendendum quid ſenſerit Ariſtoteles de Natura, & ad probandum quid ſenſerit ipſemet Simplicius ſecundum propriam mentem de Natura: & quum in loco Simplicij a me prolato duo proponat ipſe, alterum quidem verum dogma, quo cum Alexandro conteſtatur Ariſtotelem Naturæ nomine vocare Deum; alterum vero falſum, quo ipſe cenſet naturam proprie dictam omnem eſſe infra animam, adeoque non ſolum prouidere non poſſe, ſed nec etiam videre aut cognoſcere totaliter natam eſſe, neque ſentire in inſenſibilibus corporibus primum innatam: quum Ariſtoteli nihilominus proprie ſit natura rationalis anima, quam definiuit eſſe quo primo mouemur, & ſentiens, quæ ambæ facultate videndi, & cognoſcendi pollent; quam vegetalis anima & omnis inanimatorum forma: Ego, qui Simplicio tunc vſus fui ad manifeſtandam ſententiam Ariſtotelis veram, non autem ad oſtendendum quid ipſe Simplicius de propoſito ſenſerit ex mente propria; dum attuli, quæ ſcribit Simplicius Ariſtotelem ſenſiſſe de natura, ſilentio damnans, quæ ſtatim falſa profert Simplicius de natura, non debui tibi admirationem parere, nec dici mutilator autoritatis Simplicianæ. Me vero in toto eo *o* capite ſolius Ariſtotelis opinionem venari, & profiteri, cuius apertum eſt: nam aliorum claſſicorum ſententias breuiter enumeraui multo *p* poſt; vbi Simplicij tanquam de natura ex mente propria non recte philoſophantis nullam omnino mentionem facere volui. Sed tu, Flos inclyte, qui me coarguis de mutilato textu Simplicij, quod primo dogmate vero propoſito ſecundum falſum omiſerim; cum tã ſecundum hoc

n pag. 11 c.

o 1. de nat. pr. mo. c. 8.

p cap. 12.

in

in cui ſubſidium afferens, ipſum non integrum retuliſti, ſed præcipua & neceſſaria parte mutilaſti tuo illo &c. ? non ne tu debebas dogmatis ſecundi Simpliciani verba proſequi, quæ ſic habent ? *nam proprie ab ipſo dicta natura principium motus & quietis in quo eſt, non ſolum prouidere non valet, ſed neque videre aut cognoſcere totaliter nata eſt, neque ſentire, in inſenſibilibus corporibus primum innata.* Deinde vero, Flos inclyte, ſignificatio proprij duplex eſt; proprium enim alterum eſt, cui opponitur
n Prædic. commune; quo nomine *n* Porphyrius diuiſit accidentia in propria, & communia; alterum eſt, cui opponitur improprium. Modo Simplicij dictum ea ratione ſumendum eſt eſſe verum, qua velit Deum non dici naturam proprie, hoc eſt particularem vniuſcuiuſque rei naturalis ſingillatim ſumptæ; quum ſit vt
o 12.meta. primus motor *o* omnia mouens Ariſtoteli, natura communis
t.14. omnium rerum, ac bonum Vniuerſi, adeoque natura non
p 12.meta. improprie. Sed Ariſtotelem, qui ſemper vtitur ſumma pro-
t.52. prietate verborum, hac in re velle improprie locutum, vt tuæ ſententiæ patrocinetur, non dabunt viri docti: Magiſtrum, qui
q 6.tup.c.1 præcipit ſcientifico abſtinendum eſſe a *q* metaphora, quia
loc. 7. *contingit metaphora loquentem calumniari, tanquam non proprie dicentem*, eius criminis reum eſſe vis, quod in alijs culpat, & cauendum imperat ? Deum itaque naturam prouidentem dicens, de natura proprie ſumpta loquitur. L I L. S.Tho. 2. de cæl. l. 14. exponens illum eundem cont. 56. fatetur ipſe quoque ibi ab Ariſt. naturæ nomen accipi pro Deo, verum indicat etiam non ſumi proprie; verba D.Tho. ſunt hæc, *Datur per hoc intelligi, ſicut Alexander notat, quod Ariſtoteles hic ſentit quod Deus habet prouidentiam de his quæ ſunt hic inferius: non enim poteſt naturæ attribui prouidentia ſecundum quod eſt quædam virtus in corporibus, ſed ſolum per comparationem ad intellectum inſtruentem naturam.* Quis non videt naturam proprie a D. Tho. appellari virtutem in corporibus, Deum autem non dici proprie naturam, ſed potius intellectum inſtruentem naturam ? V L. Ego id non video; nam in verbis a te relatis nulla mentio fit proprij, vel improprij. Tu vero multum vides, qui non exiſtentia in ijs verbis aſpicere potuiſti: Ego non ita oculatus perſpexi ſolum D. Thomam duplicis meminiſſe Naturæ; qua-

rum

rum alteram ait, not ituquoque Alexandri, apud Ariſtotelem eſſe Deum, quem Magiſter ait habere prouidentiam de noſtratibus; alteram vero dicit eſſe virtutem quamdam in corporibus, cui non attribuitur prouidentia, ſed ſolum illi primæ naturæ, quæ intellectus eſt inſtruens, ac dirigens, & gubernans hanc ſecundam naturam. Porro primum motorem Deum non eſſe virtutem in corpore, ſiue naturam vtcumque dependentem a corpore, & corpus informantem, hauſit D. Thomas ab
r Ariſtotele docente primum motorem non eſſe in magnitudine, quem tamen eiuſdem D. Thomæ ſ teſtimonio Magiſter poſuerat eſſe cælo copulatum veluti formam ipſum viuificantem, & animantem: ac veluti * partem cæli animati; quod eius participatione dicitur moueri a ſeipſo. L I I. Simplicius in 2. phy. com. 2. ſtatuit tria eſſe rerum genera, *aliqua naturalia, aliqua deteriora naturalibus, aliqua ſuperiora naturalibus*, & hæc vocat ſupra naturam, immaterialia, incorporea, & ſeparabilia a corporibus. & in 5. phy. com. 5. ſic loquitur Simpl. *de naturalibus intelligere oportet quæ poſſunt per accidens moueri; quæ enim ſunt ſupra naturam, quæ quidem ſunt primo mouentia, non ſolum per ſe ſunt immobilia, ſed etiam per accidens*. Videmus hic a Simplicio prima mouentia & immobilia appellati ſupra naturam. V L. Flos inclyte, Si commentarium illum integre, ac ex fide † citaſſes; omnes aperte viderent Simplicium ibi cauſſam effectricem conſtituere propriiſſime dictam naturam; ait enim loco a te citato, vt etiam ſupra notaui, *Quinto autem ſignificato & propriiſſimo natura eſt cauſſa vt naturalia moueantur, ceu ars eſt cauſſa effectrix artificialium, & eius motus. Hæc autem natura incipit a natura, quæ materia dicitur, & deſinit in naturam, quæ eſt forma tradens naturam compoſiti & efficiens. Vnde hac ratione effectrix natura conuenit cum arte* &c. quæ ſuperius late ſunt explicata. mox addit Simplicius; *Sed conceptio & ſignificatio nominis magis proprie conuenit ei naturæ, quæ accipitur vt effectrix cauſſa eſt rerum naturalium: verumtamen definitio omnibus ſignificatis proprie competet, in vtraque accepta*. Vbi nota definitionem naturæ conuenire proprie ſignificatis omnibus naturæ, ſed ſpeciatim efficienti, cui omnium propriiſſime conuenit ex Simplicio naturæ nomen. Addit Simplicius ibidem, *Nam ſiue forma in materia ſit*

com-

r 8. phy. t. 79. & ſeqq.
ſ 2. con. ge. cap. 70.
* 1. p. q. 70. ar. 3.
† 25. ſal. cit.

compoſitum, ſiue id quod conſtat a materia & formæ huius certe effectrix eſt naturæ; & non veluti forma per ſe ſit, &c. & mox. *Et dicendum eſt ad hoc vt ego exiſtimo, quod mox initio ſermonis de natura tradidit naturam proprie, quæ eſt cauſſa effectrix, & eamdem definiuit: iccirco & explicans per accidens, accepit exempli cauſſa medicum ſeipſum curantem, perinde atque per ſe cauſſam effectricem indagaret, quæ habet ſimilitudinem & proportionem cum efficiente domum, & alia quæ manu extruuntur. Ibi ergo proprie naturam quum aſſignauerit* &c. Simplicius itaque toties hic repetens cauſſam effectricem rerum naturalium, ad quam redigitur primum mouens immobile, quod vt mouens eſt cauſſa communis omnium euentuum phyſicorum, eſſe proprie, quinimmo propriiſſime naturam; dum ait paullo poſt, *Sed ea, quæ natura non ſunt (vt eo vnde egreſſa reſtrat ſe oratio) duplicia ſine ſunt, alia quidem ſupra naturam, ceu immaterialia, incorporea, ac ſeparabilia a corporibus, quæ in puris ſpeciebus ſunt collocata; alia vero ſunt quæ naturalibus ſunt deteriora, ceu illa, quæ humana arte extruuntur, agunturve, ceu lectus, veſtis, & id genus, quæ ſunt materialia corporea. commune autem his, quæ ſupra naturam, atque his, quæ ſunt poſt naturam, eſt immobile ex ſeipſis eſſe, atque immutabile, quamuis aliis hoc inſit deterius, aliis vero melius. Quum itaque naturalia media ſint inter vtraque, quoniam ſubſternuntur omni ſubſtantiæ immateriali, atque incorporeæ, materialia & corporea ſunt: quoniam vero non prodeunt ex humana arte, ſed veluti a ſeipſis oriri & germinari, quamuis non appareat ſenſu eorum cauſſa effectrix & opifex, naturalia dicuntur. Et ad vtriuſque rerum antedictarum naturæ diſcrimen, habent in ſeipſis principium motus & mutationis* &c. quæ tu pluſquam nimium mutilaſti, non ponit diſcrimen inter naturam, & formam aſſiſtentem, ſeu primum mouens, vti tu probare ſtudes ex Simplicio, ſed inter effectus artis, & naturæ, ac ſpecies illas puras, quæ ſunt formæ prorſus incorporeæ, ac immateriales, nimirum Intelligentiæ ſub ratione formarum immaterialium, ac in genere entis, vt ſubſtantiæ incorporeæ, ac intellectuales abſolutæ; quas, & nos vltro fatemur non eſſe naturas, at ſupra naturam: ſed noſtra diſputatio eſt de Deo, & Intelligentiis ſub ratione Primi-Mouentis; ſub qua formalitate non ſunt ſupra naturam, ſed vere, ac proprie

naturæ,

naturæ, vtpote rerum naturalium cauſſæ effectrices, tum proxi-
mæ, vt motuum cæleſtium, qui *t* naturales ſunt; tum remotæ, *t* 2. phy.
vt omnium euentuum *u* ſubcæleſtium. Præterea vero quid t. 73.
mihi Simplicium obtrudis, inclyte, ſi negaret eo loci formas 1. cæl. t. 5.
aſſiſtentes in Intelligentiarum cenſu naturas eſſe? nam in eo- & ſeqq.
dem com. naturam deprimit infra omnem animam, cenſetque *u* 2. cæl.
vim eſſe quamdam brutam, & ſolis inanimatis, adeoque ſolis t. 100.
noſtratibus elementis ineſſe: Quare vt facile dedero primum 1. meteo.
mouens non eſſe naturam huiuſmodi; ſic puto te mecum Sim- cap. 2.
plicio negaturum naturam omnem, quam Ariſtoteles *x* defi- *x* 2. phy.
nit principium primum motus, & quietis per ſe in quo eſt non t. 3.
ſecundum accidens, infra animam contineri; vt ego illi nego
naturam omnem talem eſſe infra primum motorem. Quare
nil mirum ſi alio *y* loco ponit primo mouentia ſupra naturam; *y* 5. phy.
qui naturam omnem collocauit infra animam: vt non bene com. 5.
contra nos ex Simplicio tam male de natura ſentiente tu dedu-
cas autoritates. Concedo primum mouens non eſſe id, quod
exiſtimauit Simplicius eſſe naturam, nimirum quid infra ani-
mam. Sed vt Simplicius non bene cenſuit animam non com-
prehendi in definitione Naturæ tum aſſerens aduerſus Ale-
xandrum, *z Sed eidem quoque dicenti, quoniam ſ notandum eſt* *z* 2. phy.
Ariſt. etiam animam complexum fuiſſe in definitione, nunc non eſt digr. 2.
aſſentiendum; ſi quidem anima ſit per ſe interna perfectio corporis
naturalis organici: at natura proprie primo & per ſe ineſt corpori-
bus ſimplicibus, & non organicis inſtrumentarijſve: tum inquiens
in loco a te proxime citato, *a Nam quod vltima anima, quæ ve-* *a* 2. phy.
getatiua appellatur, alia ſit a natura, etiam ſecundum Ariſtote- com. 12. in
lem, quamquam prius diximus, tamen etiam nunc dicatur. Etſi digr.
ſæpe appellent animam vegetatiuam naturam tanquam prope natu-
ram ſit, eique vicina: equidem quod omnis anima ſit vltima perfe-
ctio interna corporis naturalis organici ab ipſo dictum eſt: quare cor-
pori habenti naturam ineſt anima vegetatiua, quæ profecto alia eſt a
natura. &c. Quaſi formæ, adeoque naturæ non ſint apud Ari-
ſtotelem inter ſe ſubordinatæ, ſicut *b* numeri; ac propterea *b* 8. meta.
non poſſit forma poſterior, naturaque præſtantior aduenire t. 10.
corpori formam priorem, naturamque minus perfectam ha-
benti; ac omnes pariter non ſint in genere formæ, ac in ſpecie

naturæ definitæ ab Ariſtotele principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens. Qui ergo a cenſu naturæ ſic definitæ tollit omnem animam Simplicius, inuito ac repugnante Ariſtotele, qui paſſim c animam, & ipſam d humanam in genere naturæ collocat aperte; nil mirum ſi nobis inuitis ac repugnantibus ab eodem naturæ cenſu remoueat idem Simplicius Intelligentias motrices orbium, ac ipſum primum omnium motorem. Quare mihi non audienti dogmata Simplicij de natura, quæ Peripatetica non ſunt, a te non debuit autoritas huius viri contra me produci in propoſito. LIL. Idem Simplicius in 2. phy. com. 54. dicit de his, quæ mouent non mota, *non eſſe principium motus, vt eſt natura; quia natura mota mouet; iſta vero mouent non mota.* VL. Inclyte Flos, hæc tua citatio falſa † penitus eſt, quia Simplicius eo loci non ait, mouentia non mota non eſſe principium motus, vt eſt natura; ſed ait ea non habere in ſe principium motus, quia non ſunt naturales cauſſæ; quod longe aliud eſt: natura enim non eſt naturalis cauſſa, nec habet in ſe principium motus, ſed eſt ipſamet principium motus: & reuera de propoſito hæc ibi Simplicius, *At quæcumque non mota mouent, hæc conſiderare prorſus non ſpectat ad naturalem tractationem, ſed ad Theologum attinet, quippe quæ non habent in ſeipſis principium motus, ſi quidem non mouentur; quare non ſunt naturales cauſſæ, quum ſint immobiles. Sed neque motus principium eſt vt natura: nam ipſa mota mouent: quare neque naturalis eſt munus de his dicere. Niſi forſitan per hoc, atque omnino quæcumque mota mouent, inſiſtit contra eos, qui putant ideas eſſe cauſſas ſimiles ſpecie eorum, quæ hic ſint, quum ſint immobiles.*&c. Ex quibus aperte conſtat Simplicium hic de duobus generibus mouentium immobilium agere, nimirum de primis motoribus ab Ariſtotele poſitis, & explicatis in octauo phyſicorum; & de ideis Platonis, quas ille ponebat cauſſas effectrices omnium mutationum phyſicarum immobiles ad Phyſiologum attinentes de ſententia Platonis. De primis motoribus immobilibus ab Ariſtotele poſitis ait Simplicius, & vere, *quod non habent in ſeipſis principium motus, ſi quidem non mouentur;* quum ſint ipſamet immobilia principia motus; edoctus ab e Ariſtotele diuerſum quid eſſe principium motus, ab eo quod

c 1. de par. cap. 5.
d 2. phyſ. t. 13. 12. meta. t. 13.
† 16. fal. cit.
e 2. phy. t. 4.

habet

Digitized by Google

habet in ſeipſo principium motus; illud eſſe naturam, hoc au-
tem corpus naturale compoſitum ex naturis. ait inſuper Sim-
plicius, *quod eadem non ſunt naturales cauſſæ, quum ſint immobiles;*
edoctus ab *u* Ariſtotele naturale conuerti cum mobili; ſunt *u* 2. phy.
enim cauſſæ non naturales, quæcumque apud Ariſtotelem non t.73.
mota mouent, ſed naturæ; cauſſæ namque naturales ſunt com-
poſita naturalia vt homo generans hominem, & cælum mouens
inferiora, vt docet *x* Ariſtoteles. De ideis autem Platonicis, *x* 1. meteo.
non eſſe principium motus, vt natura; nam ipſa mota mouent; quia cap. 2.
negat, Ariſtotelem ſecutus, ideas Platonicas ea ratione, quod
Plato cenſebat quamlibet ideam eſſe cauſſam effectricem ſpe-
cialem proximam determinatæ ſpeciei rerum naturalium; at ve-
ro talis cauſſa efficiens proxima, non eſt primus motor immo-
bilis, ſed cauſſa ſecunda naturalis, ac neceſſario mobilis; id
autem ſatis aperte paullo poſt ipſe Simplicius aperte inquiens,
*Poteſt item hæc particula, Atqui omnino quæcumque mota mouent,
intelligi de proxima cauſſa effectrice naturaliter, vt eſt natura; nam
hæc multum communionis conuenientiaque habet cum forma, vt
etiam in ſuperioribus dictum eſt.* Et ita philoſophatur Simpli-
cius, cauſſa efficiens naturaliter proxima eſt natura, quæ
mota mouet: ſed ideæ a Platone propoſitæ tanquam cauſſæ
proximæ efficientes naturaliter, non motæ mouent; ergo ideæ
Platonicæ non ſunt vere cauſſæ efficientes naturaliter, neque
naturæ. Quam doctrinam certum eſt non officere mihi dicen-
ti primum Motorem Deum, & Intelligentias orbibus aſſiſten-
tes eſſe naturas, quia has non aſſero cauſſas effectrices natura-
liter proximas rerum naturalium, ſed communes, & remo-
tas. LIL. Et com. 56. eiuſdem 2. phy. Simpli. *primum mo-
uens a natura diſtinguit, quia natura mouet intus, primum mouens
extrinſecus.* VL. Si ſententiam integram Simplicij retuliſ-
ſes, non eam more tuo † mutilaſſes, lectores agnoſcerent no- † 17. fal.
mine primi motoris ibi Simplicium non abſolute intelligere cit.
Deum, & Intelligentias, de quibus tu mecum in præſentia tra-
ctas; neque diſtinguere primum mouens noſtrum a natura,
quod agat extrinſecus; ſed totum oppoſitum dicere Simpli-
cium, dum ait, *y Niſi forſitan propter hoc rurſus eiuſdem effectricis* *y* 2. phy.
cauſſæ diuiſionem aſſumpſit, vt determinet exacte primum mouens com. t. 73.

Digitized by Google

eorum, quæ mouent arte, & prælectione. Nam primo diſtinxit hæc ab inuicem, quæcumque mota mouent, & quæcumque ſunt immobilia: & accepit primam cauſſam mouentem ſine ſui motione. Nunc vero quia ars, & prælectio exiſtens immobilis mouet motibus naturalibus; neque enim augetur, neque alteratur, neque ſecundum locum mutatur: primo diſtinguit artes, & prælectiones a natura, & prima cauſſa; eo quod hæc naturaliter mouent, quod dictu idem eſt, intus mouent, & illæ mouent extrinſecus: & ita primum mouens a natura diſtinguit, vel ab his quæ mouent ſecundum naturam. In quibus aperte conſtat Simplicium primi mouentis nomine ſignificare generatim omne primum mouens, nempe omne, quod mouendo non mouetur; admonetque tale primum mouens comprehendere primum efficiens etiam effectibilium in arte, atque agibilium, quæ fiunt ab electione; nedum primum efficiens generabilium phyſice in natura: oſtenditque primum mouens effectiuum in arte, primumque actiuum ſecundum prælectionem in agibilibus mouere ſic vt ſit immobile motibus naturalibus; quod repetit paullo poſt clarius, inquiens, *Item diſtinguit primum principium ab his, quæ ſecundum artem, & prælectionem mouent, eo quod illa, etſi per ſe motionibus naturalibus fuerint immobilia, tamen ſecundum accidens mouentur in naturalibus: nam tales ſunt animæ actiones mutatæ ſecundum locum, & ab alijs in alia transmutatæ, dum præeligunt, & artificialia condunt:* at eas eſſe per ſe immobiles oſtendit, quia intellectus artificis efficiendo artificialia, & voluntas præeligens moralis agendo agibilia, neque augetur, neque alteratur, neque ſecundum locum mutatur. Sed agnoſcens primum mouens generatim ſumptum, non ſolum in arte, ac prælectione conſiſtere, ſed etiam ad naturam extendi; quum tria hæc primo mouentia, in arte, in prælectione, ac in natura, commune habeant hoc, vt mouendo non moueantur; poſtea refert diſcrimen, quo diſtinguuntur prima mouentia prælectionum, & artium a primo mouente in natura; quod appellat primam cauſſam, & a natura ſimpliciter, inquiens quod hæc duo, natura generatim, & prima cauſſa, quam putat eſſe Deum, mouent naturaliter, quod dictu idem eſt, ait, intus mouent; & illæ cauſſæ primo mouentes in arte, ac ſecundum prælectionem in rebus agibilibus agentes, mouent extrinſecus,

trinſecus, & ita Simplicius ex Ariſtotele primum mouens tum in arte, & præelectione diſtinguit a natura ſimpliciter, & a prima cauſſa, quam non eſſe naturam ponit, ſed tamen agere ſecundum naturam (male ſentiens naturam omnem eſſe infra animam) quod natura, & prima cauſſa, moueant intus, primum vero mouens in arte, atque in agibilibus moueant extrinſecus; adeoque tibi plurimum refragatur contendenti primum motorem Deum a natura contradiſtingui per hoc, quod natura ſit principium motus intrinſecum, primus vero motor Deus, & Intelligentia quæuis orbi cæleſti aſſiſtens ſit principium motus extrinſecum; mihique viciſſim, opinanti Deum ſub ratione primi motoris ad mentem Ariſtotelis eſſe naturam, & vere principium motus intrinſecum, apertiſſime ſuffragatur, potiſſimum in poſtremis verbis, dum ait, *Primo diſtinguit artes, & præelectiones a natura, & prima cauſſa, eo quod hæc naturaliter mouent, quod dictu idem eſt, intus mouent; & illæ mouent extrinſece: & ita primum mouens a natura diſtinguit, vel ab his, quæ ſunt mouens ſecundum naturam.* Nam ſtatuit primum mouens eſſe genus, quod diuiditur in mouens extrinſecus; cuiuſmodi duo primo mouentia extrinſeca ſunt Ars, & Prælectio: & in mouens intus, cuiuſmodi ſtatuit eſſe primam cauſſam, nimirum Deum ſub ratione motoris, vel Intelligentiam abſolute cęlis aſſiſtentem; quam primam cauſſam Simplicius id habere commune vult cum natura, quod mouet intus; at ab ea diſtingui, & non eſſe proprie naturam; quia cenſuit naturam omnem eſſe infra animam, & omni facultate cognitrice carere. Quare vt falſo dicit, vel te iudice, Simplicius naturam omnem eſſe vim quandam brutam infra eſſentiam animæ; ſic in præſentia ſtatuens ex Ariſtotele primam cauſſam, & naturam, ad artis, & præelectionis diſcrimen, eſſe principia motus intrinſeca, meum dogma confirmat, viceque verſa tuum deſtruit, qui probare contendis Primum motorem immobilem, qui eſt prima rerum omnium cauſſa Deus, non eſſe principium motus intrinſecum, vt eſt natura, ſed extrinſecum plane, vti eſt ars, & præeligens voluntas. LII. Et addit paullo poſt, *non eſſe primum mouens naturale principium, ſed tantum naturalem;* atque ita interpretatur ibi t. 73. lib. 2. phyſ. VL. Si pariter

Digitized by Google

† 18. falſ. cit. riter hoc in loco, Flos inclyte, Simplicij ſententiam † integram deſcripſiſſes, omnes intelligerent eum nil mihi refragari, nil tibi ſuffragari; ſcribit enim ſuperioribus addens immediate, *Non enim per ſe natura mouet, ſed cum corpore in quo eſt. Ab his igitur diſtinguit eo quod hæc habent in ſeipſis principium motus, illa vero non habent: non enim eſt naturale principium illud, ſed naturalium: quod ſi haberet in ſeipſa principium motus, naturale principium eſſet.* Quibus manifeſto conſtat, Simplicium diſtinguere naturam, & naturalia ab efficientibus cauſſis a præelectione, & arte; de quibus nouiſſime tractauerat; & aſſerere naturam ſolitarie non agere, ſed cum corpore in quo eſt, proindeque motus naturalis naturam eſſe principium primarium, quo primo nuncupatum in Scholis; at habens naturam principium adæquatum: a quo naturali agente adæquato ſtatim diſtingui ſtatuit cauſſam primariam motus naturalis, eo quod hæc adęquata principia, ſeu cauſſæ naturales habent in ſeipſis principium motus: illæ cauſſæ primariæ, quę proprie naturæ dicuntur, non habent in ſeipſis principium motus, ſed ſunt ipſæmet principia motus; etenim illud principium motus primarium non eſt naturale, ſed naturalium tum corporum conſtitutiuum, tum motuum productiuum. Si enim haberet in ſeipſa principium motus hæc primaria cauſſa, iam naturale principium eſſet; quum tamen principium motus ſit natura; naturale vero ſit, quod in ſe tale principium habet, adeoque naturam. Quare nil tibi Simplicius opitulatur, nil mihi Simplicius aduerſatur. Affer igitur meliores autoritates. LIL. Philoponus in 2. phy. in exp. t. 70. cauſſas immobiles appellat ſupra naturam. VL. Nequaquam, inclyte Flos, ſed cauſſas immobiles diſiungit a cauſ-

† 19. falſ. cit. ſis ſupra naturam; ait enim allata eius † integra ſententia, *De cauſſa immobili diſſerere non amplius ſpectat ad naturalem, ſed munus eſt Theologi; quanquam & de ſeparatis formis Phyſicus aliquando diſſerit. Verum ſi Ariſtoteles in operibus naturalis Philoſophiæ aliquando de cauſſa immobili diſſerit, vt in octauo huius operis libro, atque in libro de anima, quum de mente ſeparata, quæ omnino ſeiungitur a corporibus; præterea in libro de ortu interituque rerum, vbi de cauſſa immobili agit. Dicimus reuera perfectum naturales in calce & ad extremum poſſe commemorare cauſſas immobiles,*

les ; & ſupra naturam . Nimirum hic Ioannes Grammaticus aperte ſtatuit primum motorem, de quo tractatur in octauo phyſicorum, & in lib. de gen. eſſe cauſſas immobiles; at animam rationalem omnino a corpore ſeiunctam appellat ſeparatam, & ſupra naturam; quam quidem poſſit Phyſiologus commemorare ad eam vſque aſcendens, non autem exacte tractare, vt primum motorem, qui formaliter, vt motor eſt, immobilis quidem dicitur, & eſt; at non dicitur a Philopono ſeparatus omnino, nec ſupra naturam; quia vere natura eſt omnium ſuprema: longe ſiquidem aliud eſt Phyſicum poſſe commemorare cauſſas immobiles, & ſupra naturam; quæ duo ſunt per coniunctionem & a Philopono copulata; & aliud eſt cauſſas immobiles appellari ſupra naturam, quod facit hic Philoponus. vt enim recte diceres, Philoponus appellatur Io: Grammaticus; ita non bene diceres tecum de propoſito conſentire Philoponum, & Io: Grammaticum; quum vnus & idem ſit homo Philoponus, qui appellatur Io: Grammaticus. LIL. Idem Philop. in 2. phy. exp. t. 12. dicit formam, quæ eſt natura, non eſſe ſeparabilem ſubſiſtentia, ſed tantum oratione definitiua, & conſideratione: ſed Deus, & Intelligentiæ ſunt ſeparata entia ſecundum ſubſiſtentiam, quia ſunt actus aſſiſtentes, & per ſe completæ ſubſtantiæ; & ideo Ariſt. 1. de an. t. 17. vocat hæc entia ſeparata. VL. Nec ratio propoſita meam ſententiam ſauciat: in primis enim etſi formæ omnes infra genus Intelligentiarum a Phyſico ſpectatæ ſub ratione naturæ, quæ ſunt quamplurimæ, concedantur eſſe ſecundum ſubſiſtentiam inſeparabiles; tamen Philoponus, qui reſpexit ad plurimas, non negaret paucas aliquas naturas eſſe ſeparabiles etiam ſecundum ſubſiſtentiam: qui nouit ex † Ariſtotele, tum quod parum diſtat, tanquam nihil diſtare videtur; * tum quod vna hirundo, & vna dies non facit ver: ſin minus reclamantem haberet Ariſtotelem, & rei naturam, ſeu veritatem; Ariſtotelem quidem, qui ſcribens, ʒ *Naturalis ſpeculatiua quædam profecto eſt, ſed ſpeculatiua circa tale ens, quod poſſibile moueri, & circa ſubſtantiam ſecundum rationem vt plurimum inſeparabilem ſolum eſt*: aperte ſupponit formam, quæ eſt ſubſtantia ſecundum rationem, a Naturali conſideratam, quæ natura eſt, eſſe poſſe ſepara-

† 2. phyſ. t. 56.

* 1. ethic. cap. 7.

ʒ 6. meta. t. 2.

ra-

rabilem in aliquibus; alioqui ſimpliciter inſeparabilem dixiſſet, non autem inſeparabilem vt plurimum. Veritatem vero, quia rationalis anima vere ac proprie natura eſt a Phyſico ſpectata; quæ tamen eſt ſeparabilis ſecundum ſubſiſtentiam. Si ergo ſeparabilitas ſecundum ſubſiſtentiam animæ rationali non tollit rationem naturæ; iam tu non conuinces Deum, & Intelligentias non eſſe naturas, quia ſint ſecundum ſubſiſtentiam ſeparabiles. Et profecto propoſitionem Philoponi ſine vniuerſali ſigno indefinitam, *Hanc formam, quam quidem naturam dicimus eſſe, non aſſerimus ipſam ſeparabilem ſubſiſtentia; ſed ſolum oratione definitiua, & conſideratione*, ſi tu ſumas vniuerſalem, falſa fuerit, & contra decretum Ariſtotelis, vt nuper oſtendi: ſi vero particularem, tua ratio paralogiſmus erit, ac purum putum ſophiſma Euthydemianum in ſecunda figura ex maiore non vniuerſali. Sed & illa tua propoſitio, qua dicis Deum, & Intelligentiam eſſe entia ſeparata ſecundum ſubſiſtentiam, quia ſunt actus aſſiſtentes, duplici vitio laborat; primo, quia quatenus aſſiſtentes ſunt, iam ſeparatæ non ſubſiſtunt: deinde quia lumen, quod eſt aſſiſtens forma, vt *a* alibi probauimus, & infra latiùs oſtendemus, non eſt ens ſeparatum ſecundum ſubſiſtentiam. Deinceps obſeruandum eſt, longe aliud eſſe conſiderare Deum, & Intelligentias ſub ratione entium, & ſub ratione phyſice mouentium: certe ſub ratione entium ſunt ſeparata entia; quia propriam entitatem habent ab alijs entibus abiunctam; at ſub ratione principiorum phyſice mouentium, ſub qua formalitate nos hic de Deo, & Intelligentijs agimus cum *b* Ariſtotele, non habent eſſentiam ſeparatam a mobili corpore, ſed cum eo iuncta faciunt vnum per ſe animatum a ſeipſo mobile; vt antea demonſtrauimus ex *c* Ariſtotele non ſolum, ſed etiam ex *d* D. Thoma. Ariſtoteles autem ſeparatas ſubſtantias ad Metaphyſicum relegans, & Naturalem coarctans ad formas inſeparabiles in loco a te *e* citato nobis apertiſſime fauet; nam agens in octauo Phyſicorum de Deo, & Intelligentijs ſub nomine, & ratione Primi motoris, ſupponit eſſe ſub hac formalitate formas non ſeparatas; quum Metaphyſicus de ijſdem agens ſub ratione entis, & ſubſtantiæ intellectualis potiſſimum, eas conſideret vt entia ſeparata.

a 2. de nat. pri. mo. c. 3.
b 2. phy. t. 73.
c 2. cæl. t. 13. 63. 8. phyſ.
d 2. con. gen. c. 70.
e 1. de an. t. 17.

LIL.

LII. Simplicius in 8.lib.phy.com. ſuo 107. dicit Deum, ſiue primum mouens non eſſe proprie in cælo, ſed cælum in ipſo: ſed natura eſſe debet in alio, cuius eſt natura, & in eo tanquam in ſubiecto, argumento t.4.lib.2.phy.& t.4.lib.2.de an. VL. In primis ego potius Ariſtoteli ſubſcribendum cenſeo decernenti non vno in loco, Primum *f* motorem eſſe in corpore circulari absolute, Deum *g* pariter in Vniuerſo, & viciſſim cuncta in illo, mouerique omnia ab inexiſtente in nobis numine; quam Simplicio dicenti Deum non eſſe proprie in cælo. Sed & Simplicius per hæc verba, *Non oportet igitur timuiſſe, ne forte afferamus primum mouens per accidens moueri, ſi id ipſum collocauerimus in cælo ſtellarum inerrantium. Non enim eſt proprie in cælo, ſed cælum in ipſo; ſi quidem id quod eſt in alio continetur ab eodem: equidem primum mouens continet totum mundum, ſua infinita potentia, & vi:* non negat abſolute Deum, & omnino primum mouens eſſe in cælo; ſed comparatione facta vult cælum potius in Deo eſſe, quam Deum in cælo: ceterum ad hoc vt aliquid ſit natura, ſat eſt quod ſit abſolute in re a ſe mota; & ſpeciatim in ea inſit per ſe ac non ſecundum accidens, vt explicat ipſemet *h* Ariſtoteles: non eſt autem vel ipſi Simplicio Deus in cælo, & mundo ſecundum accidens. Verum & proprie ſolum id eſſe in aliquo, quod ab eo continetur, non dedero Simplicio, quum videam Ariſtotelem determinare, tum *i* totum continere partes; tum *k* nihilominus per ſe non ſolum partes eſſe in toto, ſed etiam viciſſim totum eſſe in partibus. Præterea non abſolute verum eſt, naturam eſſe debere in alio tanquam in ſubiecto; nam *l* Ariſtoteles ait æque naturam eſſe ſubiectum, ac id quod eſt in ſubiecto: Quare † falſo citas Ariſtotelem, quaſi dixerit naturam debere eſſe in alio, cuius eſt natura, & in eo tanquam in ſubiecto; quum Ariſtoteles in primo loco ſtatuat naturam eſſe quoque ſubiectum, quod non eſt in ſubiecto, de quo tu loqueris. At vero ſecundum locum ex opere de anima citas apertiſſime † falſo; quia ne verbum quidem de eo quod eſt naturam eſſe debere in alio, cuius eſt natura, & in eo tanquam in ſubiecto; nam hæc ibi Magiſter habet, *Quoniam autem eſt corpus huiuſmodi, vitam enim habens, non vtique erit corpus anima: non enim eſt eorum, quæ in ſubiecto, corpus: magis autem ſicut*

f 8. phyſ. t.84.
g 7. eud. cap.18.
h 2. phyſ. t.3.
i 1. phy. t.4.
k 4. phy. t.23.
l 2. phyſ. t.4.
† 30. falſ. cit.
† 31. falſ. cit.

ſubiectum, & materia eſt. Neceſſe eſt ergo animam ſubſtantiam eſſe ſicut formam corporis naturalis, potentia vitam habentis. Et in hoc textu, in quo nulla prorſus mentio de natura fit, inclyte Flos, aſſeris haberi, naturam eſſe debere in alio, cuius eſt natura, & in eo tanquam in ſubiecto? & tibi materia non eſt natura, quum ſubiectum hic eſſe dicatur, non autem in ſubiecto? ſed & Simplicius in loco a te citato non ne ſcribit Ariſtotelem ex Alexandro dicere primum mouens eſſe in cælo? *Sed hoc*, ait, *animaduertendum eſt, quod Alexander in circunferentia ſphæræ primum motorem eſſe exiſtimat dicere Ariſtotelem: nam forte quum dicat in circulo, in toto cælo intelligatur.* Sed quomodo Primus motor ſit forma non ſeparata, inſeparabilis, & in ſubiecto pro-
m 2. de nat. prie nos *m* olim fuſe probauimus ex rei natura, & Ariſtotele.
pr. mo. c. 2. & 3. LII. Auerroes 12. meta. com. 25. dicit materiam, & naturam diſtingui a ſubſtantijs abſtractis: ſed iſta prima mouentia ſunt ſubſtantiæ abſtractæ 1. cæl. com. 5. ergo non ſunt materia, neque natura. VL. Licet Auerroiſta non ſim, vt eius dicta tueri debeam; tamen ex his locis nihil contra me potes haurire; nam Auerroes ipſe ſeipſum ſatis declarat abſtractarum ſubſtantiarum nomine non intelligere Deum, & Intelligentias, vti tu ſupponis; at ſubſtantiam in relatione ad accidentia; & corpus & animam in relatione ad materiam, & formas inani-
n 12. meta. t. 25. matas: ait enim primo, *n Et intendit per abſtracta ſubſtantias, quæ ſunt ſubiecta nouem prædicamentorum, & per non abſtracta nouem prædicamenta; quaſi diceret, quia prædicamentorum quædam ſunt abſtracta, & quædam non; abſtracta ſunt ſubſtantiæ, & non abſtracta accidentia ſubſtantiæ, & hoc declaratum eſt; declaratum eſt enim quod ſubſtantia accipitur in definitione eorum, & non e conuerſo:* Quo ſenſu abſtractæ ſunt etiam naturæ infra Deum, & Intelligentias: ſed Auer. hic loquitur de abſtractione mentali, ſeu definitionis; quæ competit omnibus ſubſtantijs. Deinde naturæ nomine loco citato Commentator intelligit non omnem
o 2. phyſ. t. 3. formam comprehenſam in *o* definitione naturæ, ſed ſolum naturas inanimatorum; ait enim paullo poſt. *& poſt hoc erunt iſta animalia &c. dicit hoc, quia ſubſtantiarum quædam ſunt naturales, & quædam animatæ; animata autem videntur eſſe principia ſubſtantiarum naturalium.* & mox affert conſimilem ſententiam

Ale-

Alexandri dicens, *Alex. autem dicit quod, quum narrauit cauſſas ſubſtantiæ, quæ eſt cauſſa omnium, coniungit huic corpus & animam: aut quia iſta ſunt cauſſæ animalium, aut quia opinatur quod hæc duo proprie ſunt ſubſtantiæ abſtractæ, & ideo non dicit materiam, neque naturam, quia iſtæ ſunt ſubſtantiæ non abſtractæ.* & demum infit, *Et vniuerſaliter apparet ex hoc ſermone, quod quum dicit quod ſubſtantia eſt principium aliorum entium, dicit quod principium ſubſtantiæ eſt anima & corpus, aut intellectio & deſiderium & corpus; & dimiſit formas naturales & primam materiam* &c. Quare tractans Auer. hic de ſubſtantijs abſtractis ſola definitione, cuiuſmodi monet eſſe animam & corpus; & nomine naturæ ſignificans eſſentias inanimatas; nil contra me, nil pro te quidquam ſtatuit, qui quærimus vtrum primus motor ſit natura proprie definita principium motus in quo eſt, quæ complectitur etiam animam, quam hic Auerroes a natura contradiſtinguit, & ſubſtantiam abſtractam eſſe ſtatuit: nam vltra tibi dabo primum mouens non eſſe naturam infra animam. Quod autem attinet ad com. 5. lib. 1. de cæl. vbi ais Auerroem dicere prima mouentia eſſe ſubſtantias abſtractas; liceat mihi notare te nunc ſecundum † ſophiſma nectere ex medio, & maiori extremo æquiuoco; proindeque paralogiſmum ex quinque terminis; nam in maiori propoſitione Auerroes agit de abſtractione rationis, communi omnibus ſubſtantijs, etiam corporalibus animatis; & de natura infra animam; vt vidimus in eius verbis: tu vero in minori tractas de abſtractione reali, ſolis formis diuinis conuenienti; & in concluſione tractas de natura generatim, quæ complectitur etiam animas; quare tua ratio fuerit Euthydemica. L I L. Idem Auer. 1. de cæl. com. 5. diſputans diffuſe de motu cæli, & de eius motore habet hæc verba, *Non eſt ergo intelligendum hoc, quod dicitur, quod natura in corpore cæleſti eſt cauſa motus, eſſe formam: forma enim abſtracta non ſignificat naturam corporis.* V L. Non poſſum, Flos inclyte, non admonere lectores, illud Auerrois dictum haberi in corpore † dubitationis cuiuſdam; quam tunc proponit Auerroes, & paullo poſtea ſoluet: & tu dubitationem ſumis in argumentum pro determinatione, more Pleſſiaco? ait Auer. *Sed in hoc eſt quæſtio non parua; natura enim, vt dicitur in ſua definitio-*

† Sophiſ.

† 32. fal. cit.

ne, eſt principium in aliquo, per quod mouetur, & quieſcit res ipſa ex ſe. & mox. *Non eſt ergo intelligendum hoc, quod dicitur quod natura in corpore cæleſti eſt cauſſa motus eſſe formam: forma enim abſtracta non ſignificat naturam corporis; neque in corpore cæleſti eſt forma naturalis, quæ ſit cauſſa motus ipſius.* Sed paullo poſt afferens ſolutionem quæſtionis ait, *Et quum ita ſit, forte intelligendum eſt in hoc loco de natura, quæ eſt cauſſa motus, ſubiectum ſimplex formæ abſtractæ corporis cæleſtis: & hoc ipſum corpus non habet in ſe formam corporalem.* & mox. *Aut dicemus quod formæ abſtractæ ſecundum quod ſunt formæ abſtractæ, innatæ ſunt vt quod illud, quod ab eis mouetur, ſit corpus neque graue, neque leue, ſicut innatæ ſunt vt motum ab eis ſit rotundum, & ſicut innata eſt forma ignis, vt habeat materiam propriam. Dicitur igitur hoc nomen naturæ ſecundum hoc de forma, ſicut dicitur de formis aliorum corporum ſimplicium.* Auerroes igitur quum in dubitatione propoſuerit formas abſtractas non eſſe formas, neque naturas; & poſtea duplicem attulerit quæſtionis determinationem; alteram, qua ſtatuit abſtractas formas cælorum motrices non eſſe naturas, quæ ſint formæ corporales, hoc eſt a corpore dependentes, vel corpus informantes; alteram, qua decernit Intelligentias motrices eſſe tales vt de illis nomen naturæ dicatur, ſicut dicitur de alijs corporibus ſimplicibus: tu prætermiſſis determinationibus meam opinionem firmantibus, tuam demolientibus, in argumentum aſſumis dubitationem pro determinatione. LIL. Cardinalis Beſſarion in lib. de nat. & art. cap. 2. de mente Platonis dicit primam *rerum cauſſam non eſſe naturam, ſed priorem & longe nobiliorem.* VL. Tu qui diſputationem ſuppoſuiſti non *p* Academice tractare, ducis in aciem Platonicam determinationem? LIL. Auerroes de ſub. orb. cap. 1. ait non eſſe potentias in corporibus; ergo non naturæ. VL. Auerroes ipſe ſatis explicat eo loci ſe per potentias in corporibus intelligere formas diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti, mobileſque ad motum eiuſdem, quæque conſtituuntur per ſubiectum; attamen aperte concedit Intelligentias motrices eſſe in corporibus cæleſtibus tanquam eorum animas; quod ſatis eſt illis ad hoc vt eſſe dicique poſſint propriæ naturæ: quare nulla iam eſt enthymematis tui conſequentia:

p pag. 21.

tia:

tia: Vis audire verba Commentatoris? *Et q negauit*, inquit, *formas corporum cæleſtium diuidi per diuiſionem ſubiecti ſui, & eſſe finitarum actionum propter finitatem eorum corporum; quoniam potentia totius in formis diuiſibilibus per diuiſionem ſui ſubiecti eſt maior potentia partis: quando ergo inuenit eorum actiones eſſe infinitas, concludit formas eorum non eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus, ſed eas non eſſe potentias in corporibus*. & mox. *Et, quum fuerit declaratum ei de corporibus cæleſtibus eorum formas exiſtere in ſuis ſubiectis, videlicet exiſtentia, quod non diuiduntur per diuiſionem ſui ſubiecti, & quod cauſa in hoc eſt, quia non exiſtunt in ſubiectis ſecundum quod ſunt diuiſibilia;* (quod eſt dicere per informationem) *fuit ei declaratum quod iſtæ formæ non conſtituuntur per ſubiectum, immo ſunt abſtractæ in eſſe; quoniam, quum exiſtunt in toto ſubiecto, & non diuiduntur per eius diuiſionem, contingit quod non conſtituuntur per ſubiectum*. & paullo poſt. *Et non eſt dictum cælum habere animam, niſi propter appetitum exiſtentem in eo, & motum localem: appetitus vero, qui eſt in hoc corpore, non eſt niſi quia eſt corpus cæleſte viuum per ſe, appetens per ſe, non propter potentiam exiſtentem in eo diuiſibilem per eius diuiſionem: eſſet enim generabile & corruptibile: & dicitur eſſe motum per principium ſeparatum quod eſt in eo, non per principium, quod eſt pars in eo; & hoc modo dicitur viuum & intelligens*, ſcilicet per formam aſſiſtentem, non per informantem; quarum illam appellat quidem ſeparatum principium, hanc vero partem, ſed vtramque ponit eſſe formam in eo ſubiecto, in quo motum efficit. & addit. *Et, ſi eſſet intelligens per partem in eo, non eſſet intelligens per ſe: & eſſet ſimile homini in hoc, quod homo eſt intelligens per partem in ipſo, & ſimiliter homo eſt viuens, & appetens, & mouens in loco. Et vniuerſaliter* &c. Ex quibus apertiſſime conſtat, inclyte Flos, Auerroem in loco a te citato ponere motrices Intelligentias exiſtere in ſubiecto corpore cæleſti, non quidem tanquam formas informantes, diuiſibiles ad partitionem ſubiecti, mobilesve pariter ad eius motum, aut quæ conſtituantur per ſubiectum; ſed tamen veluti formas viuificantes, & mouentes ſubiectum, in quo inexiſtunt per aſſiſtentiam: vnde colligendum eſt eas eſſe proprie naturas, quia non ſolum Ariſtoteles r definiuit naturam eſſe principium motus in eo in

q de ſub. orb. cap. 1.

r 2. phy. t. 3.

in quo eſt primum per ſe ac non ſecundum accidens abſolute; non ſe coarctans ad in quo eſt mediantibus diſpoſitionibus, ac diuiſibiliter, & vt pars informans: verum etiam abſolute dicit ſ naturam eſſe ſemper ſubiectum, aut in ſubiecto: quum itaque nunc Auerroes apertiſſime ſtatuat repetatque Intelligentias motrices eſſe in corporibus cæleſtibus velut in ſubiectis; iam non tibi neganti, ſed mihi confirmanti eas eſſe proprie naturas adſtipulatur. L I L. Auer. 6. meta. com. 2. diſtinguit naturam a Deo ſic dicendo, *Intendebat, quod quemadmodum naturalia ſunt illa, in quorum definitione accipitur natura; ita diuina ſunt illa, in quorum definitione accipitur Deus.* Diſtinguit ergo Deum a natura. V L. Auerroes ibi conſiderat formalitates rerum; ſi enim prima Intelligentia ſumatur ſub ratione naturæ intellectualis, ac ſubſtantiæ independentis, & primi entis abſolute, non eſt natura, ſed Deus; & hac ratione ſumitur in definitione diuinorum; ſin autem ſumatur ſub ratione primi mouentis, eſt natura, & ſumitur in definitione rerum naturalium; cælum enim vt corpus naturale eſt per ſe atque a ſe mobile; atque ſub hac formalitate ſumptum in ſui definitione ſumit primum motorem, qui Deus eſt: animatum enim eſt, adeoque ſumit in ſui definitione animam, qua viuit; hæc autem eſt primus motor. L I L. Albertus, Zimara, Piccolomineus. V L. Obſecro ne tempus teramus in his autoritatibus iuniorum, qui ſi mihi refragentur, eos negatione ſimplici ſtatim eludam; profer ad tuæ ſententiæ confirmationem, ſi quam habes rationem. L I L. Dominicus Soto 2. phy. q. 1. in ſolut. primi negat Intelligentias eſſe naturalia entia, & habere in ſe naturam; ex quo fit vt Intelligentiæ non ſint naturæ: nam omnis natura eſt in aliquo naturali eſſentialiter illi vnita; vt colligitur ex 2. phy. t. 4. Intelligentiæ non ſunt vnitæ alicui naturali eſſentialiter: ergo non ſunt naturæ: probatur minor, quia ſuppoſitum intelligentiæ non eſt naturale ſecundum Peripateticos, quia non mouetur, neque eſt capax recipiendi motum: cælo autem, quod mouetur, Intelligentia non vnitur eſſentialiter; ideo Intelligentia nullo modo eſt natura. V L. Hic duas video rationes inter ſe complicatas, quæ tamen plane diuerſæ ſunt ab inuicem, ad primam concedens Intel-

ſ 2. phy. t. 4.

tel-

telligentias non eſſe naturalia entia, nec habere in ſe naturam; abſolute nego proinde fieri, vt non ſint naturæ: quia natura non habet in ſe naturam, nec eſt ens naturale, ſed ens naturale dicitur Ariſtoteli tum quod in ſe t habet naturam, quæ t 2. phy. eſt principium motus, vt corpus phyſicum; tum quod a natu-u t. 73 ra eſt, vt motus naturalis. ROSA. Non ne naturale dici- u 2. phy. tur etiam, cuius conſideratio pertinet ad Phyſiologum, ad t. 5. quem attinet ſpeculatio de natura? VL. Dicitur; ſed hac ratione falſum eſſet Intelligentias non eſſe naturales; quum earum conſideratio diligens habeatur in octauo phyſicorum ſub nomine primi motoris. Ad ſecundam rationem, quæ propoſita fuit ad probationem negatæ conſequentiæ, cum quia nullam prorſus habet cohærentiam, ſed eſt noua diuerſaque ratio probans eamdem concluſionem, concedens omnem naturam eſſe in aliquo naturali, illi eſſentialiter vnitam; nego Intelligentias non eſſe in cælo, quod eſt corpus per ſe mobile, propterea que naturale, illi eſſentialiter vnitas: & ratio negationis eſt, tum quia cælum Ariſtoteli eſt x animatum, & mobile a ſe x 2. cæl. t. ipſo; cuius anima in eo principium motus eſt Intelligentia; 13. co. 63. ſed animam vnitam eſſe illi eſſentialiter, quod ipſa viuificat, & y y 8. phy. cum quo facit vnum per ſe, notiſſimum eſt in Peripato ex Ariſtotele: z tum quia cælum vt corpus naturale viuens a ſeipſo z 2. de an. mobile, neceſſario ſumit in ſui definitione motricem intelli- t. 7. gentiam; ſiquidem Phyſicus a Ariſtoteli definit per formam a 2. phy. non ſine materia; quæ autem ſumuntur in definitione alicuius, t. 21. illi ſunt eſſentialiter vnita: nam definitio eſt oratio explicans eſſentiam rei. Ad primam negati dogmatis probationem concedens Intelligentiam non moueri, nec eſſe capacem recipiendi motum, nec eſſe ſuppoſitum naturale; nego proinde fieri vt ipſa non poſſit vniri eſſentialiter alicui naturali; tum quia materia prima ſecundum ſe non eſt ſuppoſitum naturale, nec mouetur, nec proprie motum recipit; quæ tamen eſſentialiter vnita eſt cuicumque corpori naturali ſubcæleſti: tum quia forma quælibet vniuſcuiuſque corporis naturalis infra cælum eſt illi ſuo corpori eſſentialiter vnita, quæ tamen per ſe non eſt mobilis, ſed tantum per accidens. Ad ſecundam probationem concedens cælum moueri; nego motricem Intelligentiam non vni-

ri

ri cælo eſſentialiter; & ratio negationis eſt, præter allatas, quia
quæ ſe ſe mutuo definiunt, ea eſſentialiter vniuntur ad inui-
cem: an poteris tu motricem Intelligentiam ſub ratione primi
mouentis definire ſine cælo mobili? vel cælum ſub ratione
mobilis, corporisve naturalis ſemetipſum mouentis definire
ſine Intelligentia motrice? Sic igitur, quæ profers in nono
capite, nil mihi obſunt. Sed quid vlterius affers in capite de-
b pag. 26. cimo? LIL. *b* Non eſſe dicendum Deum eſſe animam mun-
di, partem eſſentialem, & actum formalem, ſiue formam, ſed
tantum vniri per modum Agentis. VL. Quomodo tale quid
c 1. meta. in Peripato probas? Ariſtoteles euidenter oppoſitum profite-
ſu. 2. cap. 2. tur, tum aſſerens vt in animalibus rationalibus humanū, ita in
tota natura Vniuerſi Diuinum Intellectum eſſe cauſſam mundi,
d 12. meta. & ordinis totius; tum aſſerens mundum eſſe *d* vnum numero &
t. 49. ſpecie, quia primum quod quid eſt eſt vnum numero & ſpecie;
nil autem vnitatem ſpecificam ſentiri poteſt niſi a ſua forma
ſpecifica; primum vero quod quid eſt vnum numero & ſpecie,
a quo ſuam mundus habet vnitatem ſpecie, nil aliud eſſe poteſt
niſi Deus: igitur Ariſtoteli Deus eſt forma & anima Mundi.
LIL. Deum eſſe animam Mundi dixerunt quidam veteres,
verum nunc reputatur erroneum, vt S. Thom. obſeruat 1. p. q. 3.
ar. 8. VL. Iam extra Peripatum te nunc effers in campum
Theologorum, *e* promiſſi prorſus immemor: caue ne te de
e pag. 22. campo diſcedentem Agonothetæ iudicent in pugna Peripate-
tica victum. hac de re non ego, ſed tibi Sibylla reſpondeat.
SIB. Flos delibate, Veteres illi reprobantur a ſacris Theolo-
gis, quicumque putauere Deum eſſe formam informantem
Mundum: ſed Ariſtoteles, & Vlyſſes non ſubiacent huic cen-
ſuræ Sanctorum Patrum, quia cenſent Deum eſſe formam
mundo aſſiſtentem. Quod ſatis innuit D. Tho. in loco a te ci-
tato dicens, *Sed contra eſt, quod dicit Dio. 2. c. de diu. no. quod neque
tactus eſt eius, ſ. Dei neque alia quædam ad partes commiſcendas com-*
f Ariſ. *munio. Præterea dicitur in lib. de* *f* *cauſis, quod cauſſa prima regit*
prop. 6. *omnes res, præter quam commiſceatur eis*. hoc autem diſſidet aſſi-
ſtens ab informante forma; quod illa dicitur non miſceri mate-
riæ, hæc autem ſic. Deinde ſcribens D. Tho. *Diximus Deum
eſſe primam cauſſam efficientem: cauſſa autem efficiens cum forma*

rei

rei facta non coincidit in idem numero, ſed ſolum in idem ſpecie: homo enim generat hominem: negat Deum eſſe formam informantem, non autem aſſiſtentem, quæ nunquam coincidit in idem ſpecie cum eo cui aſſiſtit, vel cum illius forma. Deinceps *g* aſſerens Deum eſſe formam exemplarem, innuit eſſe formam aſſiſtentem, quæ ad exemplarem redigitur, ad quam redigi non poteſt forma informans. LIL. De qua re legi poteſt D. Auguſt. 7. de Ciu. Dei cap. 6. & Euſebius lib. 14. de Præparat. Euangelica cap. 6. SIB. Legi poteſt vterque, ſed apud neutrum videri poterit † improbata ſententia dicentium Deum eſſe formam, & animam aſſiſtentem Mundo; nam vterque ſolum recenſet opiniones antiquorum, neuter eas de propoſito confutat; Auguſtinus enim, *Dicit ergo idem Varro adhuc de naturali Theologia proloquens Deum ſe arbitrari eſſe animam Mundi*. Sed hoc dictum de anima aſſiſtente non refutat. Euſebius autem † inquit, *Democritus Mundi animam ait Deum eſſe*. & mox. *Ariſtoteles ſupremum Deum, ſeparabilem ſpeciem Vniuerſi ſphæra inſidentem; ſphæram autem corpus æthereum, quod ipſe quintum appellat: quod quum per multas ſphæras diuidatur natura coniunctas & ratione ſeparatas, vnamquamque ſphærarum compoſitam ex anima & corpore animal eſſe arbitratur: & corpus quidem, vt diximus, quum æthereum ſit, circulariter moueri: animam vero, quamuis per ſe ſit immobilis, ipſam tamen motus cauſſam eſſe*. Quam opinionem, de eo quod eſt Ariſtoteli ſupremum Deum eſſe ſpeciem ſeparabilem Vniuerſi ſphæræ inſidentem, quod eſt eſſe formam Mundo aſſiſtentem, non autem informantem corpus Vniuerſi, quum Euſebius non confutet, non erat vt pro tua ſententia confirmanda lectores ad Euſebij dicta videnda remitteres. VL. Immo vero nos, qui, te potiſſimum *h* ſuaſore, diſputationem hanc de primo motore tractamus phyſice, non Theologice, Peripatetice, non Academice, audientes ab Euſebio relatam Ariſtotelis opinionem, ſine controuerſia conſentire deberemus Deum eſſe formam aſſiſtentem Vniuerſo, & ſic Animam mundi; tuque proinde mihi de propoſito Peripateticus litem indicere non deberes. LIL. Etenim *i* vt ait S. Tho. in 1. p. q. 8. ar. 1. *Deus non eſt in rebus vt pars eſſentiæ, vel ſicut accidens, ſed ſicut agens adeſt ei, in quod agit*. SIB. D. Tho. ibi vult Deum

g ad prim. & ad 2.

† 33. fal. cit.

† 34. fal. cit.

h pag. 22.

i pag. 27.

non eſſe in rebus vt partem eſſentiæ informatricem; ſed non negat eſſe in rebus vt partem Mundi rebus omnibus aſſiſtentem; quum aſſiſtentis proprium maxime ſit coincidere cum agente cauſſa. V L. Præterea vero nos philoſophiam Peripateticam in hac diſputatione colentes, audire debemus tuo dicto contradicentem Ariſtotelem, qui ponit aperte Deum eſſe Mundi partem inquiens, k *Reſtat vt ſummatim de cauſſa diſſeramus, quæ cunctarum ipſa rerum vim habet tutricem & continentem, quemadmodum extera perſtrinximus: Flagitij enim inſtar eſſet, quum de mundo dicere inſtituerim, tractatu ſi minus exquiſito fortaſſe, at certe qui ſat eſſe poſſit ad formulam doctrinæ craſſiorem, intactam præcipuam mundi partem principemque præterire. Vetus igitur ſermo eſt, a maioribusque proditus inter omnes homines, vniuerſa tum ex Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe atque coagmentata; nullamque naturam ſatis inſtructam ad ſalutem eſſe poſſe, quæ citra Dei præſidium ſuæ ipſa demum tutelæ permiſſa ſit.* Quin & ipſe * D. Tho. infra dicit, *vnde Ariſt. lib. 8. phy. poſtquam oſtendit, quod primum mouens ſeipſum componitur ex duabus partibus, quarum vna eſt mouens, & alia mota, aſſignat quomodo hæ duæ partes* &c. Ex quibus apparet Deum Ariſtoteli eſſe partem mundi, & formam illi aſſiſtentem, non cauſſam effectricem ſolum, vti tu putas. L I L. Et ar. 2. eiuſdem q. 8. dicit Deum eſſe in omnibus rebus, quia eis dat eſſe, (intelligit effectiue, non formaliter) & operationem. V L. In primis etſi Deus non tribuat eſſe formaliter omnibus rebus vt forma ſpecifica rei cuiuſque, tribuit attamen omnibus rebus eſſe formaliter vt forma vniuerſalis omnium, ac vt forma cunctis aſſiſtens; quod non negat hic D. Thom. vniuerſaliter loquens; qui non erat coarctandus ad dare eſſe effectiue; nam Ariſtoteles agens de forma mundo aſſiſtente l ait eſſe Diuinum, vnde rebus alijs omnibus pendet eſſe, & viuere. Deinde vero cauſſam effectiue tribuentem eſſe rebus omnibus naturalibus eſſe proprie naturam, dudum oſtendi ex Ariſt. qui m probat formam eſſe naturam, quia generat; generans autem tribuit eſſe effectiue, nō formaliter. Deinceps autem n Ariſt. vult Deum mundo tribuere eſſe non tantum effectiue gubernando, ſed etiam formaliter, quia tribuit mundo vnitatem numeri & ſpeciei vt primū quod

k de mũd. cap. 7.

* 1. p. q. 7. ar. 3.

l 1. cæl. t. 100.

m 2. phy. 13.

n 12. meta. 13.

r 12. meta t. 47.

quid

quid erat eſſe; adeoque ſub ratione formæ: vnum autem & ens conuertuntur: quare Deus Ariſtotele doctore mundo eſſe tribuit formaliter. LIL. Eadem q. ar. 3. ad primum *dicendum*, inquit, *quod Deus dicitur eſſe in omnibus per eſſentiam, non quidem rerum, quaſi ſit de eſſentia earum, ſed per eſſentiam ſuam, quia ſubſtantia ſua adeſt omnibus vt cauſſa eſſendi.* VL. Addere poteras, quæ immediate ſubdit autor ille dicens, *ſicut dictum eſt art. 1. huius quæſt.* & lector videret huic iam reſponſum a Sibylla fuiſſe, & a me. Verum ex hoc tu colligis Deum non eſſe naturam? ego quidem oppoſitum colligo; nam ſubſtantia, quæ cauſſa eſt eſſendi rebus naturalibus, formaliter eſt natura; quum naturalia, qua naturalia ſunt, non habeant eſſe, niſi a natura. Præterea vero non ne vides, inclyte Flos, tunc virum Theologum loqui de Deo ſub ratione Deitatis, ac primi ſimpliciter entis, adeoque Theologice, non phyſice, ac ſub ratione primi motoris determinate, ſub qua formalitate diſputatio præſens habetur? Deus vt primus motor, cuius participatione mundus Ariſtoteli longe ſupra conditionem humanam attollitur; ait enim, o *Quod ſi hominem ceterorum animalium optimum eſſe dixerint, id nihil refert; quandoquidem homine alia natura ſunt longe diuiniora, vt quæ ſunt manifeſtiſſima, ex quibus mundus conſtitutus eſt.* Sane quæ ſunt manifeſtiſſima, & longe diuiniora homine ſunt cæleſtes orbitæ relatæ ad corpus humanum, & Deus comparatus ad animam rationalem; nam ſecundæ Intelligentiæ non longe diuiniores ſunt animæ humanæ; ſed parum eam excedunt nobilitate; quod & Ariſtoteles ipſe poſtea notabit p aſſerens humanum intellectum eſſe Dijs, hoc eſt Angelis maxime cognatum: iam Ariſtoteli Mundus conſtitutus eſt ex corporibus cæleſtibus maxime, & ſummo Deo illis in formam, & animam aſſiſtente. Deus (inquam) vt primus motor, cuius participatione mundus totus habet actiones non externas, eſt proprie Ariſtoteli anima mundi, licet aſſiſtens; & eſt in omnibus mundi partibus, tanquam principium quo primo mundus habet actiones proprias, actiones inquam intellectuales, ac ſi placet etiam politicas, de quibus agit Ariſtoteles inquiens, q *Quod ſi hæc vera ſunt, & fælicitas in bene agendo eſt reponenda, & publica totius ciuitatis, & priuatim ſin-*

o 6. ethic. cap. 7.

p 10. eth. c. 8.

q 7. politi cap. 3.

Digitized by Google

gulorum vita illa erit optima, quæ ſit actiua. Verumtamen actiuam non eſt neceſſarium eſſe ad alios, quemadmodum quidam putant, neque eas meditationes ſolum eſſe actiuas, quæ gratia eorum fiunt, quæ ex agendo proueniunt, ſed multo magis quæ in ſeipſis perfectæ ſunt ac ſui ipſorum gratia fiunt contemplationes & meditationes: bene agere enim finis eſt; quare & actio quædam: maxime autem proprie dicimus agere etiam externis actionibus eos, qui intelligentia & cogitatione operibus præſunt, vt architecti. Quinimmo neque ſine actione eſſe neceſſarium eſt eas ciuitates quæ poſitæ ſint in ſolitudine, & ita viuere eligentes: fieri enim poteſt vt partibus inter ſe agere contingat: multæ enim communicationes ad inuicem ſunt partibus ciuitatis. Similiter autem hoc exiſtit vnicuique homini: vix enim Deus bene ſe haberet, & mundus totus, quibus non ſunt actiones externæ præter proprias ipſorum. Quod igitur neceſſarium ſit eamdem eſſe vitam optimam priuatim vnicuique hominum, & publicæ ciuitatibus, & hominibus, manifeſtum eſt. Si ergo quod habet actiones proprias & non externas cõparatiue ad Deum, id neceſſario animatum eſt, habetque Deum pro anima; nam actiones ſunt ſolum naturæ intelligentis, & voluntatis operationes r Ariſtoteli: ſed eodem Doctore Mundus habet actiones proprias, & non externas, ſicut Deus, ac velut ipſe bene ſe habet: igitur Ariſtoteli Mundus eſt animatus, & habet Deum pro anima ſua. Deus, inquam tertio, vt primus motor eſt in omnibus Mundi partibus, quia eſt de eſſentia Mundi vitam optimam agentis, & actiones non externas, ſed proprias, vt Deus obtinentis. Quare tibi non erat permiſcenda, ne dicam confundenda formalitas Dei Theologica, cum formalitate primi mouentis phyſiologica. LIL. Idem S. Tho. in 1. ſen. di. 37. q. 1. ar. 1. ad primum *dicendum*, inquit, *quod quamuis eſſentia diuina non ſit intrinſeca rei quaſi pars veniens in conſtitutionem eius, tamen eſt intra rem quaſi operans & agens eſſe vniuſcuiuſque rei*. VL. In primis hic quidem ſermo eſt apud Theologum de Deo ſub ratione Deitatis, ac agentis incorporei ſimpliciter: non autem ſpecialiter ſub ratione primi motoris qui ex Ariſtotele iunctus cum mobili conſtituit vnum viuens a ſeipſo mobile, ſub qua formalitate de Deo nunc diſputamus. Deinde nunc D. Thomas negat Deum, ſiue Diuinam eſſentiam

r 1. phy. t. 17. & ſeqq.

eſſe partem informantem; non negat eſſe animam aſſiſtentem; immo quum mouens formaliter ſit agens & operans; dum concedit Deum eſſe intra rem quamuis quaſi operans & agens eſſe vniuſcuiuſque rei; aperte concedit Deum ſub ratione primi motoris eſſe naturam; quæ definitur principium motus in eo in quo eſt. & paullo ſupra vidimus eum ad mentem Ariſtotelis, ad cuius nutum nos philoſophamur, conſtituiſſe Deum, ac omnino formam aſſiſtentem, eſſe partem primi mobilis a ſeipſo. L I L. Hæc teſtimonia aperte negant Deum eſſe naturam rerum, quia ex antedictis natura eſt eſſentia eius, cuius eſt natura. V L. Immo ex allatis a te teſtimonijs collegi Deum eſſe naturam. Quod autem ais naturam eſſe eſſentiam eius, cuius eſt natura, id in primis negari poteſt, quia dudum oſtendimus cauſſam effectricem ſubſtantiarum naturalium eſſe proprie naturam; quum autem primus motor, ſiue Deus ſub ratione primi motoris ſit cauſſa efficiens rerum naturalium; iam Deus vt primus motor eſt natura. Deinde concedens diſputationi naturam eſſe, non quidem eſſentiam ſolam, vt ais, ſed vel eſſentiam, vel eſſentiæ partem, compartemve eius, cuius eſt natura; nego cum *ſ* Ariſtotele Deum ſub ratione primi mouentis non eſſe partem mundi. L I L. Notandus eſt in hoc propoſito modus loquendi D. Tho. & eiuſdem argumentum in 1. con. gen. cap. 26. vbi ait Deum non poſſe dici eſſe omnium rerum ſicut aliqui falſo opinati ſunt: argumentum valde ingenioſum eſt hoc, Si Deus eſſet eſſe omnium, iſta propoſitio eſſet vera, lapis eſt Deus, non minus quam iſta, lapis eſt ens; & ratio eſt, quia ens prædicatur de lapide eſſentialiter: itaque conceſſo quod Deus ſit eſſe lapidis, prædicaretur Deus de lapide: ſed hæc ſunt falſiſſima; ideo Deus non ita eſt in rebus, vt eſſe Dei ſit eſſe rerum. V L. Inclyte Flos, non in 26. ſed in 27. habentur hæc ſola verba de propoſito. *Si enim Deus eſſet eſſe omnium, non magis dicetur vere lapis eſt ens, quam lapis eſt Deus*. Quæ nihil propoſitum noſtrum tangunt; nam quærimus vtrum Deus ſit anima Mundi; non vtrum Deus ſit eſſe cuiuſque rei: carpit D. Tho. eos antiquos, qui dicebant Deum nihil eſſe aliud quam eſſentiam corporalem cuiuſque rei. Deinde vero longe aliud eſt Deum ſub ratione primi mo-

ſ de mund. c. 7. 8. phy. t. 4 & ſeqq.

uentis

uentis eſſe formam & animam tribuentem eſſe mundo toti vt eſt corpus naturale, quod nos cum Ariſtotele dicimus; & aliud eſt Deum abſolute eſſe ipſum eſſe cuiuſque rei ſigillatim, quod D. Th. confutat; noſtrum vero dogma non tangit; nec ratio a te prolata; nam in primis vt ponenti rationalem animam eſſe formam eſſentialem hominis, non ideo neceſſarium eſt fateri digitum aut dentem eſſe animam rationalem; ponentique ſenſitiuam animam eſſe formam eſſentialem animalis, non ideo neceſſarium eſt confiteri oſſa, & vnguicularum corpora eſſe ſenſitiua; ſic aſſerenti Deum eſſe animam mundi, non eſt neceſſe fateri lapidem eſſe Deum, non minus quam ens: & ratio eſt, quia ens tranſcendens quum ſit, indifferenter de omnibus & ſingulis prædicatur: forma vero quum ſit pars quomodocumque eſſentialis eius, cuius eſt forma; neque de toto, neque de alijs eiuſdem totius partibus vllis prædicatur; non enim homo, nec pes, nec alia pars hominis vlla eſt anima rationalis, quæ proprie forma eſt hominis. Nec cælum, nec aſtrum, nec polus, aut vlla pars alia cæli eſt intelligentia, quæ eſt forma, & anima cæli. Nec ens prædicatur de lapide eſſentialiter, quia non aſſumitur in eſſentia lapidis; ſed entitatiue, vt ſcholaſticis vtar terminis. Nec, conceſſo quod Deus ſit eſſe lapidis, prædicaretur Deus de lapide; nam apud *t* Ariſtotelem viuere viuentibus eſſe eſt, quum tamen viuere de viuentibus non prædicetur; quis enim dicat, viuentia ſunt viuere? Sed quid hæc ad noſtrum propoſitum? LII. Hoc totum argumentum a lapide ad mundum tranſmitti poteſt, nam ſi Deus veluti anima mundi daret eſſe formaliter mundo, diceretur mundus formaliter aliquid diuinum, ſicut homo formaliter intellectiuus. VL. Hoc non eſt argumentum illud ipſum totum a lapide ad mundum tranſmittere, ſed longe diuerſum argumentum mundo applicare; tum quia non colligebatur lapis eſſe diuinum quid, ſed Deus, ſi Deus eſſet formaliter eſſe rei cuiuſlibet, ac lapidis: quare dicere oportuiſſet, mundus diceretur formaliter eſſe Deus: aſt ita nulla foret conſequentia; vt nuper vidimus; quia anima non prædicatur de ſuo compoſito, cuius eſt forma, cuique tribuit eſſe; non enim animal eſt anima: tum quia cælum paſſim, adeoque mundus *u* Ariſtoteli dicitur corpus

t 2. de an. t. 37.

u 1. cæl. t. 96.

pus diuinum, & aliquando Deus; nam alicubi ſcribit, x *Eorum vnumquodque quorum eſt opus, eſt gratia operis: Dei autem operatio immortalitas eſt: hoc autem eſt vita ſempiterna: itaque neceſſe eſt motum ſempiternum Deo ineſſe. Quoniam autem cælum tale eſt (corpus enim quoddam diuinum eſt) ob hoc* &c. L I L. Vlt. circa hoc aduertendum credo doctrinam D.Tho. 1.p.q.6.ar.4. Dicit vnumquodque eſſe bonum bonitate diuina tanquam primo principio exemplari effectiuo & finali, ſed formaliter vnumquodque creatum eſſe bonum ſua bonitate ſibi inhærente; quod etiam dici poteſt de eſſe vniuſcuiuſque rei. Et idem S.Th. in 21. de Verit. ar.4. in fine corporis hoc dicit de bonitate, quod dicit deinde de eſſe rerum in 1.p.q.3.a1.8. S I B. Hęc Theologica tibi non erant afferenda in diſputatione, quam phyſicam, & non Theologicam y promiſiſti: Sed nec Vlyſſi videntur aduerſari. V L. Recte dicis, o Sibylla; quia D.Tho. vult ſingula eſſe bona bonitate propria, & entia entitate propria formaliter; at ideo non negat Vniuerſum eſſe bonum bonitate Diuina; ſiquidem vt in humano corpore aliud eſt temperamentum carnis, aliud oſſis, aliud nerui, aliud cerebri, aliud cordis, & aliud vniuſcuiuſque membri particularis; at vnum eſt totius temperamentum: ſic in mundo (cuius analogiam cum homine peculiari tractatione ſatis olim explicaui) corpus vnumquodque propriam habet bonitatem, & proprium eſſe a propria cuiuſque forma, quæ infra Deum eſt; Mundus autem totus habet ſui bonitatem, & vnitatem ſpecificam, adeoque ſuum eſſe formaliter a Deo; quod clare nos docuit Ariſtoteles, z primo de vnitate dicens, *Quod autem cælum ſit vnum, manifeſtum eſt: ſi enim plures ſint cæli, vt homines, principium vniuſcuiuſque erit ſpecie vnum, numero multa: at quæcumque multa numero, materiam habent. Vna etenim multorum & eadem ratio eſt, velut hominis, Socrates vero vnus: ipſum vero quid erat eſſe primum non habet materiam, quum actus ſit; vnum ergo tum ratione, tum numero primum mouens immobile ens eſt: & id igitur, quod ſemper continuoque mouetur: vnum ergo tantum cælum eſt.* Dum ergo probat Ariſtoteles mundum eſſe vnum tum numero, tum ſpecie, quia primum quid eſt, ſeu prima forma, quæ eſt primum mouens immobile, & ens ſine materia, eſt vnum tum numero, tum

x 2. cæl. t.17.

y pag. 22.

z 12. meta. t.49.

Digitized by Google

tum ſpecie; apertè ſtatuit vnitatem mundi eſſe vnitatem primi mouentis Dei. [a] 12.meta. t.52. Deinde de bonitate dicens, *Perſcrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura Vniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum optimum: Vtrum ſeparatum quiddam, & ipſum, an per ſe, an in ipſo ordine. An vtroque modo, quemadmodum exercitus; etenim bene eſſe eius, in ordine, & dux ipſe, eſt, ac magis ipſe; non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt. Cuncta autem coordinata quodammodo ſunt; verum non ſimiliter & natantia, & volatilia, & plantæ: nec ita ſe habent, vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quippiam: ad vnum namque coordinata ſunt omnia.* Quibus apparet Ariſtotelem velle mundi totius bonitatem conſiſtere tum in ipſo Deo, qui eſt forma Vniuerſi; tum in ordine, hoc eſt in formis ſingularum mundi partium, quæ ſunt vt [b] numeri eſſentialiter coordinati; ſed magis in ipſo Deo: quem locum fuſius infra tractabimus opportunius. [b] 8.meta. t.10. LIL. Et vt videamus Deum non eſſe animam mundi, obſeruemus doctrinam S. Tho. 1.p.q.51.ar.1.ad 3. Viuificare, inquit S. Doc. duobus modis accipi poteſt, primo effectiue, ſecundo formaliter; non repugnat Deo viuificare effectiue, ſed repugnat viuificare formaliter: at ſi eſſet anima, deberet dare vitam formaliter. VL. Etſi ſatis ad hoc reſponſio pateat ex ſuperioribus; tamen ex ipſo D.Tho. recipienda eſt hoc loco: quum enim forma dupliciter vniatur materiæ, vel per aſſiſtentiam, vel per informationem; vult S. Doc. vt ex eius verbis clare colligitur, formam & animam aſſiſtentem viuificare non formaliter, ſed effectiue tantum; at informantem ſolum viuificare formaliter; id tamen non tollit quominus Deus Ariſtotele doctore ſit forma & Anima Mundi, ſi non informans, ſaltem aſſiſtens. Nos autem, te præſcribente, non Theologice, nec vt alumni D. Thomæ diſputamus de primo Motore Deo, ſed vt Philoſophi Peripatetici ſub Ariſtotelis vexillo militantes; ſed quod tribuit eſſe efficienter rebus naturalibus, eſſe naturam ſatis antea probaui ex Ariſtotele. Iam ergo decimo tui libelli capite perpenſo, nunc adeamus vndecimum: in eo quid oſtendere ſatagis? [c] pag.28. LIL. [c] Quomodo ſint explicandi graues Auctores, qui dixerunt Deum eſſe naturam naturantem, res creatas eſſe naturas naturatas. Iſta diſtinctio inſinuata

fuit

fuit ab Auerroe 1. de cæl. com. 2. vbi meminit naturæ naturatæ. V L. Sumere poteras hanc diſtinctionem ex natura rei apud Ariſtotelem; cui natura generatim eſt principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens; at naturantem eſſe, quę in eo motu edendo non dependet ab alia natura; naturatam vero eſſe, quæ in eo motu edendo dependet, atque gubernatur ab altiori natura. L I L. Idem in 1. de par. an. cap. 5. vocat naturam Diuinam, id eſt eſſentiam. V L. In eo loco nil aliud Auer. habet, niſi, *Nos itaque non decet negligere contemplationem de natura animalium imperfectorum perfectorumque, quum in eis diuina eluceſcat natura, non in quantum eſt animal nobile, ſeu ignobile.* Quæ certe nihil ad propoſitum oſtendendi quomodo graues autores explicandi ſint, qui dixerunt Deum eſſe naturam naturantem, res creatas eſſe naturas naturatas; quum in his, nec in toto eo com. Auer. quidquam dicat de natura naturante, nec de naturata, nec de rebus creatis. L I L. Colligitur eadem diſtinctio ex Boetio in op. de conſ. phil. lib. 3. metr. 2. V L. Nec ibi Boethius † hilum de Naturata, vel Naturante natura, ſed ſolum de natura potente mundum prouide gubernante: ſunt enim hi verſus more Pindarico a Boethio conſtructi, † 35. Fallcit.

Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus immenſum
Legibus orbem prouida ſeruet,
Stringatque rigans irreſoluto
Singula nexu, placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.

Nec his vlla naturæ diſtinctio habetur naturantis, & naturatæ, ſed vnius tantummodo naturæ potentis mentio fit: &, ſi a D. Thomæ tuo Magiſtro credis, ea non eſt natura naturans, a in com. de qua tibi loquentes graues autores ſuſcepiſti nunc explicandos. L I L. Vſurpauit etiam Gloſ. in l. recipiendum, ff. ſi certum petatur. V L. Et in quæſtione phyſiologica, & in diſputatione Peripatetica tibi grauis autor eſt Accurſius Iureconſultus, qui Gloſſæ nomine nuncupatur? mihi leuis eſt adeo, vt nullus omnino ſit in Peripato. L I L. Et inter Medicos Nicol. ſerm. 1. in principio. V L. Si grauiores autores non habes

natabis in Peripato, nec in profundo latentem veritatem philoſophicam attinges. LII. Explicatio vero huius termini, & eius acceptionis proponitur a D. Tho. exponente illum locum Boetij, *Natura, inquit, naturans eſt Deus, a quo dependet cælum & tota natura, & dicitur natura naturans inquantum influit naturis iſtorum inferiorum.* Ex quo locó habemus idem eſſe dicere naturam naturantem, & cauſſam ſiue Auctorem naturæ.

† 36. fal. cit. VI. Pleſſiaco more nunc etiam † obtruncas D. Tho. ſententiam ea parte, qua naturam naturantem ponit infra Deum in cæleſti corpore; ſtatuitque naturantis nomen ſignificare ſolam independentiam, non autem cauſſam & auctorem omnis naturæ; iam ſæpe te rogaui, Flos inclyte, vt abſtineres a falſis, & mutilatis citationibus: en verba D. Tho. ſunt ipſiſſima, *e Nota, triplex eſt natura: natura naturans: naturans, ſicut eſt Deus, a quo dependet cælum & tota natura. Alia eſt naturans & naturata ſimul: ſicut cælum, quod dicitur natura naturata in quantum dependet a Deo; & dicitur natura naturans in quantum influit naturis iſtorum inferiorum. Alia eſt natura naturata tantum; quam beat. Auguſt. ſic diffinit, Natura eſt quædam vis & potentia diuinitus inſita rebus creatis, quæ vnicuique rei ſuum eſſe tribuit; qua quum quiſquam male vtitur, malus eſſe iudicatur. In propoſito dictum Philoſophiæ poteſt intelligi de natura tertio modo dicta; licet quidam exponant pro natura primo modo ſumpta. Item leges naturæ hic vocat determinationes & proprietates naturales cuiuſlibet rei a Deo ſibi conſtitutas.* In quo loco primum D. Thom. cenſet hic Boethium agere non de natura naturante, ſed de naturata ſolum, quum tu videaris illi imponere quod explicet Boethium quaſi neceſſario agat de natura naturante; quum hanc expoſitionem in alios quoſdam referat; ipſe vero † propriam afferat, de natura naturata tantum. Deinde falſo dicis D. Tho. aſſerere Deum eſſe naturam naturantem in quantum influit naturis iſtorum inferiorum; quum aperte D. Tho. naturam naturantem, quæ influit naturis iſtorum inferiorum, dicat eſſe † cælum; Deus enim influit omnibus naturis infra ſe poſitis, etiam cæleſtibus, non ſolis naturis iſtorum inferiorum. Deinceps D. Tho. cælum in relatione ad Deum, a quo dependet, ait eſſe naturam naturatam; in relatione ad naturas inferiores, quibus influit,

e com. in Bohet. l. 3. metr. 2.

† 37. fal. cit.

† 38. falſ. cit.

di-

dicit eſſe naturam naturantem; adeoque naturantis differentiam eſſentialiter nihil aliud ſignificare, quam ſuperioritatem cauſſæ influentis inferioribus: naturatæ vero differentiam nihil aliud, quam dependentiam a ſuperiori natura. Quum autem cælum in relatione ad iſtas inferiores naturas, quibus influit, ſit natura comprehenſa in definitione phyſica *f* Magiſtri; nam influit per motum circularem, ac vt mobile circulo, vt ait *g* Ariſtoteles; cui cælum vt mobile eſt corpus proprie naturale; motusque cæleſtis noſtratia gubernantis eſt *h* natura definita principium motus in quo eſt: iam natura naturans, vt cælo competit, eſt proprie dicta natura, quæ definitur in Phyſicis: Quum autem D. Tho. ratio naturæ naturantis Deo, & cælo communis ſit vnius & eiuſdem conditionis; ſolumque differat, quod Deus eſt ſolum natura naturans, quia ſemper influit alijs naturis; & nunquam eſt natura naturata, quia nunquam ab vlla ſuperiori natura dependet: cælum vero ſimul eſt natura naturans, & naturata; naturans, quatenus influit naturis inferioribus; naturata, quatenus a Deo pendet. Vnde conſtat naturam naturantem eſſe proprie naturam, & comprehendi in definitione naturæ ab *i* Ariſtotele propoſita. Conſtat etiam te textum D. Tho. mutilaſſe non ſolum, ſed etiam † corrupiſſe; quum enim ille ſcribat; *Nota Triplex eſt natura: natura naturans; naturans, ſicut eſt Deus, a quo dependet cælum, & tota natura. Alia eſt natura naturans & naturata ſimul; ſicut cælum; quod dicitur natura naturata in quantum dependet a Deo; & dicitur natura naturans in quantum influit naturis iſtorum inferiorum:* tu quæ D. Tho. cælo tribuit, eum Deo tribuere ſcribis, aſſerens Diui Tho. verba hæc eſſe, *Natura naturans eſt Deus, a quo dependet cælum & tota natura, & dicitur natura naturans inquantum influit naturis iſtorum inferiorum.* Ex quo loco ſcribis haberi idem eſſe dicere naturam naturantem, & cauſſam ſiue Auctorem naturæ. Quod ſi non eſt corrumpere textus, quid erit corrumpere textus? Tandem tibi cælum fuerit cauſſa & auctor naturæ; quum cælum D. Thomæ nunc dicatur eſſe natura naturans influens naturis iſtorum inferiorum. Sed perge vlterius. LIL. Quod S. Auguſt. in 15. de Trin. cap. 1. expreſſe dicens *Deum eſſe naturam, ſed creatricem.* itaque reſoluitur in idem ac ſi

f 2. phy. t. 3
g 1. meteo. c. 2.
h 1. cæl. t. 5. & ſeqq.
i 2. phy. t. 2
† 39. falſ. cit.

Digitized by Google

ſi diceremus eſt ſubſtantia, cauſſa omnis naturæ. VL. Mirabilis conſequentia! Deus eſt natura, ſed creatrix; ergo eſt ſubſtantia, cauſſa omnis naturæ? nihil minus: ſic enim Deus eſſet cauſſa ſui ipſius, qui natura dicitur. LIL. Deus enim quum ſit prima cauſſa rerum omnium, operatur in omnibus operibus naturæ; vt optime obſeruat D. Tho. 1. p. q. 105. art. 5. in f. corporis. & 3. con. gen. cap. 61. in f; ſed propterea non fit vt Deus proprie dicatur natura, quia vt ſic conſideratur veluti agens ad extra, & veluti producens, & conſeruans totam naturam: ex dictis vero in ſuperioribus conſtat ſic appellari debere cauſſam naturalem, non naturam. VL. In primis oſtendi Deum non poſſe dici cauſſam naturalem in Peripato, tum quod primum mouens, etſi phyſice moueat, k Ariſtoteli tamen dicatur eſſe mouens non phyſicum, adeoque agens non naturale: tum quod cauſſa naturalis eſt infra naturam, infra quam non eſt Deus. SIB. Deinde notamus primam cauſſam rerum omnium conſiderari tum a Phyſico, tum etiam a Metaphyſico; & ab vtroque poni talem eſſe Deum, ſed cum hac differentia, quod Metaphyſicus, ac ſi placet etiam Theologus conſiderat Deum eſſe primam cauſſam omnium rerum abſolute, tam corporearum, quam incorporearum; tam naturalium, quam non naturalium; adeoque rerum, in quibus cauſſandis non vtitur ex neceſſitate motu; quare ſub hac formalitate Deus conſideratus a D. Tho. locis allatis non habet rationem naturæ. Ceterum Deus a naturali Philoſopho ſpectatus vt cauſſa rerum omnium naturalium, quas cauſſat, vt ita dicam, per motum phyſicum, ac ſub ratione primi mouentis, ſub hac formalitate ab Ariſtotele ſpectatus in octauo Phyſicorum; & a nobis in hac diſputatione, dici debet proprie natura; nec obeſt, quod ſit agens ad extra, & producat totam naturam; tum quia vt primus motor eſt forma mundi, & anima Vniuerſo ſingulisque partibus eius aſſiſtens; nec res naturales agit extra mundum, ſed in mundo, cui eſt l intimus, etiam D. Thoma conteſtatu: tum quia producit ſolum naturam ſubcæleſtem Ariſtoteli, cui cælum, & vniuerſum, eſt ingenitum ab æterno; nos autem hic ex Ariſtotele philoſophamur: tum demum quia Deus non totam abſolute naturam producit, ſed totam a ſe diſtinctam, ſiue

k 8. phyſ. t. 73.

l 1. p. q. 8. ar. 1.

tiè infra ſe poſitam. L I L. Hoc obſeruauit Picolomineus lib. de cæl. cap. 34. vbi propterea vocat Deum modo quodam naturam, hoc eſt naturam eminentem, naturam naturantem, & naturam meliorem, quaſi dicat in gradu ſuperiore, quam ſit natura proprie dicta. V L. In primis non de Deo † protulit hęc ille, prout ab Intelligentia qualibet cælum ſingulare mouente contradiſtinguitur, de quo nunc agimus, verum de ſingula Intelligentia infra Deum cuilibet ſphæræ cæleſti appropriata; dicit enim, *Dico in cælo ſolum inueniri Intelligentiam, & orbem, qui corpus ſimplex eſt: Natura cæli magis proprie ſumpta ad orbem pertinet; & eſt ipſamet ſubſtantia orbis, vt facilis ad illum motum: Intelligentia vt intelligens, dicitur mens; vt dat vitam cælo, dicitur anima; vt dat motum, dicitur motor; vt conſtituit motum ſecundum propenſionem mobilis, idque efficit cum conditionibus agentis per naturam, dicitur modo quodam natura, hoc eſt natura eminens, natura naturans, & natura melior.* At hæc non conuincant, quicquid ſentiat Picolomineus, Intelligentiam, ac Deum eſſe minus proprie naturam; quia rationalis anima homini iuncta vt intelligens, dicitur *m* mens; vt dat vitam humano corpori, dicitur *n* anima; vt dat motum, dicitur *o* motor; vt conſtituit motum ſecundum *p* propenſionem mobilis, idque efficit cum conditionibus agentis per naturam; quinimmo vt *q* producit compoſitum naturale, vtque *r* conſtituit hominem, qui eſt naturalis ſubſtantia, dicitur *ſ* modo quodam natura, hoc eſt modo diſtincto a materia, quæ eſt magis natura, proindeque natura melior, natura eminens; licet non naturans: quam tamen eſſe naturam proprie nuper oſtendi. L I L. Concludamus hoc caput cum obſeruatione Nicoli, quamuis nomine naturæ naturantis intelligatur Deus, tamen in 2. phyſ. definitam naturam eſſe tantum naturam naturatam: ex quo ſic arguo. Definitio naturæ habita in 2. phy. non eſt de natura naturante, ſed tantum de naturata: noſtra diſputatio eſt de natura iuxta definitionem traditam in 2. phy. 3. ergo noſtra diſputatio non erit de natura naturante, ſed de naturata, atque adeo excludendus ab hac diſputatione Deus. V L. Minime vero, ſed maxime includendus; nam vt concedo noſtram diſputationem eſſe de natura iuxta definitionem traditam in 2.

phy.

† 40. fal ſ. cit.

m 4 de par. cap. 10.
n 2. de an. t. 37.
o 3. de an. t. 48. & ſeqq.
p 8. phy. t. 27.
q 12. meta. 13.
r 2. phy. 12. 13.
ſ 2. phyſ. t. 10.

phy.t.3. ita poſtulo probari naturam naturantem ab ea defini-
tione prorſus exulare; ſi nullam probationem habes, quam Ni-
coli Medici aſſertionem, ea tanti non eſt apud me, vt illi ma-
t in Bohet. l.3.me.2. nus dedam; quum potiſſimum habeam ex t D. Thom. natu-
ram naturantem pariter conuenire cælo prout influit iſtis
inferioribus, ac Deo prout influit omnibus infra ſe poſitis;
u 1.cæl.t.5. & ſeqq. & ex u Ariſtotele didicerim cælum, vt mobile circulo, mo-
tuque ſuo influit iſtis inferioribus, comprehendi ſub defi-
nitione naturæ lata 2.phyſ. t.3. ac vt credo D. Thom. au-
toritatem a te maioris fieri quam Nicoli; ſic ego ſemper dictis
illius Medici decreta Ariſtotelis antepoſuero. Quin & illius
placito nulla ratione vallato nullam fidem adhibere poſſum.
Nil ergo probas, nil ve proprie in vndecimo capite, Flos incly-
x pag.30. te, ſed quid in duodecimo probare contendis? L I L. x For-
mas aſſiſtentes non poſſe appellari naturas eorum, quibus aſſi-
ſtunt, neque conſtituere, ſed ad hoc requiri veram, & proprie
ſumptam informationem. V L. Expecto probationem huius
tui placiti. L I L. Credo non poſſe hoc melius explicari, &
oſtendi, quam obſeruando quid dicant de formis aſſiſtentibus
philoſophi grauiores, & quæ attributa illis aſſignent; ex his vi-
debitur non bene cohærere aſſiſtere, & eſſe naturam. V L. Me-
lius ratione ducta ex natura rei poſſet id oſtendi, quam autori-
tatibus: Si tamen autoritatibus vti vis, apud me non habent
vim probationis niſi autoritates Ariſtotelis; ex quo facile mihi
fuerit oſtendere bene cohærere aſſiſtere, & eſſe naturam, vt pa-
tebit. Sed iam prome tui dicti comprobatrices autoritates.
L I L. Primo accipio doctrinam Alb.8.meta.tr.1.ca.3. vbi ait
formam accipi duobus modis, primo *prout eſt natura & actus
dans eſſe, & ſubſtantia eius cuius natura: alio modo vt eſt eſſentia
quædam ſeparata*. Hic obſeruo a natura contradiſtingui eſſen-
tiam ſeparatam; ſed actus aſſiſtentes a philoſophis dicuntur
ſeparati: ergo actus aſſiſtentes contradiſtingui debent a natu-
ra. V L. Huic rationi, quam ex Alberto deducis, primo con-
y 2.de na. pr.mo.c.2. cedens naturam diſtingui formaliter a forma ſeparata; nego
formam aſſiſtentem formaliter eſſe ſeparatam ab eo cui aſſiſtit;
z 8. phyſ. t. 40. & ſeqq. & rationem negationis y olim attulimus ex z Ariſtotele decer-
nente cælum eſſe mobile a ſeipſo, ſiue a ſua forma, quæ eſt aſſi-
ſtens

ſtens Intelligentia, Primi-Mouentis nomine donata; & mo-
uens omne *a* ſimul eſſe cum moto, non ab eo ſeparatum, ac ſpe- *a* 7. phy.
ciatim in ijs, quæ mouentur a ſeipſis, vti cælum eſt Ariſtoteli. t.10.
Quod ſi Philoſophi dicentes formam aſſiſtentem eſſe ſepara-
tam, intelligant eam a ſubiecto, cui iuncta eſt, non dependere;
iam hoc ſenſu non erat contradiſtinguenda natura ab eſſentia
ſeparata; quia rationalis anima corpori iuncta eſt vere natura
hominis; quum tamen Ariſtoteli rationalis anima dicatur ad
ſenſitricis differentiam, *b* immiſta, non *c* miſta, cum corpore, *b* 3. de an.
d ſeparabilis, *e* ſine materia, adeoque *f* ſeparata quoquopa- t.4.
cto. Ceterum de more ſententiam Alberti mutilas, atque cor- *c* tex.6.
rumpis, Flos inclyte, neque enim ibi de natura, quæ principium *d* tex.7.
motus eſt, neque de forma aſſiſtente loquitur, ſed de forma to- *e* tex.15.
tius appellata, & de forma partis, in relatione ad materiam per *f* tex.20.
comparationem ad ſubſtantiam ſenſibilem metaphyſice conſi-
deratam in genere entis. ait enim paullo ante verba a te relata,
g Sed ſenſibiles ſubſtantiæ materiam quidem habent ſicut quandam *g* 8. meta.
naturam ſui. & mox. *& hæc eſt cauſſa eius, quod eſt ſenſibile; & ſic* tr.1.c.3.
per ſe ita ſenſibilis ſubſtantia habet materiam & prædicatum eius
in ratione ſubiecti. Subſtantia tamen aliter quidem eſt materia, &
aliter eſt ratio & forma, quarum vtraque eſt natura ſenſibilis ſpe-
cie deſignatæ. Agit ergo de materia, & forma ſubſtantiæ ſenſi-
bilis, cuius vtramque naturam eſſe dicit; & comparans mate-
riam cum forma, primum materiam attingit, *Dico autem mate-*
riam in quolibet, cuius ipſa materia eſt natura quædam, quæ non eſt
aliquid ens actu & perfectum, poteſtate vero eſt hoc aliquid. Sic
igitur agit de materia & natura in genere entis, non in ratione
principij motus. Addit, *Sicut enim in præcedentibus diximus, ſi*
accipiatur materia vt altera pars compoſiti, non eſt prædicabilis de
eo cuius eſt materia, quia eſt actu ens, & accipitur vt ens quoddam,
& non vt eſſe; nimirum materia non eſt eſſentia rei completa,
ſed eſſentiæ pars quædam; *propter quod de nullo* actu ente per-
fecto *ſecundum rectum prædicabilis, ſed oblique: & , ſi accipiatur*
vt in poteſtate ad formam, tunc ipſa non accipitur vt ens, ſed vt eſ-
ſe; nam in ſe habet propriam eſſentiam, & eſt quid in ſe to-
tum: *& ſic deſignatur per genus, quod prædicatur de eo, cuius eſt*
genus: & ideo materia quidem non eſt genus, ſed tamen genus non
eſt

Digitized by Google

eſt ſine materia: & ideo ſic dicitur quod materia poteſtate eſt hoc aliquid, quia ipſa eſt hoc aliquid ſecundum eſſe inchoationis. Ita ergo materiam, quatenus eſt ſub forma actu, ait eſſe alteram partem compoſiti, & non prædicari de eo, cuius eſt materia, in recto, ſed tantum oblique, & eſſe naturam quandam, non autem naturam ſimpliciter eius in quo eſt; naturæ nomine ſignificans eſſentiam. Poſt hæc agens de forma, quoniam nouit in compoſito duplicem formam eſſe, vnam totius appellatam, & alteram partis; primo de forma tractat, quæ commune quid eſt ad formam totius, & formam partis appellatam, prout eſt quid a materia contradiſtinctum, inquiens, *Aliter vero dicitur ſubſtantia ratio & forma: forma quidem, quia hoc aliquid compoſitum ens eſt hoc aliquid, & ipſa eſt vera natura eius.* ſcilicet tam forma totius, quæ ratio proprie dicitur, quam forma partis, quæ nomine generis forma nuncupatur, commune hoc habet vt eius participatione compoſitum ens ſit hoc aliquid; & ipſa vtraque ſit vera natura eius compoſiti; ſed cum diſcrimine quod forma totius eſt tota natura, hoc eſt tota eſſentia compoſiti, totumque illius eſſe, quare de compoſito prædicatur in recto; forma vero partis eſt medietas eſſentiæ, ſeu quod ipſe dicit eſſentia diuiſa, vel ſeparata, non autem ipſum eſſe totum compoſiti; quæ propterea non prædicatur de toto compoſito in recto; quippe pars non prædicatur de toto: quam differentiam inter formam totius, & formam partis aperit Alb. illico ſubdens, *Et accipitur etiam forma duobus modis, vno quidem modo prout ipſa natura & actus dans eſſe & ſubſtantiam ei, cuius eſt natura; & ſic prædicatur de ipſo, ideo quod ipſa hoc modo conſiderata totum eſt eſſe ipſius.* hæc dicit Alb. de forma totius, non autem de forma partis, vti tu putas; quia forma partis non prædicatur de compoſito, nec eſt totum eſſe compoſiti: ſed de forma partis agit immediate dicens, *alio autem modo accipitur vt eſſentia quædam ſeparata, & ſic eſt pars* &c. quæ poſtrema verba tu † ſubticuiſti, quia ſunt opinioni tuæ repugnantia; putas enim Alb. hic agere de forma aſſiſtente nomine eſſentiæ ſeparatæ; quod recipi non debet tum quia tractat hic de ſubſtantijs, quæ conſtituunt hoc aliquid ſenſibile; tum quia ſubſtantia ſeparata tibi non dicitur pars ſubſtantiæ ſenſibilis, ſed ens completum: at hic

† 41. falſ. cit.

Alb.

Alb. deſignat nobis formam partis, quæ non eſt totum eſſe compoſiti ſenſibilis, non eſt eſſentia integra compoſiti, ſed illius eſſentiæ medietas, quam ipſe vocat eſſentiam quandam ſeparatam, hoc eſſentiam partialem diuiſam ſeparatam ratione ab eſſentia tota; & ſic eidem in relatione ad totam eſſentiam tribuit eaſdem conditiones, quas nuper aſſignauerat alteri parti eſſentiæ compoſiti, quam materiam dicimus, inquiens, *Et ſic eſt pars, accepta vt ens, & non vt eſſe; & hoc modo non prædicatur de eo, cuius eſt forma:* quod autem forma dicatur eſſentia ſeparata nunc ab Alberto non re, ſicuti tu putas, ſed ratione tantum abſtrahente, ſtatim Albertus indicat addens, *Et quia hic loqui ſuſcepimus de ſubſtantia ſecundum quod eſt natura rei ſubſtantiatæ, non loquimur hic de materia niſi ſecundum quod poteſtate eſt hoc aliquid; & de forma non loquimur niſi ſecundum quod ipſa eſt actus eius, quod eſt hoc aliquid, & eſt prædicatum de ipſo; forma enim ratione abſtrahente eſt ſeparabilis, ſicut diximus.* quod ergo ſupra dixerat formam partis eſſe eſſentiam ſeparatam, nunc explicat ſe locutum de ſeparabilitate rationis ſecundum abſtractionem intellectus conſiderantis in compoſito formam prout in eſſentia ſua eſt quid ſeparatum, ſeu ratione diſtinctum a materia; non autem ſe locutum de eſſe ſeparato ſecundum rem formę aſſiſtentis, vti tu ſupponis. Addit, *tertium vero, quod etiam ſubſtantia eſt, illud eſt compoſitum, quod eſt ex ijs, & ex ſubſtantia deſignata; cuius ſolius generatio eſt, & corruptio, & motus quia non generatur, nec corrumpitur niſi compoſitum.* Nempe in ſenſibilibus ſubſtantijs tres ſubſtantias ponit, primo materiam, quę non eſt tota eſſentia compoſiti, ſed pars, & eius natura partialis: ſecundo formam, quam ſubdiuidit in formam totius, quæ eſt tota eſſentia rei, & in formam partis, quæ non eſt tota eſſentia rei, ſed pars eſſentiæ, ratione ſeparata a materia: tertio compoſitum ex his prædictis, quod eſt ſubſtantia deſignata, hoc eſt ſingularis accidentibus affecta ortui, & interitui, motuique obnoxia. Quare neque verbum quidem de forma aſſiſtente; neque de natura vt eſt principium motus, ſed metaphyſice natura nomine ſubſtantiam, & eſſentiam ſignificat; & naturam eſſe decernit vtramque formam, tam totius, quam partis appellatam; & in loco a te citato tractat de forma compoſiti generabilis, & cor-

Digitized by Google

ruptibilis, quam ait eſſentiam ſeparatam, quia eſt ratione per abſtractionem intellectus ſeparabilis a materia cui reipſa coniungitur in compoſito. Non igitur Alb. hic contradiſtinguit abſolute naturam ab eſſentia ſeparata, ſed naturam integram totius compoſiti ab eſſentia vnius parte ratione abſtractæ ab altera, & a toto. Sed quomodo probas actus aſſiſtentes a philoſophis dici ſeparatos adeo vt eſſe dici ve nequeant proprie naturę? **LIL.** Probo primum inducendo t.17.li.1. de an. in quo Ariſt. appellat actus, de quibus agit Metaphyſicus ſeparatos. **VL.** Ariſtoteles ibi ponit diſcrimen inter Phyſicum, & Metaphyſiſicum petitum a diuerſitate materiæ conſideratæ; ſtatuitque Phyſicum agere de paſſionibus non ſeparatis, Metaphyſicum autem agere de ſeparatis: reſpicitque præſertim Ariſtoteles rationem formalem obiecti; dicit enim, *An non eſt aliquis, qui circa paſſiones materiæ non ſeparabiles, neque in quantum ſeparabiles: Sed naturalis circa omnes talis corporis, & huiuſmodi materiæ operationes, & paſſiones ſunt. Circa quaſcumque autem, quæ non ſunt huiuſmodi alius.* & mox. *Ipſarum autem non ſeparabilium quidem, inquantum autem non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione Mathematicus: ſecundum autem quod ſeparatæ, primus Philoſophus.* Et reuera Magiſter hic non agit de mentibus abſtractis; quia hæ paſſiones appellari non poſſunt, ſed de paſſionibus proprie dictis, quæ in accidentium genere ſunt tum qualitates, tum operationes, quas etiam paſſionum nomine non ita pridem *b* Ariſtoteles nuncupauerat: nam paſſiones corporis ſub duplici, vel etiam triplici ratione formali conſiderari poſſunt, tum in genere entis, ſiue prout entia ſunt abſoluta ſecundum ſe, ac omnino quoad nudam & puram ſui entitatem, nulla habita ratione ſubiecti corporis; quam ſpeculationem *i* Themiſtius appellaret primam notionem: tum quatenus ſunt *k* entis; quæ ſecunda notio dici poteſt: tum demum quatenus pridem exiſtentia in ſubiecto mentis opere ab eo ſegregantur; quæ dici poterit ex *l* Ariſtotele tertia notio: profecto Metaphyſicus, qui tractat ens prout ens eſt, atque adeo cunctorum accidentium puram eſſentiam, ſeu entitatem rimatur in ea prioritate naturæ, qua præcedunt ipſi ſuo eſſe in ſubiecto; nam paſſiones prius origine habent eſſe ſimpliciter in propria entitate abſoluta,

b 1. de an. t. 3. 12. 13. 14.

i phy. digr. aur.

k 7. meta. t. 2.

l 2. phyſ. t. 18. & 20.

ta, deinde habent eſſe relatiuum in ſubiecto. Metaphyſicus autem conſiderans paſſiones in ſua entitate nuda, dicitur hic ab Ariſtotele conſiderare paſſiones reipſa quantum ad exiſtentiam inſeparabiles a corpore ſecundum quod ſunt quantum ad entitatem ſuam via originis ſeparatæ a ſubiecto; quum eaſdem paſſiones reipſa inſeparabiles Mathematicus conſiderat per abſtractionem a ſubiecto in quo præfuerant; adeo vt paſſionem reipſa inſeparabilium a materia triplex conſideretur ſtatus, ſeu triplex conſideratio ſit, prima Metaphyſici, qui eas meditatur quoad nudam ſui entitatem, dum via originis ſecundum ſui eſſe abſolutum non adhuc ſunt copulatæ ſubiecto materiali, ſed ab eo ſeparatæ: ſecunda Phyſiologi, qui conſiderat in ſecunda notione, ac in ſecundo ſigno naturæ, dum inexiſtunt in ſubiecto corpore: tertia Mathematici, qui præexiſtentes in ſubiecto paſſiones remouet per abſtractionem a ſubiecto, in quo inſunt. Quæ theoria manifeſte conſtat ex verbis contextus poſtremis, quibus Ariſtoteles ait ipſarum paſſionum non ſeparabilium, in quantum abſtrahuntur a ſubiecto per remotionem intellectus, haberi conſiderationem a Mathematico; in quantum autem ſecundum ſuam entitatem abſolutam via originis ſunt ſeparatæ a ſubiecto, contemplationem haberi a Primo Philoſopho. Quare Magiſter in textu a te producto nullam omnino mentionem habet † Intelligentiarum cælis aſſiſtentium ac primi motoris. L I L. Secundum mentem Auerrois ibidem intelligit formas, *quæ ſunt abſtractæ in rei veritate ſecundum eſſe, & ſecundum intellectum*. V L. In primis non conuincis ideo Auerroem hic agere de motricibus Intelligentijs, quia paſſiones illæ in prima ſui notione, quoad ſui entitatem puram abſolutam ſunt formæ, licet accidentales, abſtractæ, ſeu ſeparatæ, vt ait Ariſtoteles in rei veritate, id eſt ſecundum eſſe, & ſecundum intellectum; nam eas metaphyſicus intelligit in ſui nuda entitate abſoluta ſeparatas a ſubiecto. Deinde vero notamus Auerroem habuiſſe hoc in loco textum Ariſtotelis corruptum, ac multo diuerſum a vero contextu, quem propoſuimus; quum enim eaſdem paſſiones non ſeparabiles reipſa a ſubiecto dicat Ariſtoteles conſiderari tum a mathematico per abſtractionem, tum a metaphyſico in ea prioritate

† 41. falſ. cit.

Digitized by Google

naturæ, qua ſuum eſſe abſolutum nondum copulam ſubiecti ſenſit, ſed ab eo adhuc ſeparatum eſt: textus Auerrois longe aliter ſic habet, *Ea autem, quæ ſunt non abſtracta in rei veritate, ſed ſunt paſſiones corporis, & ſecundum abſtractionem intendit Mathematicus; ea autem, quæ ſunt abſtracta in rei veritate, intendit Primus Philoſophus*. Vt ergo nil mirum eſt ſi Auerroes carens bono contextu non attulit bonam interpretationem; ſic mirum non eſſe debet, ſi hac in parte Auerrois dictum non admitto. LIL. Et ſecundum Philoponum ibidem intelligit formas diuinas, quæ ab omni materia ſunt perfectiſſime ſeparatæ: addit ibi Philoponus eſſe actus ſine potentia: nemo dubitat has eſſe formas non informantes; nam forma informans accipit a materia quandam potentialitatem, ex qua conſurgit vt poſſit pati, argum.t.55.lib.1.de gen. VL. Quando certum eſt Ariſtotelem allato contextu & ſuperioribus ſemper agere de paſſionibus, quæ ſunt accidentia, nec vnquam vllam mentionem habere de formis, quæ ſubſtantiæ ſunt, nec vlla ratione paſſiones appellari poſſunt; ſi Philoponus falſo ponit hic Ariſtotelem agere de formis in genere ſubſtantiæ a materia ſeparatis; iam ipſius dicta nobis non recipiuntur, nec habent vim probationis vllam in propoſito. Deinde vero † falſo quoque Philopono ſententiam attribuis, quæ Philoponi propria non eſt; nam ibi duas aliorum opiniones refert Philoponus de eo quid intelligat Ariſtoteles per ſeparata, quorum ſpeculationem reijcit ad primum Philoſophum; aitque alios velle ipſum intelligere ideas; alios vero non ideas, ſed ſubſtantias ipſas diuinas, quæ quidem omnino diuiſæ ſunt a materia: ſed tamen Philoponus non addit aliquid, quo videatur vllis eorum conſentire; nam videbat Ariſtotelem hic de paſſionibus agere, non autem de formis ſubſtantialibus; quare ſat habuit aliorum expoſitiones enumerare ſcribens, *Volentes Philoſophum ſcire, dictiunculæ huius ideas accipiunt: ecce inquit ſciuit ſeparabiles formas horum, quæ hic, de quibus inquit primum Philoſophum differere: coinferunt autem & alibi ipſi dicta in teſtimonium, quod ipſe eſt, qui dixit eſſe ordinem duplicem, alterum quidem in Imperatore, alterum vero in exercitu; & eum, qui in Imperatore eſt, eum facere, qui in exercitu: & rurſus inquit eſſe duplicem ſa-*

† 43. fal. cit.

ſanitatem, alteram quidem in medico factiuam ſanitatis ſecundum rationem, alteram vero in ſano corpore; quare ſciuit & ſeparabiles formas: alij autem non volentes ideas ipſum dicere, inquiunt eum dicere ſeparabiles formas ſubſtantias ipſas diuinas, quæ quidem omnino diuiſæ ſunt a materia: quemadmodum ipſe quoque alibi dicit eas abſque potentia eſſe operationes. Et tu, Flos inclyte, dicis Ariſtotelem nomine ſeparatorum intelligere ſecundum Philoponum formas diuinas; quum Philoponus ipſe dicat eum illas intelligere ſecundum alios? quum ſtatim addat Philoponus in explicatione textus ſequentis, *Poſtquam dixit paſſiones animæ materiales eſſe rationes* &c. aperte ſignificat ſe illis non aſſentire, quos nupertime dixerat velle nunc Ariſtotelem loqui, vel de ideis, vel de formis diuinis. Iterum, quæſo, Flos inclyte, ne falſis amplius vtaris citationibus; ne quiſpiam tibi obijciat, te non ad veritatis indaginem more Philoſophi diſputare, ſed ad victoriam Euthydemico more. Veruменim vero, ad veritatis maiorem claritudinem, putationis ergo ſit vera citatio Philoponi, ſit vera interpretatio Commentatoris, dicat Ariſtoteles allato loco Metaphyſicum a Phyſico differre in eo quod actus ſeparati ſunt, de quibus agit Metaphyſicus; hique ſint formæ diuinæ, ac intelligentiæ: quum Phyſicus agat de formis non abſtractis: iam ego videns in octauo Phyſicorum ab Ariſtotele tractari fuſe, ac profeſſo de primo motore, qui ſub ſe complectitur omnes Intelligentias motrices, quæ ſunt formæ aſſiſtentes; neceſſario colligam primum motorem, adeoque formas aſſiſtentes non debere collocari ſimpliciter inter formas adeo ſeparatas, quæ ad Metaphyſicum attinentes, ad Phyſicum ſpectari nequeant, & eſſe naturæ: tu quid colligis? LIL. Actus itaque aſſiſtentes dicuntur ſeparati, quod erat probandum. VL. Minime vero, quia formæ diuinæ, ac omnino intelligentiæ conſiderari quum valeant tum ſub ratione entis, ac vt ſubſtantiæ ſunt incorporeæ, ſiue ſecundum ſui entitatem abſolute, ſub qua formalitate conſiderantur potiſſimum a Metaphyſico ad Phyſici differentiam; tum ſub ratione primi mouentis, aut vt formæ aſſiſtentes, ſiue ſecundum quod ſunt animæ cælorum; qui earum beneficio dicuntur moueri a ſeipſis, ſub qua formalitate conſiderantur a naturali philoſo-

pho

Digitized by Google

pho in octauo phyſicorum; vt concedo Intelligentias ſub ratione entis abſoluti, ſubſtantiæ incorporeæ intellectualis eſſe formas ſeparatas, ad Metaphyſicum attinere, ac non eſſe naturas; ita certiſſimum eſt, & late ſuperius comprobatum eaſdem Intelligentias ſub ratione primi mouentis, formæ cælo ſic aſſiſtentis vt dicatur eſſe illius anima, cuius beneficio cælum moue: tur a ſeipſo, pertinere ad Phyſicum, & non eſſe formas a materia corporali ſeparatas, ſed eſſe naturas, quæ ſunt vera principia motus in eo in quo ſunt. LII. Ad idem probandum affero Auicennam lib. 9. ſuæ Meta. cap. 4. vbi Intelligentiam contradiſtinguit ab anima ſic; *anima eſt forma, intelligentia eſt ſeparata:* ergo apud Auicennam pro eodem accipitur eſſe ſeparatum, & non eſſe formam; ſed natura eſt forma, vt omnes fatentur ex 2. phy. 10. & plurib. ſeqq. ergo natura non eſt ſeparata. ſed actus aſſiſtens ibi ab Auicenna contradiſtinguitur a forma tanquam ſeparatus. V L. In primis Auicennas ibi formæ nomine ſignificat formam informantem, quam in cælo ponit contradiſtinctam ab Intelligentia, quæ aſſiſtens eſt; quare non debet audiri a Peripatetico; quum Ariſtoteles, quem hic ſequimur, nullam aliam ponat animam in cælo præter Intelligentiam: & ſane tibi non debet in diſputatione peripatetica contra me in aciem duci Auicennas exiſtimans extra Peripatum cæleſtia corpora moueri ab anima vt ab efficiente motum, ac vt a phyſice mouente; ab Intelligentia vero vt

m 1. de gen. t. 55. a fine, per modum deſiderij, adeoque *m* metaphorice; quum apud Ariſtotelem primus motor, ac proinde Intelligentia

n 2. phy. t. 73. moueat cælum vt efficiens, ac *n* phyſice: de ſententia Auicennæ ipſum audiamus in loco a te citato; ait enim, *o Sub vnaquaque*

o 9. meta. cap. 4. *autem Intelligentia eſt cælum cum ſua materia & ſua forma, quæ eſt anima, & Intelligentia inferius ea: igitur ſub omni Intelligentia ſunt tria in eſſe: vnde oportet vt poſſibilitas eſſendi hæc tria ſit ab illa Intelligentia prima in creatione propter ternitatem, quæ eſt nominata in eam: & nobile ſequitur ex nobiliore multis modis: igitur ex prima Intelligentia in quantum intelligit primum, ſequitur eſſe alterius Intelligentiæ inferioris ea: & in quantum intelligit ſeipſam, ſequitur ex ea forma cæli vltimi, & eius perfectio, & hoc eſt anima.* & mox. *Nos enim iam oſtendimus quod anima cuiuſque cæli eſt eius*

per-

Digitized by Google

perfectio & eius forma; nec eſt ſubſtantia ſeparata: alioquin eſſet Intelligentia, non anima: nec moueret vllo modo niſi ad modum deſiderij. & paullo poſt. *Iam igitur certificatum eſt quod cæli habent principia, quæ ſunt nec corpora, nec formæ corporum: & quod vnumquodque cælorum appropriatur alicui illorum principiorum: vniuerſitas autem eorum communicat in vno principio. Non eſt autem dubium hoc eſſe Intelligentias ſimplices ſeparatas, quæ fiunt cum factura corporum humanorum, quæ non corrumpuntur, ſed permanent.* Ex quibus apparet Auicennam in propoſito multum deuiare a doctrina Peripatetica, ſtatuentem tum Intelligentias non mouere efficienter ac phyſice, ſed ſub ratione finis, ideoque metaphorice: tum non eſſe formas, & animas cælis immediate iunctas, ſed cælos habere præter Intelligentias, alias formas, & animas: quum Ariſtoteles viciſſim ſtatuat Intelligentias eſſe cælorum animas, quæ mouent cælos efficienter, ac phyſice, immo quarum beneficio cæli dicuntur moueri a ſe ipſis; vt late ſupra demonſtraui. Quare tibi Peripatetico peripatetice mecum diſputanti de natura primo mouente non licet vti autoritate Auicennæ non Peripatetici. Deinde Auicennas ideo putat Intelligentiam eſſe ſeparatam, & contradiſtingui ab anima, & forma cæli; quia credit eſſe finem cuius gratia forma, & anima cæli mouet; finis autem agit vt *p* abſens; quum ex aduerſo cen- *p* 1. phyſ.
ſeat animam cæli, quam ponit eſſe formam cæli, eſſe vere natu- t. 81.
ram cæli: quum autem Ariſtoteli cælum ſit *q* animatum, & *q* 2. de gen.
eius anima ſit Intelligentia; iam ex Ariſtotele ſtatuendum eſt, t. 13.
ſecundum etiam Auicennæ doctrinam, Intelligentiam eſſe naturam proprie. Quare ad argumentum, quod multiplex ſubordinatum texis ex Auicennæ doctrina, concedens Auicennam contradiſtinguere Intelligentiam ab anima, & a forma cæli; & pro eodem aſſumere eſſe ſeparatum, & non eſſe formam: danſque naturam non eſſe ſeparatam; & admittens vltro Intelligentiam ex Auicenna non eſſe naturam: nego doctrinam hanc Auicennæ veram eſſe, ac peripateticam; quum in Peripato Intelligentia ſit forma, & anima cæli, & non ſit ſeparata ab eo, cui aſſiſtit, ſed in eo *q* inſit. LIL. Veniamus ad Auer. & *q* 8. phyſ.
ponderemus locum ex 1. cap. de ſub. orb. inſinuat Auer. inge- t. 84.
nioſiſſime formas aſſiſtentes, de illis quaſi enunciando duo

con-

contradictoria, primo exiſtere in ſuis ſubiectis, ſecundo non exiſtere in ſubiecto, neque in toto, neque in parte, imo eſſe formas abſtractas, ex quo accipio argumentum, forma abſtracta non exiſtens in ſubiecto, neque in toto, neque in parte, eſt ſeparata: formæ aſſiſtentes ſunt abſtractæ non exiſtentes in ſubiecto, neque in toto, neque in parte; ergo ſunt ſeparatæ, ergo non

† 44. falſ. cit. naturæ. VL. Si protuliſſes integram ſententiam † Auerrois de propoſito, quam nos antea retulimus, & late conſiderauimus, habere poſſent lectores ex Auerroe tui argumenti ſolutionem: nam forma, & anima in ſubiecto eſſe poteſt bifariam, vel mediantibus dimenſionibus ſubiecti, & dependenter a ſubiecto adeo vt ſit diuiſibilis ad diuiſionem ſubiecti; & mobilis ad motum ſubiecti; cuiuſmodi ſunt omnes formæ rerum naturalium infra rationalem animam, vt monet r Ariſtoteles: vel independenter a ſubiecto, & illi copulata non mediantibus diſpoſitionibus ſubiecti, quia non ſit diuiſibilis ad diuiſionem ſubiecti, nec mobilis ad eiuſdem ſubiecti motum: modo decernit quidem Auerroes intelligentias non eſſe in ſubiecto, neque in toto, neque in parte mediantibus dimenſionibus, eo quod non ſunt diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti, neque mobiles ad motum eiuſdem; attamen ibidem ſtatuit eas eſſe in ſubiecto tanquam formas in materia, & animas in corpore ſuo: quare ad argumentum concedens, formam abſtractam non exiſtentem in ſubiecto ſimpliciter, neque in toto, neque in parte, eſſe ſeparatam, adeoque ſi placet, non eſſe naturam: nego Auerroem dicere, formas aſſiſtentes eſſe ſimpliciter abſtractas adeo vt abſolute non ſint in ſubiecto, neque in toto, neque in parte; nam etſi dicat eas non eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus, ratione quarum ſint diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti; neque in parte, ratione cuius ſint mobiles per accidens ad motum partis (circularis enim eſt motus partium totius quieſcentis) tamen aperte fatetur Intelligentias aſſiſtentes tanquam formas in materia, & animas in corpore ſuo; adeoque non abſolute ſeparatas, proptereaque naturas: vnde tollitur apparens contradictio in dictis Auerrois, quam tu notaſti, ſed non ſoluiſti, nec ſoluere potes iuxta tuam interpretationem; nihil enim eſſe poteſt abſolute ſeparatum ab eo, in quo ineſt aliqua ratione: viſne

r 1. de an. t. 93. 2. de an. t. 20.

ſolu-

ſolutionem propoſitam videre in verbis Auerrois? non grauabor ea repetere; ait enim loco a te citato, *Et negauit Ariſtoteles formas corporum cæleſtium diuidi per diuiſionem ſubiecti ſui* (ecce ponentem Intelligentias eſſe formas in corporibus cæleſtibus tanquam in ſuo ſubiecto, at negantem eas diuidi ad ſubiecti diuiſionem; & clarius addit) *& eſſe finitarum actionum propter finitatem eorum corporum; quoniam potentia totius in formis diuiſibilibus per diuiſionem ſui ſubiecti eſt maior potentia partis. Quin de ergo inuenit eorum actiones eſſe infinitas, concludit formas earum non eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus, ſed eas non eſſe potentias in corporibus. Et, quum fingebatur in iſtis proportionibus, & inuenit potentias cæleſtes agere actionem infinitam, concluſit mediantibus dimenſionibus has virtutes non eſſe in corpore omnino, neque habere materiam recipientem eas mediantibus dimenſionibus, neque materiam multum in potentia, neque recipere magnum & paruum.* & mox. *Et quum fuerit declaratum ei de corporibus cæleſtibus eorum formas exiſtere in ſuis ſubiectis* (ecce Commentatorem aſſerere declaratum fuiſſe ab Ariſtotele, intelligentias, quæ ſunt formæ corporum cæleſtium, exiſtere in ſuis ſubiectis corporibus cæleſtibus) *videlicet exiſtentia, quod non diuiduntur per diuiſionem ſui ſubiecti; & quod cauſſa in hoc eſt, quia non exiſtunt in ſubiectis ſecundum quod ſunt diuiſibilia, fuit declaratum quod iſtæ formæ non conſtituuntur per ſubiectum, immo ſunt abſtractæ in eſſe; quoniam, quum exiſtunt in toto ſubiecto, & non diuiduntur per eius diuiſionem, contingit quod non conſtituuntur per ſubiectum: non enim exiſtunt in eo, neque in toto, neque in parte; & vniuerſaliter nec in diuiſibili, nec in indiuiſibili.* Ex his aperte conſtat, Auerroem non abſolute negare formas aſſiſtentes exiſtere in ſubiecto, & eſſe penitus ab eo ſeparatas; vt tu colligis ex vltimis eius verbis; ſed ſolum negare Intelligentias ita eſſe in ſubiecto, vt ab eo dependeant in eſſe, per ſubiectum conſtituantur, & ad eius diuiſionem ſint diuiſibiles; quod nos vltro concedimus; at hoc non tollit quod naturæ ſint; quia rationalis anima pariter hoc modo non eſt in ſubiecto; quæ tamen eſt proprie natura. Quin eaſdem formas abſtractas Auerroes ait non exiſtere ſic in ſubiecto, vt moueantur ad motum ſubiecti; per hoc indicans eas aſſiſtentes eſſe, non autem in-

de ſub. orb. cap. 1.

formantes, dum paullo poſt addit, *Quoniam ſi ita eſſet, tunc illæ formæ exiſterent in ſubiectis, & mouerentur per motum ſubiecto-rum: motum enim ſi mouetur eſſentialiter, erit diuiſibile eſſentiali-ter; &, ſi per accidens, per accidens.* At vero formas aſſiſten-tes eſſe in cælo, veluti viuificantes animanteſque corpus cæle-
t 2. de an. t.4.5. ſte, propterea que velut actus & formas in t ſubiecto, cum quo faciunt u vnum per ſe, ſtatim admonet Auerroes addens, *Et*
u 2. de an. t.7. *non eſt dictum, cælum habere x animam, niſi propter appetitum*
x 2. cæl. t. 13. & 74. *exiſtentem in eo, & motum localem: appetitus vero, qui eſt in hoc corpore, non eſt niſi quia eſt corpus caleſte viuum per ſe, appetens per ſe, non propter potentiam exiſtentem in eo diuiſibilem per eius diuiſionem: eſſet enim generabile, & corruptibile, & dicitur eſſe mo-tum per principium ſeparatum, quod eſt in eo, non per principium, quod eſt pars in eo* (quod tamen tuo placito non opitulatur, tum quia nomine partis intelligit formam informantem; tum quia in definitione naturæ non habetur, principium motus eſſe par-
y 2. phy. t.3. tem mobilis, at ſolum eſſe in y mobili) *& hoc modo dicitur viuum, & intelligens. Et ſi eſſet intelligens per partem in eo, non eſſet intelligens per ſe; & eſſet ſimile homini in hoc, quod homo eſt intelligens per partem in ipſo; & ſimiliter homo eſt viuens, & ap-petens, & mouens in loco.* (vnde conſtat per formam, quæ pars eſt, intelligere formam informantem; per eam vero, quæ non eſt pars, aſſiſtentem) *Et vniuerſaliter, quia declaratum eſt actio-nem iſtius corporis eſſe æternam, declarabitur formam eius non exi-ſtere per ſuum ſubiectum*; licet exiſtat in toto ſuo ſubiecto, vt ſu-pra dixit Auerroes. Igitur Auerroes hic nihil aliud aſſerit, niſi formas aſſiſtentes cælo non eſſe in eo corpore dependenter ab ipſo, neque quantum ad eſſe, quia ſunt in ſubiecto non conſti-tutæ per ſubiectum; neque quantum ad diuiſibilitatem, quia ſunt in ſubiecto non per eius dimenſiones, adeo vt ad ſubie-cti diuiſionem ſint diuiſibiles; neque quantum ad mobilita-tem, quia ſunt in ſubiecto mobili non mobiles vllo modo; ne-que quantum ad eſſe partes, vt eſt anima in homine per infor-mationem, quia non ſunt formæ informantes: ſed tamen eſſe in corpore cæli vt eius animas, ipſum viuificantes, ac tale red-dentes vt ipſarum participatione ſit per ſe viuum, per ſe intel-ligens, ac per ſe appetens; adeoque ponit Intelligentias cor-

pori

pori cæleſti eſſentialiter vnitas; quia modi per ſe, ſiue primum, ſiue ſecundum accipias, z Ariſtoteli, & a Auerroi ſunt inter ea, quæ definitione, ac eſſentia copulantur. Quare rurſus ad rationem tuam, quam ex Auerrois ingenioſiſſima, vt ais, theoria deducis, primo negandum eſt, formam aſſiſtentem, quæ dicitur etiam abſtracta, non exiſtere ſimpliciciter in ſubiecto, ſed eſſe penitus a ſubiecto ſeparatam: quia licet Auerroi ſit abſtracta quantum ad eſſe, & non ſit in ſubiecto quantum ad eſſe diuiſibile aut mobile ad ſubiecti diuiſionem & motum: attamen Auerroi coniuncta eſt, ac inexiſtit in ſubiecto corpore cæleſti Intelligentia quantum ad exiſtentiam, aſſiſtentiam, animationem, & motiuitatem per ſe, in quo maxime conſiſtit ratio naturæ a *b* Phyſico definitæ. Deinde negandum eſt, formam aſſiſtentem, quatenus aſſiſtens eſt, non exiſtere in ſubiecto, nec in parte ſubiecti; quia licet in eo non exiſtat dependenter adeo vt neceſſario ſit diuiſibilis & mobilis ad ſui ſubiecti diuiſionem & motum: tamen in loco a te citato, & a me producto *c* Commentator non ſemel ait Intelligentias exiſtere in cælo tanquam in ſubiecto ſuo; quam doctrinam hauſit ab Ariſtotele, cui primum mouens eſt in *d* circulari corpore, vbi velociſſimus eſt motus: & eſt in cælo tanquam *e* anima, & principium eius motus, quo cælum mouetur a *f* ſeipſo, proindeque a principio interno, & a forma exiſtente in ſubiecto. Ceterum quis ignorat nautam exiſtere in parte nauis, & diuerſis temporibus in tota naui, cuius eſt forma aſſiſtens? quis non videt lumen eſſe in toto perſpicuo corpore ſibi ſubiecto, cuius eſt itidem forma aſſiſtens, immobilis ad eius motum, & indiuiſibilis ad eius diuiſionem? Nihil ergo tibi fauet, ſed mihi plurimum adſtipulatur Auerrois ingenioſiſſima a te celebrata doctrina; quam ideo luculentius explicare debui, quod a te tantopere laudata fuerit, quaſi ex ea demonſtrationem indiſſolubilem habueris pro tuo placito contra meum dogma de natura Primo-Mouente. L I L. Idem Auer. lib. de beat. an. cap. 1. ſic loquitur de ſupremo gradu & glorioſo, vt ipſe appellat, qui vocatur gradus intellectuum abſtractorum, *vere ſunt formæ dantes perfectionem non exiſtentes in ſubiecto*, quatenus dicit non exiſtere in ſubiecto, ponit hunc gradum ſeparatum, & ſecundum do-

z 1. poſt. t.30 31.
a in com.
b 2. phyſ. t.3.
c de ſub. or. c. 1.
d 8. phyſ. t.84.
e 2. cæl. t. 13.60.63.
f 8. phy. 40. & ſeqq.
g 2. de an. t.1.

ctrinam ſuam non eſſe naturam, quum dixerit ipſe Auer. 1. de cæl. com. 5. quod forma abſtracta non ſignificat naturam corporis. VL. Licet eadem reſponſione tollatur hoc argumentum; tamen aliter eluendum eſt ex ipſomet Auerroe; cuius verba ſi tu retuliſſes, † integra omnes intelligerent eum allato loco per ſupremum gradum glorioſum, cuius contemplatione rationalis anima beatitatem ſibi comparat, non ſignificare formas aſſiſtentes, ac motrices Intelligentias, de quibus eſt noſtra diſputatio; ſed alias altiores, ac perfectiores mentes nulli corpori copulatas, quarum conſideratio metaphyſica, vel potius Theologica eſt, ſuper omnes naturalis ſcientiæ limites, ac ſuper omnes naturæ conditiones: id enim aperte conſtat ex verbis Auerrois ita ſcribentis, *h Nam manifeſtum eſt omnia entia ſub tribus ſpeciebus comprehendi; vna eſt materia infima, & quæ ex ea generantur; & illa quidem ignobilior eſt in gradu, & loco: Et ſuper iſtam in gradu, & loco eſt ſpecies corporum ſphæricorum; quorum ſemper eſt fixa forma, & ſtabilis in ſuis materijs; ita quod dicuntur materia & forma in illis, & generabilibus ex materia infima æquiuoce. Et ſuper illa eſt vnus gradus ſupremus, & glorioſus, qui vocatur gradus Intellectuum abſtractorum, quæ vere ſunt formæ dantes perfectionem; non exiſtentes in ſubiecto.* Quum igitur hic Auerroes tertium gradum formarum abſtractarum ponat diſtinctum a forma cæli, quam ait eſſe fixam & ſtabilem ſemper in ſua materia, quæ eſt corpus cæleſte; quam que ponit eſſe motricem Intelligentiam, vt conſtat *i* ex alio loco a nobis nuper explicato: profecto nobis vtriſque agentibus in præſentia de motrice Intelligentia propoſitus locus Auerrois, qua parte ſtatuit corporum cæleſtium ſemper eſſe fixam formam & ſtabilem in ſuis materijs, meum dogma communiit; tuum vero deſtruit; qua vero decernit ſupra formas cælorum eſſe ſupremum gradum Intellectuum abſtractorum, quæ ſunt formæ dantes animæ rationali perfectionem beatitudinis, & non exiſtunt in ſubiecto, tuum placitum non attingit, nec meum; ſiue per formas iſtas intelligat alias ſubſtantias digniores motricibus, vt ego etiam arbitror; ſiue ſubſtantiam omnium Intelligentiarum ſub ratione, non primi motoris, de cuius natura nos diſputamus, ſed eſſentiæ Intellectualis.

† 45. falſ. cit.

h de beat. an. c. 1.

i de ſub. orb. cap. 1.

LII.

L I L. Verum quia Auer. in ſupra citatis locis vnit hos actus ſubiecto, & dicit eſſe formas dantes perfectionem, & eſſe in ſubiecto. V L. Id quidem totum a me militat contra tuam opinionem: quomodo vitas hunc Auerrois ictum? L I L. Ideo oportet hoc explicare; & non poteſt melius hoc fieri, quam ex doctrina D. Thomæ. V L. Melius longe fieri poteſt ex doctrina ipſiuſmet Auerrois, quod nos præſtitimus; nam melius quiſque ſua ſenſa poterit explicare quam alius. at audiamus quid proferas ex D. Thoma. L I L. Duplex enim eſt vnio, altera motoris cum mobili, altera formæ cum materia, per S. Tho. 2. con. gen. cap. 57. de ſpirit. creat. art. 6. 1. p. q. 70. ar. 3. vbi dicit vniri huiuſmodi formas corporibus propter ſolam motionem. V L. Prima quidem citatio † Pleſſiaca prorſus eſt, nimirum falſa; tum quia D. Tho. ibi non ex mente propria, ſed ex Platonis illam diuiſionem affert, inquiens, *Ex his autem, & ſimilibus rationibus aliqui moti dixerunt, quod nulla ſubſtantia intellectualis poteſt eſſe forma corporis: ſed quia huic poſitioni ipſa hominis natura contradicere videbatur, qui ex anima intellectuali & corpore videtur eſſe compoſitus; excogitauerunt quaſdam vias, per quas naturam hominis ſaluarent. Plato igitur poſuit & eius ſequaces, quod anima intellectualis non vnitur corpori ſicut forma materiæ, ſed ſolum ſicut motor mobili*. &c. tum maxime quia D. Tho. ibi ſolum agit de anima hominis, nec vllum plane verbum eo capite habet de Intelligentijs, aut de illarum vnione cum corporibus cæleſtibus; & niſi longiſſimum caput eſſet, ego totum referrem; ad ipſum remitto Lectorem; qui mirari non debet abundantiam authoritatum in ore, ſcriptiſque tuis; quum tu eas tibi fingas nihil agentes de propoſito. L I L. Saltem vera erit citatio de ſpir. creat. art. 6. V L. Eo loci quidem D. Tho. ait, *Non eſt tamen negandum corpora cæleſtia eſſe animata; ſi per animationem nihil aliud intelligatur quam vnio motoris ad mobile*. ſed tamen hæc doctrina ſtatuens Intelligentiam cælo nihil omnino niſi motum tribuere, deſtruit aperte ſententiam Auerrois, cui explicandæ D. Thomæ dicta proponis; nam Auerroes, vt vidimus, vult ab Intelligentia cælo præter motum prouenire quoque vitam, intellectionem, & appetitionem: quin aduerſatur etiam doctrinæ *k* Ariſtotelis, qui ſtatuit cælum eſſe ani-

† 46. falſ. cit.

k 2. cæl. c. 12.

animatum, quia habet in ſe principium, quo mouetur a dextra ſui parte: modo neter ſolum motum præbens mobili, non etiam vitam, non neceſſario motum auſpicatur a parte dextra; vt patet de nauta mouente nauem, & de bubulco mouente plauſtrum: quare præter motum intelligentia cælo tribuit vitam ex Ariſtotele, & Auerroe. Quinimmo perſpicuis verbis

l 2. phy. t. 61. hoc nos edocet Ariſtoteles *l* alibi dicens de cælis, *Sed nos de ipſis, vt corporibus ſolum, & vnitatibus, ordinem quidem habentibus, inanimatis autem omnino cogitamus: oportet autem, ac ſi participarent actione, & vita exiſtimare: ſic enim nihil id eſſe videbitur præ-*

m tex. 63. *ter rationem, quod accidit*. & mox. *m Quapropter oportet putare & aſtrorum actionem eſſe talem, qualis animalium eſt, & plantarum: etenim hic hominis actiones plurimæ ſunt*. &c. quum igitur actiones animalium & plantarum tales ſint, vt a vita prodeant, quæ

n 2. de an. t. 37. viuentibus *n* eſſe eſt, ſibi communicatum ab anima; hic Ariſtoteles ſoluens dubitationem de multitudine motuum cæleſtium per hoc, quod motus illi ſint actiones, quales animalium & plantarum; & cæli participent actione & vita; certo certius eſt in Peripato formas aſſiſtentes vniri cæleſtibus corporibus non ſolum, vt motor mobili, ſed etiam vt anima corpori vnitur: Quare locus hic D. Thomæ neque mihi refragatur, ex Ariſtotele diſputanti de natura primo-mouente; neque tibi ſuffragatur Auerroem explicare volenti tractantem de exiſtentia Intelligentiæ in corpore cæleſti. LIL. Certe D.Tho. 1. p.q. 70. ar. 3. dicit vniri huiuſmodi formas corporibus propter ſolam motionem, & ſtatim addit, ad hoc autem quod moueat non oportet quod vniatur ei, vt forma, ſed per contactum virtutis, ſicut motor vnitur mobili. VL. In primis animaduerto D. Thomam ibi non ex Ariſtotele philoſophari, quem in præſentia nos ſequimur, tum quod aperte contradicit

o 2. cæl. t. 61. 63. ſuperiori *o* dogmati Magiſtri dicens, *Quum plantis, & animalibus anima vniantur vt formæ, non ſic autem corporibus cæleſtibus, ſed tantum vt motor vnitur mobili: patet corpora cæleſtia non eſſe animata eo modo; quo plantæ & animalia, ſed æquiuoce*: tum quod

p 2. con. gen. c. 70. *p* alibi contendit Ariſtotelem velle Intelligentiam vniri cælo ſecundum ſubſtantiam vt forma, ſcribit enim, *Oſtendendum reſtat quod neceſſe eſt dicere ſecundum opinionem Ariſtotelis Intelle-*

ctum

ctum ſecundum ſuam ſubſtantiam alicui corpori vniri, vt forma: probat enim Ariſt. in lib. 7. q & 8. r phy. quod in motoribus & motis impoſſibile eſt procedere in infinitum: vnde concludit quod neceſſe eſt deuenire ad aliquod primum motum, quod vel moueatur ab immobili, vel moueat ſeipſum: & de his duobus accipit ſecundum; ſ. quod primum mobile moueat ſeipſum, ea ratione, quia quod eſt per ſe, ſemper eſt prius eo quod eſt per accidens. Deinde oſtendit quod mouens ſeipſum de neceſſitate diuiditur in duas partes, quarum vna eſt mouens, & alia mota: oportet igitur primum ſeipſum mouens componi ex duabus partibus, quarum vna eſt mouens: omne autem huiuſmodi eſt animatum: primum igitur mobile. ſ. cælum eſt animatum ſecundum opinionem Ariſtotelis: vnde & in 2. de ſ cæl. dicitur expreſſe quod cælum eſt animatum; & propter hoc oportet in eo ponere differentias poſitionis, non ſolum quoad nos, ſed etiam ſecundum ſe. Inquiramus igitur ſecundum opinionem Ariſt. qua anima ſit cælum animatum. Probat etiam in 11. t meta. quod in motu cæli eſt conſiderare aliquid quod mouet omnino immotum, & aliquid quod mouet motum: id autem, quod mouet omnino immotum, mouet ſicut deſiderabile: nec dubium quin ab eo, quod mouetur. oſtendit autem quod non ſicut deſiderabile deſiderio concupiſcentiæ, quod eſt deſiderium ſenſus; ſed ſicut deſiderabile intellectuali deſiderio: vnde dicit quod primum mouens non motum eſt deſiderabile & intellectuale: igitur id, quod ab eo mouetur, ſcil. cælum eſt deſiderans & intelligens nobiliori modo quam nos, vt ſubſequenter probat. Eſt igitur cælum compoſitum ſecundum opinionem Ariſtotelis ex anima intellectuali & corpore: & hoc ſignat in 2. de u an. vbi dicit, quod quibuſdam ineſt intellectiuum & intellectus, vt hominibus, & ſi aliquid huiuſmodi eſt actiuum vt honorabilius, ſc. cælum. Conſtat autem quod cælum non habet animam ſenſitiuam ſecundum opinionem Ariſt. haberet enim diuerſa organa, quæ non competunt ſimplicitati cæli: & ad hoc ſignandum ſubiungit Ariſt. quod quibus de numero corruptibilium ineſt intellectus, inſunt omnes aliæ potentiæ; vt daret intelligere quod aliqua incorruptibilia habent intellectum, quæ non habent alias potentias animæ, ſc. corpora cæleſtia: non poterit igitur dici quod intellectus continuetur corporibus cæleſtibus per phantaſmata; ſed oportebit dicere quod intellectus ſecundum ſuam ſubſtantiam vniatur corpori cæleſti vt forma. Sic igitur & corporis humani, quod eſt inter om-

q te. 3. & ſeqq.
r tex. 33. & ſeqq.
ſ tex. com. 13.
t 12. meta. te. com. 36.
u t. 29.

nia

niacorpora inferiora nobiliſſimum, & æqualitate complexionis cælo ab omni contrarietate abſoluto ſimillimum, ſecundum intentionem Ariſtotelis ſubſtantia intellectualis vnitur non per aliqua phantaſmata, ſed vt forma ipſius. Si ergo vel conteſtatione D. Thomæ ſecundum opinionem Ariſtotelis Intelligentia vnitur corpori cæleſti ſecundum ſuam ſubſtantiam, vt forma, nihilominus quam anima rationalis humano corpori; licet hæc per informationem, illa per aſſiſtentiam vniatur ſubiecto ſuo: mihi hac in diſputatione Peripateticum agenti, & ex Ariſtotelis doctrina philoſophanti, non potes obijcere D. Thomam contra philoſophi decreta decernentem Intelligentias vniri cælo ſolum vt motores, non autem vt formas. Immo vero quum Auerroes in locis ante a te x citatis profiteatur Intelligentias motrices vniri corpori cæleſti, vt materiæ forma, & vt anima corpori, non potes ad explicandam Auerrois mentem adducere contrariam illi doctrinam D. Thomæ dicentis; ad hoc vt Intelligentia moueat cælum, non oportere quod ei vniatur vt forma, ſed per contactum virtutis, ſicut motor vnitur mobili. Deinceps autem ipſe D. Thomas in eodem loco videns hanc doctrinam non eſſe omnino veram; ſecus enim ex homine trahente & ligno tracto fieret vnum per ſe, quod a ſeipſo moueretur; ſi ad hoc vt cælum dicatur a ſeipſo moueri, ſat eſſet quod componeretur ex intelligentia & orbe, tanquam ex motore & mobili per ſolum contactum virtutis, non autem oportere vt vniatur Intelligentia cælo veluti forma cum materia; nam virtus hominis trahentis tangit lignum quod trahitur: Quin & ſolus contactus virtutis non poteſt facere vnum per ſe, at vnitas per ſe, maxime ſpeciei, & numeri, prouenit cuique compoſito a forma ſua, propterea D. ipſe Tho. in fine quæſtionis corrigit ſuum dictum inquiens, vt antea quoque notaui, *Ad quintum dicendum quod cælum dicitur mouere ſeipſum, in quantum componitur ex motore & mobili, non ſicut ex forma & materia, ſed ſecundum contactum virtutis; vt dictum eſt. Et hoc etiam modo poteſt dici, quod eius motor eſt principium intrinſecum: vt ſic etiam motus cæli poſſit dici naturalis ex parte principij actiui; ſicut motus voluntarius dicitur eſſe naturalis animali in quantum eſt animal.* Sed motus voluntarius ideo dicitur animali in quantum eſt animal naturalis,

x de ſub. orb. cap. 2. de beat. an. cap. 1.

lis, quia prouenit ab actiuo principio, quod eſt anima, ex qua & corpore tanquam ex forma & materia conſtituitur animal a ſeipſo mobile: ſic igitur ex D. Thoma cælum ideo mouetur a ſeipſo quia componitur ex Intelligentia motrice & orbita mobili, tanquam ex forma & materia. Sin autem D. Tho. hic, y vt antea notaui, per formam intelligat informantem, per contactum virtutis vnionem formæ aſſiſtentis cum ſuo mobili, quod colligitur ex alio loco D. Thomæ, vbi ait, *Non enim ſimiliter dicimus eſſe formam in corpore, & nautam in naui*: lubens id tibi conceſſero, ſed hinc non habebis formam aſſiſtentem non poſſe appellari naturam, neque conſtituere; tanquam principium internum; quum Intelligentia Auerroi, & Ariſtoteli, & D. Thomæ ex Ariſtotele conſtituat cælum animatum, vnum per ſe a ſeipſo mobile, & ſit internum principium motus naturalis. LIL. Et 1. con. gen. cap. 26. in fine. VL. In toto illo capite † nihil omnino tractat D. Tho. de propoſito; ſed ſolum ibi probat quod Deus ſub ratione deitatis non ſit in aliquo genere: at quod aſſiſtentes formæ non ſint vnitæ niſi per contactum virtutis, ne per ſomnium quidem: quare citatio hæc cum multis alijs referenda eſt inter falſas. Caue, Flos inclyte, ne tot citationibus apocryphis te non docere, ſed decipere dicant, non philoſophi munus adimplere, ſed ſophiſtæ. LIL. Si ergo conſideremus vnionem per contactum virtutis, iſtæ formæ ſunt vnitæ & naturaliter inſeparabiles a corporibus, & in illis; ſed ſi reſpiciamus vnionem formæ cum materia, ſunt actu ſeparatæ, appellantur ſeparatæ ſubſtantiæ 1. de an. 17. ſed natura quoad hanc vnionem formæ non debet eſſe ſeparata, imo coniuncta eſſentialiter, & intrinſeca naturali ſuo; vt ſupra oſtenſum eſt. VL. Flos inclyte, vel ad Auerrois mentem hic philoſopharis, vel ad mentem D. Thomæ; cuius dicta retuliſti pro tollenda contradictione apparente in verbis Auerrois, ex cuius ingenioſa theoria rationem tui placiti confirmatricem adducere contendis; vel ad mentem Ariſtotelis, ac ex rei natura. Si Auerroem auſcultes, cum iam tibi ſuperius inſenſum oſtendi z conſtituere Intelligentias eſſe formas exiſtentes in corporibus cæleſtibus velut in ſuis ſubiectis, & in propria materia, cum qua vnaquæque Intelligentia coniungitur conſti-

y 1. cō. gēt. c. 27. in f.

† 47. fal. cit.

z de ſub. orb. c. 1.

T tuens

tuens vnum per ſe animatum appetens & intelligens, quod mouet ſeipſum. Si vero ſecteris D. Thomam, nuper & ipſum
a 2.cõ.gẽ. cap.70. vidimus declarantem tum *a* Ariſtotelis mentem eſſe Intelligentiam vniri cum orbe vt forma cum materia; tum ex mente
b 1.p.q.70. ar.3. ad 5. propria *b* motum dici poſſe naturalem ex parte principij actiui, qui fit ab Intelligentia vnita cæleſti corpori per contactum virtutis, perinde ac naturalis eſt animali motus voluntarius, qui fit ab anima; proindeque motricem Intelligentiam dici poſſe naturam. Sin autem Ariſtotelem, & rei naturam aſpi-
c 2. phy. t.3. cias, vtrumque tibi reclamantem habes; nam Ariſt. *c* definiens naturam abſolute eſſe principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens, non ſeſe coarctat ad hoc vt natura ſit coniuncta in mobili per vnionem formæ informantis cum materia excludendo vnionem formæ aſſiſtentis, quæ D. Thomæ vocatur vnio per contactum virtutis; nam illi ſat eſt quod natura ſit in eo, in quo motum facit, non per accidens; qui eſſendi modus eſſe poteſt tam per aſſiſtentiam, ſiue per contactum virtutis, quam per informationem. Nec Ariſtotelem in loco a te ſæpe citato agere de Intelligentijs motricibus, aut de ſubſtantijs ſeparatis, ſed de paſſionibus, non ita
d 1.de an. t.17. pridem oſtendi. Reique natura ſatis docet Intelligentias motrices, quæ vniuntur cum corpore cæleſti, vt animæ ipſum
e 2. cæl. t.13. *e* animantes, conſtituenteſque viuens a *f* ſeipſo mobile, vniri cum orbita veluti formas cum materia; ſiquidem anima om-
f 8. phyſ. t.42.43. nis ad corpus ſe habet vt forma cum materia, illique iungitur
g 2.de an. t.4. vt *g* forma materiei, decreto Ariſtotelis; qui poſtea *h* clare
h tex. 11. ſupponit omnia prius de anima tradita communia eſſe tam aſſiſtenti, quam informanti formæ. Conſtatque Intelligentias, etſi ſub ratione ſubſtantiæ incorporeæ ac immaterialis intellectualiſque ſint eſſentiæ a materia ſeparatæ; ſub qua formalitate pertinent ad Metaphyſicum, non autem ad Phyſicum; tamen ſub ratione motoris primi, qua formalitate ſpectant ad Phyſiologum, & nunc a nobis conſiderantur, non eſſe ſeparatas, ſed coniunctas eſſentialiter, & intrinſecas naturali ſuo mobili, cum quo faciunt vnum per ſe animatum a ſeipſo mobile; vt
i pag.32. ſupra late probatum eſt. L I I. Ad *i* maiorem expreſſionem huius rei iuuat obſeruare doctrinam D. Thomæ in 2. con. gen,

cap.68.

cap. 68. quatenus ibi dicit, alio modo coniungi formam materiæ, alio modo principium effectiuum; nam forma eſt principium eſſendi ſubſtantialiter ei, cuius eſt forma, principium inquit non effectiuum, ſed formale, quo aliquid eſt: deducit inde S. Tho. formam & materiam conuenire in vno eſſe; principium autem effectiuum ſecus ſe habere reſpectu eius, cui dat eſſe effectiue. V. L. Hæc non video quomodo pertineant ad noſtrum inſtitutum; quum appoſitum ibi determinet D. Thoma, quod ad eius mentem hic exprimere intendis. Non faciunt ad inſtitutum noſtrum, quia non agit autor ibi de Intelligentijs motricibus in relatione ad cælum, de quibus eſt noſtra diſputatio; ſed de anima humana in relatione ad corpus; ait enim, *Relinquitur quod anima humana ſit intellectualis ſubſtantia corpori vnita vt forma; quod quidem ſic poteſt fieri manifeſtum. Ad hoc enim quod aliquid ſit forma ſubſtantialis alterius, duo requiruntur; quorum vnum eſt vt forma ſit principium eſſendi ſubſtantialiter ei, cuius eſt forma; principium autem dico non effectiuum, ſed formale quo aliquid eſt, & denominatur ens: vnde ſequitur aliud, ſc. quod forma & materia conueniant in vno eſſe; quod non contingit de principio effectiuo cum eo, cui dat eſſe: & hoc eſſe eſt in quo ſubſiſtit ſubſtantia compoſita, quæ eſt vna ſecundum eſſe ex materia & forma conſtans.* Vnde manifeſtum eſt ne per ſomnium quidem hic agi de vnione formæ cum materia neganda formis aſſiſtentibus: ſed ſolum de diſcrimine inter formam ſubſtantialem, & principium effectiuum, ſiue productiuum, ac omnino generans; duplex autem diſcrimen affertur; alterum eſt, quod forma ſit principium eſſendi ſubſtantialiter ei, cuius eſt forma, non quia ipſum efficiat, ſed quia eſt id quo illud eſt aliquid & denominatur ens: quum principium effectiuum ſit id, quod producit rem cuius dicitur effectiuum principium, neque ipſum denominat: alterum diſcrimen eſt, quod ex materia & forma conſtituitur vnum ens per ſe, quod eſt compoſita ſubſtantia ex vtriſque: ſed ex principio effectiuo & ex eo quod efficitur, non componitur vnum ens per ſe, vnaque tertia ſubſtantia. Quare ſi ad hæc referamus Intelligentiam motricem erga ſuum orbem; & de hoc D. Thomæ ſententiam poſtulemus, aperte videbimus eum contra te prorſus k decernere k 2. con. gen. c. 70.

mentem Ariſtotelis eſſe Intelligentiam motricem vniri cum cæleſti corpore, vt forma cum materia, non minus quàm animam rationalem cum humano corpore: quod eo conſtat, quia Intelligentia iuncta cum cælo per aſſiſtentiam conſtituit vnum ens per ſe, animatum, a ſeipſo mobile; cui motrix Intelligentia tribuit vitam, quæ eſt eſſe; non efficienter, ſed formaliter: quæ omnia late conſtituit D. Tho. *l* infra, vt ſuperius oſtendimus. Intelligentiam vero non tribuere cælo eſſe effectiue conſtat, quia cælum non producitur ab Intelligentia; & illi iuncta conſtituat vnam ſubſtantiam compoſitam a ſemetipſa mobilem. Vel igitur, inclyte Flos, arbitraris hic agi de formis aſſiſtentibus, vel non: ſi tangi putas illas a D. Thom. vel eas redigis ad principium effectiuum, vel ad formale: ſi ad formale; iam contra tuum dogma ſtatuit hic D. Tho. intelligentiam vniri cælo, vt forma materiæ: ſi ad effectiuum; iam conſtitues Intelligentiam efficere cælum, cum eo non coniungi in vnum ens, nec ipſum denominare viuens, & animatum; quod eſt contra decreta non ſolum *m* D. Thomæ; ſed etiam contra placita tum *n* Ariſtotelis, tum *o* Auerrois, ad cuius explicationem hæc attuliſti: ſi putas hic non agi de formis abſtractis, ac de Intelligentijs, vt vere non agitur; cur hæc extra propoſitum, quo ex D. Thom. probare intendis Intelligentias non eſſe naturas, quia non ſunt vnitæ corpori per modum formæ, ſed ab eo ſeparatæ, affers? iam & hæc citatio redigenda fuerit etiam inter † Pleſſiacas, quæ falſæ ſunt. L I L. In 1. etiam p. q. 8. art. 1. diſtinguit eſſe in alio tanquam partem eſſentiæ, & tanquam agens; & negat Deum eſſe in rebus tanquam partem eſſentiæ, concedit eſſe tanquam principium effectiuum. S I B. Deus quum & a Theologo conſideretur ſub ratione Deitatis, & Creatoris eminenter creantis & conſeruantis omnia; & a Metaphyſico ſpectetur ſub ratione primi entis per eſſentiam, a quo cetera cuncta, quæ ſunt entia per participationem, & dependentia, in eſſe dependent vt effectus a prima cauſſa; & demum a Phyſiologo vt primus motor, ac ſuprema natura, a qua cuncta naturalia dependent, & totus mundus vt corpus naturale formaliter conſtituitur, animatur, & optime gubernatur: D. Thomas vt hoc in loco Theologice, vel metaphyſice conſiderans

l 2. de an. t.37.

m 1.p.q.70 ar.3. 2.con.gen. cap. 70.

n 2. cæl. t. 23.63. 8.phy.t.42

o de ſub. or.cap.1.

† 48.falſ. cit.

derans Deum ſub ratione Deitatis, aut primi entis dicere potuit, nil nobis obſtans phyſice Deum conſiderantibus ſub ratione primi motoris, *p quod Deus eſt in omnibus rebus, non quidem ſicut pars eſſentiæ, vel ſicut accidens, ſed ſicut agens adeſt ei, in quod agit*: ita poſtea conſiderans Deum ſub ratione primi mouentis, ſub qua formalitate nunc de Intelligentijs, & Deo tractamus, ad mentem Ariſtotelis, quem in præſenti diſputatione ſequimur, aperte pro me militat contra te dicens, *q Ariſtoteles lib. 8. r phy. poſtquam oſtendit quod primum mouens ſeipſum componitur ex duabus partibus, quarum vna eſt mouens, & alia mota; aſſignans quomodo hæ duæ partes vniantur; dicit quod per contactum, vel duorum ad inuicem, ſi vtrumque ſit corpus; vel vnius ad alterum, & non e conuerſo, ſi vnum ſit corpus, & aliud non corpus.* vnde conſtat apud D. Thomam ex Ariſtotele Deum, & Intelligentiam eſſe in mundo, & in cælo, tamquam partem eſſentiæ primi mobilis, quod ſeipſum mouet, ſi conſideretur Deus, & Intelligentia ſub ratione primi mouentis. V L. Ego vero non poſſum omittere Ariſtotelem in definitione naturæ non meminiſſe partis eſſentiæ, ſed abſolute *ſ* definiuiſſe naturam eſſe principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens, nec adieciſſe in eo eſſe debere vt partem eſſentiæ, ſed tantum explicaſſe in eo eſſe debere non ſecundum accidens, vt eſt medicus in ægroto: Modo Intelligentia & Deus vt primus motor in primo mobili, quod mouetur a ſeipſo, etſi non eſſet vt pars eſſentiæ, quia tamen eſt primum *t* principium motus & *u* quietis in *x* quo eſt non ſecundum accidens, ideo proprie ac phyſice natura dici debet. Præterea vero negat ibi D. Tho. Deum eſſe partem eſſentiæ rerum omnium per informationem, non negat eſſe partem eſſentiæ totius mundi per aſſiſtentiam, quod aperte determinauit * Ariſtoteles; & ſatis eſt ad hoc vt Deus ſub ratione primi motoris dici poſſit proprie natura. LIL. In eadem 1.p.q.51. ar.1. ad 3. diſtinguit viuificare formaliter a viuificare effectiue; & concedit Deum viuificare poſſe effectiue, non tamen formaliter. SIB. In primis D. Tho. agit ibi de Deo ſub ratione Deitatis, vt Theologus, quod inde conſtat, quia reſpondet & ad obiectionem de Angelis, qui non ſunt formaliter vniti corporibus, & nititur autoritate 1. Reg. 2.

p 1.p.q.8. ar.1.
q 1.p q.7?. ar.3.
r tex. 40. 41.
ſ 2.phy.t.6
t 8.phy.t.8
u tex.52.
x tex.84.
* de mun. cap.7.

Domi-

Dominus mortificat, & viuificat: ſed vbi tractat de Deo ſub
y 1.p.q.70. ar.3. ratione primi y motoris,& ad z mentem Ariſtotelis,ait Deum
eſſe partem eſſentialem, & vniri corpori cæleſti vt forma mate-
z 1. con. gen.c.70. riei,dareque illi vitam,adeoque eſſe formaliter. Deinde vero
D.Tho.per dare eſſe formaliter intelligit dare eſſe per informa-
tionem, vt dat eſſe anima corpori; per dare eſſe effectiue ſigni-
ficat dare eſſe per aſſiſtentiam; at Vlyſſes concedens Deum non
dare eſſe corpori formaliter per informationem, ſed ſolum per
aſſiſtentiam, ac ſi placet ita effectiue; negat hinc deduci poſſe
Deum ſub ratione primi motoris non eſſe naturam. V L. Id
quidem ea quoque ratione nego, quia ſuperius oſtendi ex Ari-
a 12.meta. t.13. ſtotele cauſſam a effectricem, qualis pater eſt, eſſe naturam,
etſi filio in eadem ſpecie non det eſſe formaliter, ſed tantum ef-
2.phy.t.13 fectiue. Sed inſuper aſſero Philoſophum perſpicuis verbis b aſ-
b 12.meta. t.49. ſerere primum quod quidem eſt, adeoque Deum ſub ratione
primæ formæ, quia eſt vnum numero & ſpecie, in cauſſa eſſe vt
mundus ſit vnus numero & ſpecie; quumque vnum & ens iden-
tificentur, & vnitas ſpeciei ſit eſſentialis; proinde Deum de
mente Ariſtotelis dare eſſe formaliter vniuerſo, cui aſſiſtit vt
forma. L I L. Hęc omnia oſtendunt vnionem actus aſſiſten-
tis non eſſe vnionem naturæ,quia natura dat eſſe formaliter, aſ-
ſiſtens cauſſa effectiue, quum vniatur tantum, vt motor.
† 3.Sophiſ. V L. Ad hoc vt vitium † paralogiſmi euites,quod apparet eui-
dens in hoc ratiocinio tum ex quatuor terminis; nam medium
in maiori eſt, *dare eſſe formaliter*, in minori eſt, *dare eſſe effectiue*,
quæ duo ſunt vel tibi longe diuerſa: tum conſtructo in ſecunda
figura ex puris affirmatiuis: tum etiam colligente concluſio-
nem negatiuam ex duabus affirmatiuis; dicis enim, Natura
dat eſſe formaliter,aſſiſtens cauſſa dat eſſe effectiue; igitur aſſi-
ſtens cauſſa non eſt natura: quo argumentandi modo probare
poſſes formam informantem non eſſe naturam; quum enim
non minus contradiſtinguatur motus a quiete, quam dare eſſe
formaliter ab effectiue, dicere poſſes, Natura eſt principium
quietis; forma informans eſt principium motus: ergo forma
informans non eſt natura: quod argumentum inter Euthyde-
mica vere collocandum eſt: Ad hoc inquam vt tot vitia ſo-
phiſmatis euites, tibi formanda fuerat aliter argumentatio;
ſed

Digitized by Google

ſed caue ne in ea texenda vitans vitium formę incidat in vitium materiæ conſtituens propoſitiones falſas: tales enim neceſſario fuerint, ſi nitantur antedictis a te; quæ iam oſtenſa ſunt eſſe falſa. ROS. Facile puto vitari vitia ſophiſmatum notata, ſi conſtruatur ita ſyllogiſmus, Natura dat eſſe formaliter tantum, Aſſiſtens forma non dat eſſe formaliter, ſed effectiue tantum: ergo Aſſiſtens forma non eſt natura. VL. Vix ita vitaſti omnia paralogiſmi vitia; nam ſi maior illa indefinita ſumatur vt particularis, nihilominus elenchus erit, qui ex maiori particulari nihil concluditur in prima, nec in ſecunda figura: ſi vero ſumatur vt vniuerſalis, falſa prorſus eſt, omnem naturam dare eſſe formaliter tantum, non ſolum quia materia natura eſt, quæ non dat vllo modo eſſe, ſed recipit eſſe ab alio; verum etiam quia anima hominis, quæ in patre eſt, natura dicitur ab *c* Ariſtotele quatenus etiam generat hominem filium, cui non tribuit eſſe formaliter, ſed effectiue tantum. Minor etiam falſa prorſus eſt, qua dicitur, Aſſiſtens forma non dat eſſe formaliter, ſed effectiue tantum; nam vt anima hominis dat eſſe formaliter illi, in quo eſt veluti forma; & dat eſſe effectiue illius filio, quem generat velut efficiens cauſſa, decretis Ariſtotelis; ita aſſiſtens forma corpori cæleſti, cui iungitur vt *d* forma, & *e* anima, dat vitam, quæ viuentibus eſſe eſt, formaliter; nam vita ab anima non prouenit niſi vt a forma, per *f* Ariſtotelem: corporibus vero ſubcæleſtibus, quorum generationi præeſt vt cauſſa *g* efficiens, tribuit eſſe *h* effectiue, vt ait Ariſtoteles, potiſſimum vbi *i* ſcribit *A tali principio*, quod eſt primum mouens immobile, *pendet cælum, & tota natura* ſubcæleſtis, cælum quidem non efficienter, ſed formaliter; quia cælum non ponit *k* factum, ſed ab æterno ſemper fuiſſe: tota vero natura, hoc eſt omnis *l* generatio rerum omnium ſubcæleſtium non formaliter, ſed efficienter; & in relatione ad vtrumque primum mouens immobile dicitur natura; ſed cæli eſt natura propria & ſpecialis; relatum vero ad ſubcæleſtia naturalia, quorum eſt cauſſa efficiens communis, & remota, dicitur natura vniuerſalis non quidem logice, in prædicando; ſed phyſice, in cauſſando. Falſoque ponis primum mouens, adeoque formam aſſiſtentem cæleſti corpori vniri ſolum ſub ratione mo-

c 2. phyſ. t.13.
12. meta. t.13.
d 12. meta. t.49.
e 2. cæl. t. 13.
f 2. de an. t.37
g 1. mete. cap. 2.
h 1. cæl. t.100.
i 12. meta. t.38.
k 1. cæl. t. 20. & ſeqq. 8. phy t.4. & ſeqq.
l 1. phy. t.14. 5. meta. t.5

Digitized by Google

m 2.cõ.gẽ. cap. 70. 1.p.q.70. ar.3.

motoris: vt enim vel obſeruatu *m* D. Thomæ, humana anima prius vnitur corpori noſtro, cui dat vitam formaliter, conſtituens ipſum animatum & viuens a ſeipſo mobile; deinde illi iungitur vt pars motiua mobili: ſic ordine naturæ Intelligentia prius vnitur cælo vt forma tribuens illi formaliter vitam, quæ eſt eſſe viuentibus, conſtituens ipſum animatum a ſeipſo mobile; deinde illi iungitur in ſecundo ſigno naturæ vt pars motiua mobili; quamuis vnio rationalis animæ cum humano corpore ſit per informationem, & vnio Intelligentiæ cum cælo ſit per aſſiſtentiam: quare forma aſſiſtens cælo non vnitur tantum vt motor, ſed vt forma. Deinceps autem obſeruo nullam prorſus, ac omnino falſam eſſe tuam iſtam conſequentiam, Aſſiſtens cauſſa, quum vniatur tantum vt motor, ergo dat eſſe effectiue; nam motoris vt motor eſt, non eſt dare eſſe, nec effectiue, nec alio modo vllo, ſed tantum motum, vel locum ei, cui iungitur (loquendo de motore motu locali) ſiquidem auriga currui vnitur tantum vt motor, cui nullum eſſe tribuit effectiue, ſed tantummodo motum, & locum ad quem ipſum ducit; itidem baiulus vnitur ponderi tantum vt motor, qui tamen ponderi nullum dat eſſe effectiue, ſed ſolum motum, & locum, ad quem ipſum defert: non alia ratione primum mouens ſi cælo vnitur tantum vt motor, cælo dabit effectiue motum, at non dabit effectiue ipſum eſſe; quum cælum, vt dixi, non fiat, nec factum ſit ex Ariſtotelis opinione, cui diſputamus, ab Intelligentia motrice ſibi aſſiſtente. LIL. Redeo nunc ad illud, quod paullo ante tetigi, videlicet actum aſſiſtentem ideo non poſſe vocari naturam, quia eſt actus ſeparatus, contra id, quod dici debet de natura proprie ſumpta. VL. Redis ad id, quod antea probaui falſum eſſe, demonſtrans actum aſſiſtentem non eſſe ſic ſeparatum, vt natura proprie dici nequeat. Sed quomodo nunc id probas, quod antea nunquam conuincere potuiſti? an iterum rationes Euthydemicas affe-res, & autoritates Pleſſiacas? LIL. Ad hoc probandum aſſumo auctoritatem Alexandri, qui lib. 12. meta. com. ſuo 20. aperte diſtinguit animam informantem ab Intelligentia aſſiſtente, & huic Intelligentiæ aſſiſtenti tribuit eſſe ſubſtantiam ſeparatam; longum eſt verba referre Alex. ſufficiat hæc tantum

ap-

Digitized by Google

apponere, *Vniuerſi autem motrix ſubſtantia huiuſmodi eſt ſeiuncta, inquam, ſimplex, & actu; ipſa igitur eſt maxime intelligibilis*: ſi ſeiuncta, ergo non natura, eo quia aſſiſtens tantum eſt. VI. In primis autoritas Alexandri nihil omnino facit ad propoſitum noſtræ diſputationis; noſtra diſputatio eſt de natura primo mouente *n* phyſice, hoc eſt efficienter; quærimusque num Intelligentia, quæ Ariſtoteli eſt anima cæli, qua cælum dicitur a ſe ipſo moueri, ſit natura proprie, nec ne: ſed Alexander cenſuit cælum præter Intelligentiam, qua mouetur metaphorice tanquam a fine, habere propriam quandam animam informantem, quæ moueat cælum efficienter vt aſſimiletur Intelligentiæ: quæ optime dicitur ſeiuncta, quia finis mouet vt abſens: ſententia Alexandri clara eſt eo loci, quam tu ſub prætextu vitandæ longitudinis † diſſimulaſti, dicit enim paullo ſupra verba a te relata, *Quædam igitur ſubſtantia erit ſempiterna, ſimplex, & actu immobilis, quæ ſempiterni continentisque motus circulati corporis cauſſa ſit; quod circumactum corpus mouebitur ab illo, propterea quod ipſum intelligat, & deſiderio atque appetentia eius conſuetudinis feratur; quicquid enim ſeiunctum, ab immobili quopiam mouetur, id ad hunc modum mouetur*. Alexander itaque dicit abiunctam, & ſeparatam eſſe illam Intelligentiam, quæ mouet cælum ſub ratione finis; quum tamen cenſeat animam, quæ mouet cælum efficienter, non eſſe ſeparatam a cælo, ſed illius formam atque naturam: ita Peripatetici nos aſſerentes cælum Iouis e.g. efficienter, ac phyſice moueri a primo mouente, quod eſt Intelligentia ſibi aſſiſtens, ſub ratione vero finis moueri ab Intelligentia ſuperioris orbis, cui deſiderat hæc Iouialis per motum aſſimilari, vt vltro concedimus illam ſuperioris orbis Intelligentiam eſſe ſeparatam ab orbe Iouis, & non eſſe ipſius naturam; ita plane dicimus naturam eſſe tum illam orbitæ ſuæ, cui aſſiſtit, & coniuncta eſt, quamque mouet efficienter: tum hanc orbitæ Iouis, cui ſimiliter aſſiſtens coniuncta eſt, quamque mouet efficienter. Quare quum Alexander non agat in loco a te citato de primo motore phyſice mouente ſub ratione efficientis in relatione ad orbem, cui aſſiſtit; ſed de mouente ſub ratione finis illum orbem, cui non aſſiſtit, ſed a quo ſeparatus eſt, nihil ad propoſitum tuum dicit,

n 2. phyſ. t. 73.

† 49. falſ. cit.

V cit,

cit, qui probare ſatagit Intelligentias aſſiſtentes phyſice mouentes ſub ratione agentis eſſe ſeparatas adeo ab eo, cui dicuntur aſſiſtere, vt eius naturæ dici nequeant. Præterea quod Alexander hic conſiderat Intelligentiam motricem potius metaphyſice ſub ratione ſubſtantiæ incorporeæ, ſimplicis, ac intelligibilis, & omnino in genere entis; quam phyſice ſub ratione primi motoris in genere phyſice-mouentis: ego quidem vt lubens conceſſero formas illas aſſiſtentes metaphyſice conſideratas ſub ratione ſubſtantiæ incorporeæ, ſimplicis, intelligibilis, & omnino in genere entis, addoque ſub ratione finis, eſſe ſeparatas ab orbibus, & non eſſe naturas; ita tu non probas ex hoc Alexandri loco formas aſſiſtentes, quatenus ſunt mouentes phyſice, ac efficienter, eſſe ſeparatas, & non eſſe proprie naturas. Sed prima reſponſio magis placet, qua conſtat te nunc etiam † falſo citare Alexandrum quaſi tractantem de formis aſſiſtentibus cælos phyſice, ac efficienter mouentibus; quum agat de illis, quæ mouent ſolum ſub ratione finis, nec vnquam faciat mentionem de aſſiſtentia, vel de actu aſſiſtente.

† 50. falſ. cit.

LIL. Simplicius 8. phy. com. ſuo 107. mouens aſſiſtens cælo non ſolum vocat ſeparatum, & dicit ſeorſum adeſſe vniuerſo, quod indicat hoc eſſe ſeiunctum, verum etiam dicit de eo non eſſe proprie in cælo: ſed natura proprie eſt in eo, cuius eſt natura, argum. 2. phy. t. 4. & 2. de an. t. 4. ergo aſſiſtens principium non eſt natura. VL. Prius expendam Simplicij dicta, deinde tuam ex ijs deductam argumentationem. Duo proponis dogmata Simplicij, & vtrumque more Pleſſiaco mutilas ea parte, quæ tibi refragatur: primo dicis, mouens aſſiſtens cælo vocari a Simplicio non ſolum ſeparatum, ſed dici ſeorſum ab vniuerſo: ceterum verba Simplicij ſunt vberiora ipſiſſima in expl. tex. 84. *Si ergo impartibile mouens eſt, & omnino ſeparatum a corporibus, idem per ſe perfectum, ſecretum a toto corpore mundano, recte dicendum erit, idem vbique eſſe, & nuſquam collocari*. Ex quibus apparet hic Simplicium conſiderare primum mouens ſub duplici formalitate, & hanc vtrumque in eo ad inuicem comparare; prima formalitas eſt, ratio impartibilitatis, altera eſt ratio motiuitatis, vt ita dicam; quatenus eſt impartibile, ait eſſe omnino ſeparatum a corporibus, per ſe perfectum, & ſecre-

tum

tum a toto corpore mundano, & nuſquam collocari; quia non eſt ita in corpore vt ſit in eo velut in loco, & ab eo ſortiatur imperfectionem diuiſibilitatis, aut vllam aliam imperfectionem, quemadmodum acquirere ſibi ſolent materiales formæ informantes a corporibus, in quibus inſunt, ad quorum diuiſibilitatem ſunt o diuiſibiles, & ad mobilitatem mobiles. Sed quatenus mouens eſt, quia mouet omnia, ideo vbique eſt, quam partem a Simplicij dicto † ſuſtuliſti tibi repugnantem; quod enim vbique eſt, id omnino ſeparatum non eſt a corporibus, & ab vniuerſo: id autem dogma Simplicius hauſit ab Ariſtotele ſcribente, *p Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.* Sic igitur Simplicio, & Ariſtoteli, Deus, ac Intelligentia, licet vt impartibile quid, in ſe ſit, non in corpore quod informet, aut a quo vlla ratione dependeat; tamen vt mouens eſt, in vniuerſo eſt, & vbique eſt, non ſegregatur a rebus, ſed in omnibus inexiſtit intime, non propter ſe, verum propter illas; vt olim q explicaui. Secundo r ſtatuis, aſſerere Simplicium de mouente aſſiſtente, *non eſſe proprie in cælo*, quæ citatio quoque † mutilatur ea parte, quæ mihi fauet, tibi repugnat; integra ſententia Simplicij verbis his habetur, *Non oportet igitur timuiſſe, ne forte aſſeramus, primum mouens per accidens moueri, ſi id ipſum collocauerimus in cælo ſtellarum inerrabilium: non enim eſt proprie in cælo, ſed cælum in ipſo: ſiquidem quod eſt in aliquo, continetur ab eodem: equidem primum mouens continet totum mundum, ſua infinita potentia, ac vi.* Quare conſtat Simplicium hic aſſerere non eſſe proprie in cælo tanquam in continente; ſed potius cælum in ipſo, quum ab ipſo contineatur: ſed hic non colliges primum motorem eſſe ſeparatum adeo, vt dici nequeat natura; ſiquidem hac ratione colligere poſſes, formam informantem eſſe ſeparatam, & non eſſe naturam; etenim forma informans non eſt in materia, ſed potius materia in ipſa forma; quum Ariſtotelis ſ multiplici decreto, forma non contineatur a materia, ſed ipſa materiam viceuerſa continet. Inſuper negat Simplicius primum mouens eſſe in cælo ſic ab eo dependenter, vt moueatur ad eius motum, ſaltem per accidens, quemadmodum contentum mouetur ad motum continentis; at non negat

o 1. de an. t. 68. 2. de an. t. 20.
† 51. falſ. cit.
p 7. eud. cap. 18.
q 2. de nat. pr. mo. c. 2.
r pag. 33.
† 52. falſ. cit.
ſ 3. phy. t. 67. 4. phy. t. 35. 4. cel. t. 25. 35. 2. de an. t. 35.

V 2 pri-

primum mouens eſſe in cælo, veluti partem in toto, veluti formam in materia ſimpliciter, vel in compoſito, ac veluti mouens in eo quod ſeipſum mouet: ſed in fine illius commenti dicit, *Sed hoc animaduertendum eſt, quod Alexander in circumferentia ſphæræ primum mouens eſſe exiſtimat dicere Ariſtotelem: nam forte quum dicat in circulo, in toto cælo intelligatur.* Denique putasne contentum ſeparatum eſſe a continente? aut viciſſim continens a contento? non putes; quia ſic forma quælibet informans erit ſeparata a materia, & viciſſim materia dicenda fuerit ſeparata a formis; quod *t* Ariſtoteles negat; qui tamen ſæpius inculcat formam continere materiam, & materiam contineri a forma: ex hoc ergo loco Simplicij dicentis primum mouens non eſſe proprie in cælo, ſed cælum in ipſo, colligi non poteſt primum mouens eſſe ſeparatum. Quare ad tuum ſyllogiſmum accedens, quo dicis, Natura proprie eſt in eo, cuius eſt natura; primum mouens proprie non eſt in cælo; ergo primum mouens non eſt natura cæli: Nego ſimpliciter vtramque præmiſſam; maiorem quidem, tum quia natura definita fuit ab *u* Ariſtotele principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens; non autem in quo eſt proprie iuxta ſenſum Simplicij, quia in eo contineatur; nam definitio nihilominus complectitur formam, quæ continet; quam materiam, quæ continetur: tum quia forma vt natura proprie eſt in materia tanquam in ſubiecto, *x* Ariſtoteli, quum tamen forma non ſit natura materiæ; vnde conſtat probationem tuam deductam ex 2. phy. t. 4. & 2. de an. t. 4. toties a te male citatis, nihil adiumenti ferre tuo dogmati, quod erat naturam eſſe proprie in eo, cuius eſt natura; quum enim natura duplex ſit *y* Ariſtoteli, materia, & forma; neutra tamen eſt alterius natura; nec enim materia eſt natura formæ, nec forma eſt natura materiæ, ſed vtraque eſt natura compoſiti; quum igitur forma ſit in materia, tanquam actus in ſubiecto, & viciſſim materia ſit in forma tanquam contentum in continente; ac vtraque ſit in compoſito tanquam pars in toto; iam tibi probaturo naturam eſſe proprie in eo cuius eſt natura nihil ad propoſitum faciunt illi duo textus a te citati, in quibus Ariſtoteles ait formam eſſe in materia tanquam in ſubiecto: quinimmo valde reclamat primus, in

t 2. de gen. t. 6.

u 2. phy. t. 3.

x 2. phy. t. 4. 2. de an. t. 4

y 2. phyſ. t. 11.

in quo Magiſter ait naturam eſſe non ſolum quod eſt in ſubiecto, ſed etiam ſubiectum, in quo eſt alia natura. Sed minor etiam neganda eſt, qua dicis primum mouens ita eſſe ſeparatum, vt non ſit proprie in eo, cuius eſt natura: probatioque Simplicij nil tibi fauet, tum quia Simplicius ibi ſolum vult primum mouens non eſſe proprie in cælo tanquam in continente, ad cuius motum moueatur; at aſſerit illi eſſe coniunctum tanquam continens contento ſuo ſtatuens cælum eſſe in ipſo primo mouente, velut materias in forma, licet aſſiſtente: tum quia hinc facile deduco ſyllogiſmum hunc eſſe * paralogiſmum ex medio æquiuoco; in maiori ſiquidem, qua dicitur natura eſſe proprie in eo, cuius eſt natura, per id cuius eſt natura, non intelligitur materia, ſed compoſitum, quod etiam intelligitur in definitione naturæ, qua dicta eſt z natura eſſe principium motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens; etenim definitur hic vtraque natura, tam materia, quam forma, quę vtraque eſt principium motus & quietis in ipſo compoſito; non enim motus eſt & quies in materia, nec in forma; nec fit a forma in materia, nec a materia in forma; ſed eſt in ſolo compoſito, in quo fit a forma efficienter, & cauſſatur a materia velut a principio paſſiuo: in Minori vero, quà dicitur primum mouens ex Simplicio non eſſe proprie in cælo, ſed cælum in ipſo, quod primum mouens non contineatur a cælo, ſed viceuerſa cælum contineatur a primo mouente, cæli nomine non ſignificatur compoſitum ex forma aſſiſtente & orbita, quod a Ariſtoteli dicitur moueri a ſeipſo conſtitutum ex parte mouente, & ex parte mota; vnde relegandum eſt hoc argumentum ad rationes captioſas Euthydemi, quod conſtat ex quatuor terminis, qui ſunt maius extremum *Natura*, minus extremum *Primus Motor*, medius terminus in maiori *τὸ eſſe proprie in eo, cuius eſt natura*, quod eſt compoſitum ex vtriſque naturis conſtitutum; & alter medius terminus in minori, *τὸ non eſſe proprie in cælo*, quod eſt pars materialis compoſiti ſemper ſeipſum circulo mouentis, adeoque altera natura, nimirum paſſiua. Quare ſine vitio mihi liceat vnico medio ſic argumentari contra tuam theſim, omne principium primum, ſiue actiuum, ſiue paſſiuum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens tanquam

* 4. Sophiſ.

z 2. phy. t. 3.

a 8. phy. t. 41. & ſeqq.

quam in compoſito naturali pars componens eſt proprie natu-
ra: ſed aſſiſtens forma, quæ primum mouens dicitur eſt princi-
b 8. phy. t. 3 pium *b* primum motus ſingularum partium, & *c* quietis per ſe
c 8. phy. t. 52. totius cæli, quod a ſeipſo mouetur, in *e* quo eſt veluti pars
d 8. phy. t. 41. & ſeqq. *f* componens compoſitum naturale: igitur Aſſiſtens forma,
e 8. phyſ. t. 84. quæ dicitur primum mouens, eſt proprie natura. Sed vlterius
f 8. phyſ. t. 41. & ſeqq. pergamus. LIL. Concludamus hoc cum eodem Simplicio
2. phyſ. com. 54. vbi habet, *naturam mouere motam*; quod ergo
monet, & non mouetur, natura non eſt ex Simplicio ibidem;
ſed aſſiſtentes cauſſæ mouent, & non mouentur, vt paſſim con-
ceditur: ergo aſſiſtentes cauſſæ non ſunt naturæ. VL. Ita
quidem dicit Simplicius in explicatione t. 71. lib. 2. phyſ. ſed
naturæ nomine ſignificauit determinate naturam ſubcæleſtem,
& naturam ſecundam, ſiue naturatam, & omnino phyſiologi-
cam; non autem naturam ſimpliciter proprie dictam. Etenim
dicens ibi, *At quacumque non mota mouent, hac conſiderare pror-
ſus non ſpectant ad naturalem tractationem; ſed ad Theologum atti-
net, quippe quæ non habent in ſeipſis principium motus, ſiquidem non
mouentur; quare non ſunt naturales cauſſæ; quum ſint immobiles;
ſed neque motus principium, vt eſt natura; nam ipſa mota mouet;
quare neque naturalis eſt minus de his dicere*. Vnde conſtat Sim-
plicium hic agere nomine naturæ de illa, cuius tractatio pror-
ſus ad Phyſicum attinet; cuiuſmodi eſt ſola natura ſubcæleſtis;
quum primus motor, etſi non prorſus attineat ad Phyſicum;
quia vt ens, & ſubſtantia intellectualis eſt, attinet ad Meta-
phyſicum; tamen vt motor eſt proprie natura ſit ab Ariſtotele
fuſe tractata in 8. Phyſicorum. Ceterum, inclyte Flos, non ne
melius eſt, quam cum Simplicio, cum Magiſtro Simplicij, &
g 8. phyſ. t. 36. 37. omnium noſtrum *g* Ariſtotele concludere tuum hoc argumen-
tum eſſe ſolubile? Si enim natura monet non niſi mota, hoc
h 4. phyſ. t. 45. quod moueatur, vel illi ineſt per ſe, vel per accidens; ſi dicas
per ſe, reclamantem habebis *h* Ariſtotelem, aperte conſtituen-
i 2. de an. t. 61. & ſeqq. tem animam, quæ in ſubcæleſtibus eſt forma informans, & pro-
prie natura animati, non moueri per ſe, ſed tantum per acci-
i 11. meta. cap. ſi. 3. dens: ſi dicas per accidens; iam ea, quæ ſunt per accidens, non
conſiderantur a *i* ſcientifico: rediguntur neceſſario ad id, quod
k 8. phyſ. t. 36 eſt per ſe; & poſſunt non eſſe *k* Ariſtoteli: poſſibili autem poſito

in

in eſſe, nullum ſequitur inconueniens; vnde cum Ariſtotele colligimus etiam dari naturam immobilem; adeoque primum mouens immobile proprie naturam eſſe; quam Phyſicus conſideret, ſi non prorſus, vt ait Simplicius in loco a te citato, hoc eſt ſub omni ratione formali, ſaltem ſub aliqua ratione, quatenus ſcilicet eſt primus motor, forma cælo aſſiſtens, & conſtituens vnum primum mouens, quod animatum ſit, & *l* ſeipſum moueat: ſi ergo natura mouet mota per accidens, erit etiam natura, licet non moueatur, ac ſit immota; Quapropter aſſiſtentes formæ naturæ poterunt eſſe, licet moueant immotæ. Ceterum neque mihi Simplicius imponere poſſet, qui Simplicianus non ſum in philoſophia; neque ſat agnoſco cur in hac diſputatione tractans de primo mouente tam tibi caueas a nuncupandis formis aſſiſtentibus, ſed potius dicas actus aſſiſtentes, & cauſſas aſſiſtentes, quam formas aſſiſtentes: at velim ſcias cauſſas in actu *m* ſimul eſſe cum ſuis effectibus, non autem ab iis ſeparatas; & actus ſimul eſſe cum iis, quorum ſunt actus, non minus quam formæ ſimul ſunt cum iis, quorum ſunt formæ. L I L. Minime etiam a nobis concedendum eſt, aſſiſtentes actus conſtituere, quoniam non conſtituunt, niſi quæ ſunt intrinſeca, & quæ informant. V L. Primum dogma recipio, conſtituere ſolum intrinſeca; ſed non ne tibi ſunt ſingulæ partes intrinſecæ ſuo toti? non ne partes vere totum conſtituunt? iam legas apud *n* Ariſtotelem primum a ſeipſo mobile, ſiue cælum animatum eſſe totum quid conſtitutum ex Intelligentia aſſiſtente & orbe, tanquam ex parte mouente immobili, & parte mota; proinde mihi concede Peripatetico, aſſiſtentes actus conſtituere. Secundum dogma reſpuo, tum eadem ratione, tum quia materia principium conſtituens eſt, etſi non informet. L I L. Conſideremus ad hoc propoſitum id quod docet Boetius exponens Porphyrium in cap. de diff. de conſtitutiua differentia loquitur, & dicit, *ſed iſtæ differentiæ ſi ad inferiores ſpecies conſiderentur, informant ſpecies, earumque ſubſtantiam conuenienti copulatione conſtituunt.* V L. Informationis nomen ad varia relatum æquiuocum eſt; referri vero conſueuit ad duo informabilia; quorum alterum eſt materia, quæ a forma dicitur informari; & hoc modo forma informans dicitur ad diſ-

l 8. phy. t. 41. & ſeqq.

m 2. phy. t. 37.

n 8. phyſ. t. 41. & ſeqq.

differentiam formæ aſſiſtentis; quæ aſſiſtit, non quidem toti compoſito ex ſe & materia ſibi ſubdita conſtituto, ſed ipſi ſoli materiæ: ſimiliter forma informans, de qua loquimur, informat proprie ſubiectam ſibi materiam, non autem compoſitum ex materia, & forma informante conſtitutum. Alterum vero, ad quod refertur informatio, eſt ipſa ſpecies integra, proindeque totum conſtitutum ex materia & forma: Porro inter has informationes illud eſt diſcrimen, quod primi generis informatio, quum ſit exiſtentia formæ in materia cum aliqua dependentia formæ a materia, ſaltem quantum ad hoc, vt forma informans materiam neceſſario moueatur ad motum materiæ, quam informat, ſiue ſubiecti, quod per talem informationem materiæ conſtituit; non competit vllo pacto formæ aſſiſtenti: ſed ſecundi generis informatio, quum ſit pura conſtitutio ſpeciei, ſiue vnius per ſe ſuppoſiti in vna determinata ſpecie; iam conuenit æque formis omnibus ſubſtantialibus, tam informantibus, quam aſſiſtentibus: quod apparet ex ipſomet Boethio in loco a te citato, vbi nunquam meminit de forma informante materiam, ſed ſemper de differentia ſubſtantiali informante ſpeciem, quæ non eſt pura materia, ſed compoſitum quid ex materia & forma; talemque differentiam informantem extendit etiam ad animas cæleſtes, quæ ſunt formæ aſſiſtentes; quod vtrumque conſtat ex verbis Boethij loco a te producto; ait enim primo, *Iccirco quod efficiunt ſpeciem; quam quum ſubſtantialibus differentijs informauerint, faciunt ab alijs ita eſſe diuerſam, vt non alterum ſolum ſit, verum etiam toto alia eſſe prædicetur.* Deinde mox. *Iccirco quoniam (vt dictum eſt) ſolum faciunt alteratum: aliud vero perficere & informare non poſſunt.* Deinceps. *Specificæ vero differentiæ illæ ſunt, quæ, vt ſuperius dictum eſt, ſpeciem informant, ſubſtantiamque perficiunt.* Vlterius. *In ſubſtantiæ vero diffinitione ſpeciei informationem faciunt; quumque magis propria & aliud faciant, & ſpecificæ ſint eo quod aliud faciunt, diuiſionibus aptæ ſunt; hæ vero, quæ ſpeciem informant, diffinitionibus accommodatæ ſunt.* Et adhuc infra. *Non eſt dubium, quin differentiæ quoque, quæ vniuſcuiuſque ſpeciei, cuius ſubſtantiam informant, nec remiſſionis detrimenta ſuſcipiant, nec intentionis augmenta.* Inſuper. *Differentiæ quoque, quæ diuidunt genus, & informant ſpeciem*

tiem &c. Poſtea. *At vero ſi eædem differentiæ a genere deſcendentes, quæ genus diuidunt, colligantur, & ad vnum, ad quod poſſunt iungi copulentur, ſpecies informantur*. Et paucis interiectis. *Animatum tamen atque ſenſibile, quæ ſunt eiuſdem differentiæ, ſi referantur ad genera, diuiſiuæ ſunt, conſtitutiuæ vero fiunt animalis, eiuſque ſubſtantiam formant atque conſtituunt*. Poſterius. *Iuncta rationalitas atque mortalitas, quæ animalis diuiſiuæ fuerant, fiunt hominis conſtitutiuæ, atque perficiunt ſpeciem, atque omnem eius rationem definitionis informant, atque perficiunt*. Vlterius, *quod tu deduxiſti in argumentum, ſi vero ad inferiores ſpecies conſiderentur, informant ſpecies, earumque ſubſtantiam conuenienti copulatione conſtituunt*. Amplius addit poſtremo loco, *Geminum differentiarum vſum eſſe demonſtrat; vnum quidem, quo genera diuiduntur; alium, quo ſpecies informantur*. Ex quibus aperte conſtat Boethium hic agere de formis informantibus totum compoſitum; & non de formis informantibus materiam; quia nunquam dixit differentias informare genus; at ſemper aſſeruit eas informare ſpeciem, vel ſubſtantiam ſpeciei, vel definitionem ſpeciei; quæ correſpondet compoſito, vt materiei genus, & formæ differentia. Verum differentias informantes ſpeciem, ſeu formas informantes compoſitum Boethio complecti quoque cæleſtes animas, Intellectuſque Diuinos, qui ſunt formæ non informantes corpora cæleſtia, ſed illis aſſiſtentes, manifeſtum eſt ex eodem loco, vbi Boethius ita ſcribit, *Rationabilitas vero atque immortalitas copulatæ ſubſtantiam Dei informant*. Dei vero nomine ſe ſignificare cælum vt quid conſtitutum ex orbe corporeo & Intelligentia paullo poſtea declarat inquiens, *Deus autem quum ſit animal, vt de Sole dicamus, rationali immortalique efficitur differentijs, quas diuidere genus conueniens habita portio paullo ante monſtrauit. Sed hic (vt diximus) Deum corporeum intelligi oportet, vt Solem, & Cælum, ceteraque huiuſmodi, quæ cum animata & rationabilia Plato eſſe confirmat: tum etiam Deorum vocabulo antiquitatis veneratione probantur eſſe ſubiecta*. Non agit igitur hic Boethius nomine differentiæ informantis ſpeciem de forma informante materiam prout contradiſtinguitur a forma aſſiſtente materiæ; de quibus formis nunc nobis eſt diſputatio; ſed de differentijs informantibus totum compoſitum alio ge-

nere informationis, quod commune ſimiliter eſt formis cæleſtium & ſubcæleſtium. Quare nil tibi prouenit adiumenti, nil mihi detrimenti ex hoc loco Boethij; quem latius explicare volui, nō quia Boethij autoritas apud me vim habeat probationis ſupra rationes, quibus innititur opinio mea; ſed vt oſtendam multitudinem autoritatum, quibus vteris & inniteris, tibi non eſſe auxiliarem, mihi non aduerſantem. LIL. Hoc idem voluit Boetius ipſe ſignificare in lib. de duab. nat. & vna perſ. Christi, dum dixit *vniuſcuiuſque naturam eſſe rem informantem ſpecificam differentiam*. obſeruo illi verbum *rem informantem*: nam conſtituere ſi formaliter intelligatur, & non effectiue, ſemper tribuitur intrinſeco, & informanti principio. VL. Omitto quod hanc autoritatem Boethij *o* ſupra non eſſe noſtræ diſputationi congruam eo nomine dixeras, quod latior eſt ſignificatio, quam vt naturæ proprie dictæ valeat applicari. Omitto te maxime peruertere verba contextus, vt niſi legantur in fonte, Vix Delius natator, inclyte Flos, ex eis haurire ſenſum valeat; quum enim perſpicue ſcribat autor ille, *Natura eſt vnamquamque rem informans ſpecifica differentia*: tu obſcuriſſimo, ac tantum non nullo ſenſu refers eum dixiſſe *Vniuſcuiuſque naturam eſſe rem informantem ſpecificam differentiam*. Quin peruertis verbum *vnamquamque* in *vniuſcuiuſque*; & hoc nomen quod apud Boethium ſe tenet ex parte prædicati, adijciturque rei, transfers ad ſubiectum, & adiungis naturæ; definit Boethius Naturam eſſe ſpecificam differentiam informantem vnamquamque rem; non dicit more tuo, Vniuſcuiuſque natura eſt ſpecifica differentia rem informans. Vt hinc appareat, etiam hunc locum a te more † Pleſſiaco corruptum; ſiquidem ſi tecum legamus, & accipiamus tanquam veram talem propoſitionem, Vniuſcuiuſque natura eſt rem informans ſpecifica differentia; dicendum erit cælum habere informantem ſe differentiam ſpecificam; quum ſit habens naturam, & vniuſcuiuſque nomine comprehendatur. Deinde vero ſciendum eſt, Boethium hic non deſciſcere a propria ſententia dudum allata in Prædicabilibus, & nomine differentiæ ſpecificæ informantis vnamquamque rem non ſignificare formam informantem materiam, quæ res non eſt, ſed rei pars, ad excluſionem formæ aſ-

ſiſtentis;

o pag. 10.

† 53. falſ. cit.

ſiſtentis, de qua nos agimus in præſentia; ſed quid commune informanti formæ, ac aſſiſtenti; vt nuper oſtendi; & ex eo nunc etiam demonſtratur, quod etſi differentia ſpecifica formam æmuletur, & ſe habeat ad genus, vt forma ad materiam; quod & *p* Porphyrius notauit, & apud Porphyrium explicauit ipſe Boethius; aperte tamen vterque contradiſtinguit formam a differentia; & recte, quia differentia longe pluribus conuenit, quam forma, & quam forma informans materiam; quæcumque enim corpora, & res aliæ non conſtituuntur ex materia & forma informante, tamen quum in aliquo genere ſint ſub determinata ſpecie, neceſſario conſtituta ſunt ex genere & differentia, quæ proportione reſpondet materiei, & formæ: non ne tibi Mundus ex genere & ſpecifica differentia conſtitutus eſt? non ne tibi cælum quodlibet in genere corporis naturalis a *q* ſe ipſo mobilis, vt ait Ariſtoteles, conſtitutum quid eſt ex genere & ſua ſpecifica differentia? LIL. Quid ni? VL. Hæc cæli, hæc mundi ſpecifica differentia, vt vniuſcuiuſque alterius rei, nunc a Boethio dicitur informans; ſi quidem differentiæ nomine ſignificauerit formam, qua de tractamus; iam tu cum Boethio mundum & cælum dixeris habere formam informantem, adeoque naturam; quum autem cælum, & mundus *r* Ariſtoteli nullam aliam habeat formam, a qua ſortiatur vnitatem numericam & ſpecificam, niſi primum quod quid eſt, proindeque primum mouens, & Intelligentiam, quæ eſt forma aſſiſtens; procul dubio Boethius hic per differentiam ſpecificam informantem rem vnamquamque ſignificat non proprie formam informantem materiam prout contradiſtinguitur a forma aſſiſtente materiei, ſed quid commune formæ informanti, & aſſiſtenti; quæ forma aſſiſtens, Boethij decreto, licet non informet materiam, cui aſſiſtit, informat tamen totum compoſitum, quod in eſſe conſtituit; vt oſtendi. Si ſecus contendas hic a Boethio proprie tractari de forma informante ad excluſionem aſſiſtentis; iam tibi neceſſarium fuerit confiteri mundi, cælique formam eſſe naturam, quod nos aſſerimus; & eſſe formam informantem, non autem aſſiſtentem; quod eſt ab omnibus Peripateticis Alexandro non ſubſcribentibus reprobatum; & a te quoque non admiſſum: id autem conſequi, conſtat ex eo, quod

p cap. de diff.

q 8. phy. t. 41. & ſeqq.

r 12. meta. t. 49.

apertiſſimum eſt, cælum & mundum eſſe quid conſtitutum ex genere & differentia ſpecifica. Nil ergo tibi prodeſſe poſſunt allatæ Boethij autoritates: Quod autem in earum confirmationem afferre conaris, a vero ſatis abeſt. LIL. Quid? non ne verum eſt, quod addidi? Nam conſtituere, ſi formaliter intelligatur, & non effectiue, ſemper tribuitur intrinſeco, & informanti principio: quod etiam reſpexit S. Tho. in 1.p. q.40. ar.2. vbi dixit diſtinctionem, & conſtitutionem rei, ſemper intelligi per aliquod intrinſecum; aſſiſtens ergo principium, quia extrinſecum, conſtituere non poteſt niſi effectiue. VL. Vt lubens concedo conſtituere formaliter, non autem effectiue, ſemper attribui debere principio intrinſeco; ſic aperte nego tale principium intrinſecum formaliter conſtituens ita debere eſſe informans, vt non poſſit eſſe aſſiſtens: nam Boethio rationalis differentia immortali iuncta cælum conſtituit, & informat, quum tamen ſit forma ſubdito corpori aſſiſtens, non autem ipſum informans, licet informet ſpeciem, hoc eſt totam naturam cæli animati, & nomine Dei nuncupati, quatenus compoſitum quid eſt ex orbe ac Intelligentia orbi aſſiſtente; vt oſtendi ex Boethio. Concedensque D. Thomæ dictum, diſtinctionem & conſtitutionem rei ſemper eſſe munus alicuius intrinſeci principij, ſemper tibi negabo formam aſſiſtentem eſſe principium extrinſecum, & non intrinſecum adeo vt conſtituere nequeat; nam pars omnis eſt *ſ* intrinſeca ſuo toti, totumque conſtituit; at vero decretis *t* Ariſtotelis, & obſeruatione conſenſuque *u* D. Thomæ, primus motor immobilis, qui eſt forma aſſiſtens, non autem informans, eſt pars interna conſtituens vna cum orbiculari corpore vnum per ſe a ſeipſo mobile, vt antea probaui citatis verbis D. Thomæ. Iam ergo nil proficis autoritatibus: prome rationes, ſi quas habes in propoſito, Flos inclyte. LIL. Ad vberiorem huius veritatis confirmationem libet mihi in fine huius primæ ſectionis ſic arguere, Conſtituens aliquid debet eſſe eius differentia ſubſtantialis: actus aſſiſtens non eſt differentia ſubſtantialis eius, cui aſſiſtit: ergo actus aſſiſtens non poteſt conſtituere. VL. Ego quidem audeo præmiſſam vtranque negare fretus rationibus, & Ariſtotelis doctrina: In primis enim conſtituens aliquid non debet

ſ 4. phy. t.23.
t 8.phyſ. t. 41.& ſeqq.
u 1.p.q.70. ar.3.

debet eſſe eius differentia ſubſtantialis, quia forma ſpecifica, quæ vt nuper obſeruaui contradiſtinguitur a differentia ſubſtantiali, cum qua x proportionem habet, decreto Porphyriano, conſtituit ſpeciem; quin & materia quoque principium eſt conſtitutiuum compoſiti naturalis, non ſola forma; nam vtręque ſunt principia ex quibus res tum fiunt per generationem, tum in termino generationis conſtituuntur; quod expreſſe nos edocet Ariſtoteles inquiens, y *Manifeſtum igitur, quod ſi quidem ſunt cauſſæ & principia eorum, quæ natura ſunt, ex quibus primis ſunt, & facta ſunt, non ſecundum accidens, ſed vnumquodque quod dicitur ſecundum ſubſtantiam, quod omne & ex ſubiecto, & ex forma fit: componitur enim* &c. Pręterea pars etiam proprie conſtituit totum. Quare vt vera dicitur propoſitio, Differentia ſubſtantialis conſtituit id cuius eſt differentia, ſiue Differentia ſubſtantialis conſtituit aliquid: non tamen vera eſt huius conuerſa, quam ponis tuæ rationis maiorem præmiſſam, conſtituens aliquid debet eſſe differentia ſubſtantialis.

x cap. de diff.

y 1. phy. t. 65.

R O. Cur Lilium vti non poteſt illa propoſitione pro conuerſa ſua, vt ſæpe facit Ariſtoteles? aut (quod vere faciet) conuerſam accipere, quæ vera eſt? **L I L.** Primum facere nequit, quia Magiſter ſolum conuerſis vtitur, quando ambæ ſunt veræ; ſed non licet in argumentum ducere falſam propoſitionem loco ſuæ conuerſæ, quæ vera ſit. Secundum ſi faciet,

,, Incidet in Scyllam, cupiens euitare Carybdim.

nam conſtituet elenchum Euthydemicum in prima figura ex minori negatiua nihil concludentem, ita, Differentia ſubſtantialis conſtituit aliquid: Actus aſſiſtens non eſt differentia ſubſtantialis: igitur actus aſſiſtens non conſtituit aliquid; hoc argumenti genere probari poſſet, animam non eſſe ſubſtantiam, quia corpus eſt ſubſtantia, anima non eſt corpus; igitur anima non eſt ſubſtantia. **L I L.** Maior eſt Porphyrij cap. de differentia, & colligitur ex Auerroe 5. meta. com. 7. vbi dicit *differentias ſubſtantiales facere vnum eſſentialiter*; hoc autem eſt conſtituere. **V L.** Iam video, Flos inclyte, te nunc in Carybdim incidiſſe, nempe loco maioris falſæ a te propoſitæ, ſumere tibi ex Porphyrio, & ex Auerroe conuerſam veram: ſiue Porphyrius ait, Differentiam ſubſtantialem, atque ſpecificam

vere

Digitized by Google

vere conſtituere ſpeciem; at nunquam dixit conuerſam illam tuam, *Conſtituens aliquid debet eſſe eius differentia ſubſtantialis;* quia falſum dogma diceret. Auerroes itidem, ſi diceret *differentias ſubſtantiales facere vnum eſſentialiter*, & hoc eſſet conſtituere, non afferret tuam illam maiorem falſam, *Conſtituens aliquid debet eſſe eius differentia ſubſtantialis*, ſed illius conuerſam veram, *Differentia ſubſtantialis conſtituit;* quæ tamen tibi non prodeſſet, at multum obeſſet, quia tuam ratiocinationem pelleret ad * elenchorum inſulam: neque vero ex hac Auerrois, atque Porphyrij propoſitione vera, *differentia ſubſtantialis conſtituit aliquid*, colligere potes eius conuerſam, quam oſtendimus eſſe falſam, *ergo conſtituens aliquid eſt illius differentia ſubſtantialis:* quia vniuerſalis affirmatiua in hoc caſu non conuertitur; non enim ex eo quod omnis differentia ſubſtantialis ingreditur definitionem ſpeciei, colligitur conuerſa omne ingrediens definitionem ſpeciei eſſe differentiam ſubſtantialem. Ceterum hæc Auerrois citatio falſa eſt, quia mutaſti verba contextus, vnde ſenſus dogmatis corruptus eſt, nam explicans Auerroes quæ ſint vnum per ſe, & quæ per accidens, ait, *Dixit per accidens, ſicut nauigator & muſicus v. g. quando accidit quod aliquis ſit nauigator & muſicus: dicitur enim quod nauigator & muſicus ſunt idem per accidens: nauigator enim & muſicus ſunt differentiæ accidentales eſſentiæ illius, de quo dicuntur, ſ. hominis. Et d. hoc, quoniam, ſi eſſent differentiæ ſubſtantiales eius, de quo prædicantur, tunc congregatum ex eis eſſet vnum eſſentialiter: ſed ſunt accidentia ſubiecti, & hoc intendebat, quum dixit, quoniam accidit nauigatori muſicum. i. & hæc duo ſunt vnum per accidens, quia accidunt vni.* Ex quibus apparet tuam citationem non ſolum falſam eſſe, ſed etiam extra propoſitum noſtrum: falſam quidem, quoniam Auerroes non ait, differentias ſubſtantiales facere vnum eſſentialiter, quod tu ais eſſe conſtituere: ſed ait, vt aggregatum ex duabus differentijs accidentalibus eſt vnum per accidens, quod hæc duo accidentia, nauigator & muſicus, ſunt vnum per accidens, quia ambo accidunt vni homini, non tractans de cauſſa conſtituente talem vnitatem: ſic viceuerſa aggregatum ex duabus differentijs eſſentialibus hominis, vt rationale mortale, eſſe vnum eſſentialiter; nec vllo pacto tractat de cauſſa talem vnionem.

*5. Sophiſ.

nem, & formaliter cõſtituente: vult ille ſolum differentias ſubſtantiales iunctas inter ſe eſſe vnum per ſe; nec vllo pacto dicit differentias ſubſtantiales facere, ſiue vt explicas, conſtituere vnum eſſentialiter. Quum itaque conſideret hic Auerroes congregatum ex duabus differentijs eſſentialibus in homine, quod ſtatuit eſſe vnum per ſe, ad differentiam aggregati ex duabus differentijs accidentalibus in eodem homine, quod ait eſſe vnum per accidens; nec vllo pacto tangat aut aggregatum ex materia & forma, nec ex genere & differentia ſpecifica; aut cauſſam conſtitutricem vllius horum aggregatorum, longe ſi quidem aliud eſt, differentiam ſubſtantialem dare eſſe alteri conſtituereque vnum eſſentialiter; quod tu vis Auerroem dicere: & ex duabus differentijs ſubſtantialibus aggregatum eſſe vnum eſſentialiter; quod ait Auerroes, non conſiderans vllo pacto rem conſtituentem, neque dantem eſſe alteri formaliter, neque actum conſtitutionis, ſed ſolam vnitatem rei conſtitutę, ſiue vnitatem rei iam conſtitutam. iam patet citationem hanc tuam non ſolum eſſe † falſam, quæ mutat τὸ, congregatum ex duabus differentijs ſubſtantialibus eſſe vnum eſſentialiter, quod ait Auerroes, in τὸ *differentias ſubſtantiales facere vnum eſſentialiter*: quod tu ais: verum etiam nihil ad propoſitum tuum attinere, quod erat oſtendere, conſtituens aliquid eſſe debere differentiam eius ſubſtantialem; ſiue differentiam ſubſtantialem conſtituere id, cuius eſt differentia; & dare eſſe alteri; quum Auer. ne per imaginationem quidē hic agat de conſtitutione compoſiti, vel de vnione formæ cum materia, vel de eo quod eſt dare eſſe alteri formaliter; ſed ſolum de genere modoue vnitatis conuenientis duabus differentijs, ſiue ſubſtantialibus, ſiue accidentalibus in vnum congregatis, & conſociatis. Quare falſa prorſus eſt prior illa tui ſyllogiſmi præmiſſa. Verum & falſa pariter eſt altera, qua dicis, *Actus aſſiſtens non eſt differentia ſubſtantialis eius, cui aſſiſtit*, ſi nomine differentiæ ſubſtantialis intelligis formam ſpecificam: etenim ex Ariſtotele primum, quod tribuit vitam, adeoque eſt ȥ anima alicuius, eſt illius differentia ſubſtantialis; ſed actus aſſiſtens cælo tribuit vitam, & eſt illius *a* anima; non enim aliunde cælum eſt animatum quam ab Intelligentia ſibi aſſiſtente; vt late ſuperius

† 54. falſ. cit.

ȥ 2. de an. t. 37.

a 2. cæl. t. 13. 63.

riusex Ariſtotele demonſtraui; ergo actus aſſiſtens eſt differenti a ſubſtantialis eius, cui aſſiſtit. Deinde quod tribuit vnitatem numeri, & ſpeciei alicui, eſt eius differentia ſubſtantialis; nam vnum & ens conuertuntur; adeoque vnitas ſpeciei eſt eadem res cum eſſe ſpeciei, quod eſt eſſe ſubſtantiale: ſed
b 12.meta. t.49. cælum eſt vnum numero, & ſpecie, vt ait *b* Ariſtoteles, quia primum quod quid eſt, nimirum primus actus aſſiſtens, eſt vnum numero & ſpecie: quare actus aſſiſtens eſt differentia ſubſtantialis eius, cui aſſiſtit. Deinceps Primum mouens im-
c 8.phyſ.t. 41.& ſeqq. mobile *c* Ariſtoteli eſt pars mouens primi ſeipſum mouentis, adeoque forma qua cælum primo ſeipſum mouet: ſed pars mo-
d 2.de an. t.24. uens, qua quid primo ſeipſum mouet, eſt illius *d* anima, proindeque differentia ſubſtantialis, Ariſtotele doctore: igitur primum mouens immobile, proptereaque actus aſſiſtens, eſt differentia ſubſtantialis. Denique quum actus vbique ſeparet &
e 7.meta. t.49. *e* diſtinguat id, cuius eſt actus ab alio quocumque; proindeque ſit eius differentia; nam ſolius differentiæ munus eſt di-
f cap. de diff. ſtinguere ac ſeparare; quum eam definiat Porphyrius eſſe, qua differunt a ſe ſingula: profecto actus aſſiſtens, quo cælum differt a noſtratibus conſtitutis in eſſe per actus informantes, neceſſario fuerit differentia vel ſubſtantialis, vel accidentalis; ſed Intelligentia non eſt accidentalis cælo, potiſſimum conſiderato prout eſt animatum mobile a ſeipſo; ſumitur enim cælum in definitione primi mouentis; nec alterum ſine altero eſſe poteſt; igitur actus aſſiſtens eſt differentia ſubſtantialis eius, cui aſſiſtit. Sed tu quomodo probas oppoſitum? Actum ſcilicet aſſiſtentem non eſſe differentiam ſubſtantialem eius, cui aſſiſtit.
g pag.34. LIL. Probatur minor, differentia ſubſtantialis *g* conducit ad eſſe, actus aſſiſtens non conducit ad eſſe: ergo actus aſſiſtens non eſt differentia ſubſtantialis. VL. Quomodo probas actum aſſiſtentem non conducere ad eſſe? LIL. Probo primo ſuppoſita doctrina Alberti 2.de an.tr.1.cap.1.illis verbis, *alterum autem in eodem genere ſubſtautiæ acceptum eſt forma, & ſpecies, ſecundum quam dicitur iam formata res naturalis aliquid, eo quod formando ipſum & ſpecificando det ei eſſe.* hæc autoritas probat formam informantem dare eſſe. VL. Dudum oſtendi longe aliud eſſe formare compoſitum, quod conuenit vtrique

que formę tam aſſiſtenti ſubiecto, quam informanti materiam; & aliud eſſe informare materiam, quod non conuenit aſſiſtenti formæ; certum eſt autem hic Albertum agere de forma formante compoſitum, non autem de informante materiam. De qua re conſtat ex Alberto formam omnem formantem res naturales dare eſſe, non autem hoc eſſe proprium formæ informantis ad excluſionem aſſiſtentis. Deinde diſputationi conceſſo, conſtare formam informantem dare eſſe; hoc vt vltro ſemper admiſi, ſic nihil ad propoſitum probationis; quare præterire poteras hoc Alberti dogma, & afferre negati probationem. LIL. Quod vero aſſiſtens non det eſſe, probo in præſentia ex modo loquendi Philoſophorum communiter accepto. VL. Debilem probationem affers: non ne noſti ex Ariſtotele, *h* loquendum eſſe, vt multi loquuntur; ſed ſentiendum non eſſe cum multitudine? nihil proficies, niſi rationem probatricem adhibeas: modus loquendi communiter acceptus nihil probat, potiſſimum apud me. Ceterum videamus, vt tibi morem geram, hunc modum, & eos qui ipſum recipiunt. LIL. Hunc expreſſit Iandunus &c. VL. Obſecro ne proferas in aciem huiuſmodi ſcriptores, quorum dicta ſimplici negatione refellere poſſum. LIL. Sed non credo meliorem explicationem peti poſſe, quam illam, quæ deducitur ex doctrina Auerrois, conſiderante & obſeruante Zabarella lib. de men. hum. cap. 3. quia enim Auerroes credidit animam intellectiuam non eſſe hominis formam informantem, ſed tantum aſſiſtentem, ideo dixit hominem ſecundum eſſe non conſtitui ab anima intellectiua; ſed ad conſtituendum hominem introduxit cogitatiuam formantem intrinſece; ſi vero potuiſſet aſſiſtens conſtituere, ſatis fuiſſet homini applicare intellectum, quamuis non formantem. VL. Longe alia ratio eſt, etiam ſecundum Auerroem, in propoſito de anima intellectiua, & Intelligentia; quum enim præter Intelligentiam in cælo nulla ſit alia forma; quumque res naturalis omnis habeat eſſe a forma ſua; quæ propterea *i* definitur ratio eius quod quid erat eſſe; quumque eſſe animatum, intellectiuum, appetitiuum, ac motiuum ſui ipſius in orbem, ſit totum eſſe cæli; & hoc ipſi poſſit ineſſe ab Intelligentia ſola aſſiſtente; propterea, quod ſupra vidimus, eui-

h 2. top. cap. 2. loc. 5.

i 2. phy. t. 28.

Y den-

k de ſub. orb. cap. 1. dentiſſime k Auerroes conſtituit Intelligentiam aſſiſtentem eſſe formam tribuentem cælo eſſe viuens, intelligens, appetens, & mouens circulo ſeipſum. Videns autem eſſe humanum longe diuerſæ conditionis eſſe, ac non poſſe prouenire homini ab anima aſſiſtente; nam homo eſt vegetans, ſentiens, & a ſeipſo mobile de loco ad locum; anima vero aſſiſtens non eſt mobilis de loco ad locum, neque per accidens ad motum eius, cui aſſiſtit; non conſtituit in eſſe corpus ſenſitiuum; neque augmentabile, neque decreſcibile, neque nutritiuum ſui, neque generatiuum; neque corruptibile, ac mortale; ſed hæc omnia nonniſi a forma informante proueniunt; propterea Commentator homini tribuere eſſe tale humanum vult eſſe munus, quod proueniat ab anima cogitatiua informante, nō autem ab intellectiua, quam putat aſſiſtentem; quod ſi eſſe humanum foret, vt cæleſte, ſolum intellectiuum, appetitiuum, & circulo motiuum a ſeipſo; vt cælo, ſic homini non dediſſet pro forma dante eſſe, niſi animam intellectiuam, quam ipſe cenſuit aſſiſtentem: Quare ſi anima rationalis apud Auerroem aſſiſtens non tribuit eſſe homini, haud propterea ſequitur vt aſſiſtens Intelligentia non poſſit l 1. cæl. t. 20 dare eſſe cælo: nam eſſe l cæli inalterabile, inaugmentabile, inſeneſcibile, ingenerabile, incorruptibile, intellectiuum, appetitiuum, ac circulo motiuum ab interno principio, poteſt prouenire ab actu primo aſſiſtente; quum eſſe humanum generabile, nutribile, ſenſitiuum, & omnino oppoſitas ferę conditiones habens prouenire nequeat homini niſi a forma informante.

m pag. 35. L I L. Sapienter Alex. 8. meta. com. 13. reputat fieri m non poſſe vt forma aſſiſtens conſtituat, & faciat vnum per ſe; dicit enim, *at ſi forma eſſet per ſe, quomodo cum materia vniri poſſet, ne intelligi quidem poteſt omnino.* Forma autem, quæ eſt per ſe, ab Alex. intelligitur quæ eſt complete ſubſiſtens in ſe, qualis eſt forma aſſiſtens; formam autem informantem in eodem com. 13. appellat non per ſe in ſubſiſtentia exiſtentem. V L. Oraui te ſæpius per genium tuum, inclyte Flos, vt abſtineres a fal† 55. falſ. cit. ſis, & † mutilatis citationibus; at quia de hac re non poſſum te ſatis exorare; meum erit earum vitia detegere, ne autoritas tua fucum faciat auditoribus. Omiſiſti verba ſuperiora Alexandri, quibus conſtat aperte, ipſum loqui de Platonicis ideis, non au-

autem de Intelligentijs cælo aſſiſtentibus; ideasque vere dicit eſſe formas ſeparatas, non materiei iunctas; ait enim, *Nam ſi forma ipſa ſeparatim per ſe eſſet, vt idearum aſſertoribus placet, & ſimiliter materia; tunc reuera dubium eſſet, a quo, quæ ſeparata ſunt, & per ſe, vnirentur.* quæ omnia tu ſubticuiſti tibi reclamantia, mihi vero acclamantia; ſed adduxiſti non verba, ſed proximam Alexandri ſententiam, quam ipſe ſubdit immediate his notis, *Nunc quum forma non ſit per ſe in ſubſiſtentia, ſed materia;* & paullo poſt ab Alexandro dicta de ideis, tanquam de formis aſſiſtentibus pronunciata refers, *At ſi forma eſſet per ſe, quomodo cum materia vniri poßet, ne intelligi quidem poteſt omnino.* At vero ideæ non erant Platonis opinione aſſiſtentes formæ, ſed longe ſemotæ ab ijs, quorum formæ dicebantur. Quare nihil ad propoſitum noſtrum hæc autoritas Alexandri, qui negat Ideas Platonicorum procul a materia noſtrati per ſe ſubſiſtentes, nec eam vllo pacto contingentes, vel tactu virtutis, vt dicitur, vniri poſſe cum materia noſtratium; dum nos agentes de formis aſſiſtentibus materiæ cæleſti, quam attingunt ſaltem per contactum virtutis; ego quidem ſtatuo ex Intelligentia & orbe fieri vnum per ſe corpus animatum naturale, naturali motu a ſeipſo mobile, nixus Ariſtotelica doctrina latius in ſuperioribus explorata, & explicata: tu vero viceuerſa contendis, ex Intelligentia & orbe non fieri vnum per ſe, cui motrix Intelligentia ſit intrinſeca. Deinde vero in loco a te citato non negat Alex. formam ſeparatam conſtituere formaliter, ac facere non effectiue vnum per ſe; quod tu vis inde colligere; ſed negat aliud quid ab hoc longe diuerſum, nimirum oppoſitum, dari non poſſe cauſſam effectricem, quæ talem formam ſeparatam, cuiuſmodi eſt idea cum materia iungat; vt datur artifex, qui iungens formam artis in vnum cum ligno facit vnum per ſe in arte, ac vt datur generans in natura iungens formam naturalem cum materia phyſica facit vnum compoſitum naturale: canis etenim generans phyſice canem ſibi filium non poteſt ideam canis a materia ſeparatam cum materia coniungere, ſubdit enim, *Nunc quum forma non ſit per ſe in ſubſiſtentia, ſed materia, exempli gratia, ære, ab artifice mouenda ſine tempore ingeneretur; hoc quam poteſt habere dubitationem a quo hæc vniantur, & fiant*

fiant vnum? & mox. *Quæſtio igitur, quæ petit, a quo animal pedeſtre bipes vnum fiat, eadem eſt, atque ea, quæ inquirit, quid eſt id quod æs globoſum vnum effecit; nec difficultatem habere videtur; alterum enim, id eſt animal pedeſtre, eſt materia, alterum vero forma, videlicet bipes: item æs materia eſt, rotundum vero forma: nihil eſt igitur aliud cauſſa efficiens vnum, niſi cauſſa efficiens in ijs, in quibus eſt generatio. Quod ergo materia, quæ poteſtate erat hoc aliquid, efficit vt eſſet actu id, quod erat potentia, exempli gratia æs, quod potentia erat globus, vt actu globus fieret, eſt artifex, & nihil aliud: Quin vt materia, quæ potentia erat animal, actu animal fieret, nullam aliam cauſſam nouimus, quam ipſam materiam* (dicendum reor, non, *materiam*, ſed *naturam*) *quæ ipſam ſic effinxit, & alterauit. At ſi forma eſſet per ſe, quomodo cum materia vniri poſſet, ne intelligi quidem poteſt omnino.* Sic igitur apparet hic Alexandrum agere de ideis, non de intelligentijs aſſiſtentibus; & de cauſſa efficiente, quæ dat eſſe effectiue; non autem de cauſſa formali, quæ dat eſſe formaliter; quæ duo tu ſuperius ab inuicem diſtinxiſti: Negat enim Alexander in præſentia, formam ſeparatam, cuiuſmodi eſt Idea Platonicorum, habere vllam effectricem cauſſam, qua vniatur cum materia; & nihil prorſus de eo, quod tu illi nunc imponis, fieri non poſſe vt forma aſſiſtens conſtituat & faciat vnum per ſe; quod ex Alex. probare contendis. Præterea vero, neque proficeres hilum, ſi tale quid Alexander de motricibus Intelligentijs dixiſſet; quia, vt ſupra demonſtratum eſt, Alexander poſuit cælum animatum anima quadam informante, qua moueatur efficienter in orbem, vt homo ab anima ſua; motricem vero Intelligentiam ſtatuit mouere ſolum ſub ratione finis; nec vnquam dixit hanc aſſiſtere cælo: noſtra vero
n 2. phy. t. 73. diſputatio eſt de Intelligentijs *n* phyſice mouentibus, ac ſub ratione principij actiui, cauſſæque motum efficientis; quæ in
o 2. cæl. t. 13. Peripato dicuntur *o* animæ cælorum, & ita cælis per aſſiſtentiam
p 8. phy. t. 84. jungi, vt vnum per ſe conſtituant a ſeipſo mobile, in quo *p* inſint, veluti *q* partes in toto. Quare nihil ad propoſitum
q 8. phy. t. 41. & ſeqq. tuum Alexandri doctrina de Intelligentijs. LII. Concludam hoc caput & ſectionem cum expreſſa doctrina Ariſtotelis, dilucidando eam cum Alex. & D. Thoma, Quod conſtituit aliquid in eſſe, dat etiam illi vnitatem per ſe; forma aſſiſtens cum

co,

eo, cui aſſiſtit, non facit vnum per ſe; ergo forma aſſiſtens non conſtituit aliquid in eſſe. VL. In primis, diſputationis gratia, lubet adnotare, falſum eſſe ſimpliciter primum illud enunciatum, Quod conſtituit aliquid in eſſe, dat etiam illi vnitatem per ſe; quoniam aggregatum ex ſubſtantia & accidente in natura non eſt vnum per ſe, ſed vnum per accidens, vt expreſſis verbis nos edocet *r* Ariſtoteles; at vero forma informans in termino generationis conſtituit in eſſe indiuiduum phyſicum, quod non eſt pura ſubſtantia, ſed aggregatum ex ſubſtantia & accidente: falſum eſt ergo quod abſolute dicitur, Conſtituens aliquid in eſſe, dare illi quoque vnitatem per ſe. Porro formam informantem in termino generationis conſtituere aliquid in eſſe, nemo negauerit, & ipſe concedis vltro, ratioque conuincit, quum forma informans ſit ratio eius quod quid erat *ſ* eſſe; & generatio ſit mutatio de non eſſe ad *t* eſſe. Quod autem forma informans in termino generationis conſtituat in eſſe indiuiduum, conſtat aperte ex *u* Ariſtotele decernente non generari vniuerſale animal, ſed hoc animal in indiuiduo, nec hominem in vniuerſali, ſed hunc & illum particularem hominem. Quod autem indiuiduum a forma conſtitutum in eſſe in termino generationis non ſit pura ſubſtantia, ſed ſubſtantia quantitate, qualitate affecta, & alijs accidentibus, vnicuique conſtat ex *x* Porphyrio definiente indiuiduum eſſe quod ex proprietatibus conſiſtit, quarum collectio nunquam in alio eadem erit: ſed & ratione, quia quod generatione conſtituitur eſt ſubſtantia naturalis; ſubſtantia vero naturalis qua naturalis eſt, eſt corpus * ſenſibile, ac mobile; ſenſibile autem non eſt niſi ratione accidentium; mobile autem non eſt, niſi continuum ſit, & in loco. RO. Non ne poteſt conſiderari ſubſtantia compoſiti in termino generationis in ea prioritate naturæ, qua præcedit cuncta ſua accidentia? VL. Poteſt, o Roſa, ſed hæc conſideratio Metaphyſica eſt de ſubſtantiæ entitate propria; non autem phyſica eſt; quum ſcientia de natura verſetur circa corpora magnitudinem habentia, quod ait *y* Ariſtoteles, circa corpora & magnitudines, & horum paſſiones, atque motus: nec phyſicus abſtrahere poteſt a motu; proinde namque diſtinguitur a *z* Mathematico. Quinimmo nec generari poteſt

r 5. meta. t. 7.

ſ 2. phy t. 28.

t 5. phy. t. 4. & ſeqq.

u 1. de gen. t. 40.

x cap. de ſpec.

* 1. cæl. t. 97. 98.

y 1. cæl. t. 1.

z 2. phy. t. 17. 18. 19.

teſt ſubſtantia pura ſine accidentibus, neque forma conſtituere poteſt ſubſtantiam puram ſine accidentibus; tum quod accidentia pleraque communia ſunt genito & corrupto; vt ait non
a 1.de gen. t. 24. ſemel Ariſtoteles, aſſerens, in aqua genita ex aere manere paſſionem eandem tranſparentiæ, quę pręfuit in aere; ſcribensque,
b 1.de part. cap. 1. *Igitur ſi animalium, membrorumque vnumquodque figura, coloreque eſt, recte Democritus diſſerit, qui ex ijs ipſis putaſſe animalia conſtare videtur; quippe qui conſpicuum eſſe dicat, qualis forma ſit homo; quaſi ſua ipſe homo figura, coloreque pateat: atqui mortuus homo, quanquam figuræ formam habet eandem, tamen homo non eſt*. tum quia vulgatiſſima dignitas eſt phyſiologica, Quod dat formam, dat etiam conſequentia formam: hæc autem ſunt accidentia: Quare quod a forma informante conſtituitur in termino generationis naturalis, non eſt nuda ſubſtantia ſine accidentibus, ſed ſubſtantia phyſicis accidentibus iuncta, cum quibus facit vnum per accidens; adeoque verum abſolute non eſt dogma, quod dicebas, Quod conſtituit aliquid in eſſe, dat etiam illi vnitatem per ſe. Sed quomodo probas tuum hoc theorema? LIL. Probatur argum. t. 3. lib. 4. meta. *idem eſt*, inquit Ariſ. *homo, ens homo, vnus homo*. & vt bene declarat S. Th. ibidem lec. 2. qui producit hominem, producit ens hominem, & qui producit ens hominem, producit etiam vnum hominem: ergo quod dat eſſe, dat etiam vnitatem in illo eſſe. VL. Vnitas duplex eſt, altera tranſcendentalis, quæ conuertitur cum ente, & a metaphyſico ſolo conſideratur; & non eſt capax diſtinctionis per ſe, & per accidens; & de tali vnitate loquitur Ariſtoteles in loco citato: Sed altera eſt vnitas prædicamentalis, & ad quantitatem pertinet, & eſt conſiderationis phyſicę, poteſtque diuidi in per ſe, & per accidens; de qua ſermo eſt in argumento meo, & in tuo theoremate; nam in termino generationis ſubſtantialis forma informans dat genito non eſſe tranſcendentale, ſed eſſe prædicamentale; conſtituit enim in eſſe indiuiduam ſubſtantiam tantam, & talem; cuius eſſe non eſt vnum per ſe, ſed aggregatum per accidens ex ſubſtantia & accidente; nunquam enim ſubſtantia & accidens ſimul iuncta coeunt in vnam eſſentiam per ſe; ſed ſemper component eſſentiam vnam per accidens: diuiſionem autem vnius in tranſcen-

den-

Digitized by Google

dentale,& prædicamentale propoſitam,& harum vnitatum diuerſitatem ab inuicem; & loco citato Magiſtrum agere de vno tranſcendentali,non autem de prædicamentali, videre poteras apud D.Tho.in eodem loco dicentem,*Vnum igitur,quod eſt principium numeri, aliud eſt ab eo, quod cum ente conuertitur: vnum enim,quod cum ente conuertitur, ipſum ens deſignat, ſuperaddens indiuiſionis rationem; quæ quum ſit negatio,vel priuatio, non ponit aliquam naturam enti additam: & ſic in nullo differt ab ente ſecundum rem, ſed ſolum ratione: nam negatio, vel priuatio non eſt ens naturæ, ſed rationis,ſicut dictum eſt: Vnum vero, quod eſt principium numeri,addit ſupra ſubſtantiam rationem menſuræ, quæ eſt propria paſſio quantitatis,& primo inuenitur in vnitate* &c.dum autem *c* Ariſt. *c* 1.de gen.
ait vniuerſale non generari, ſed indiuiduum; nomine indiuidui t.40.
ſignificat vnum numero; quod eſt compoſitum ex ſubſtantia & quantitate, adeoque vnum per accidens. Quare ex vnitate tranſcendentali ab Ariſtotele propoſita, & a D. Thoma explicata, colligere non potes vnitatem numeri, de qua nos agimus in præſentia. Ceterum vlterius nego formam aſſiſtentem cum eo,cui aſſiſtit,non facere vnum per ſe; ratioque negationis multiplex eſt, ab Ariſtotele petita; primum quidem, quia mobile a ſe ipſo conſtitutum ex parte mouente & parte mota eſt vnum per ſe, cuius vnitas pendet ex parte mouente: ſed *d* Ariſtoteli cælum eſt mobile a ſeipſo conſtitutum ex primo mouente immobili, quod eſt aſſiſtens intelligentia, & ex *d* 8.phy.t. 41.& ſeqq.
parte mouente; & orbe cæleſti, vt ex parte mobili; quod ſupra latius oſtendi: ergo forma aſſiſtens cum eo, cui aſſiſtit, facit vnum per ſe. Deinde ex anima & corpore fit animatum, quod eſt vnum per ſe, vt ait *e* Ariſtoteles; ſed eidem cælum eſt *f* animatum, cuius anima nulla eſt alia, quam aſſiſtens intelligentia, cuius participatione dicitur moueri a ſeipſo; ergo ex aſſiſtente forma, & eo cui aſſiſtit, fit vnum per ſe. Deinceps, vnitas ſpeciei eſt vnitas eſſentialis, adeoque per ſe, non autem accidentalis; vt ait *g* Ariſtoteles: ſed cælum decreto Magiſtri propterea eſt vnum numero & ſpecie, quia primum quod quid eſt, quod nihil eſt aliud quam aſſiſtens cælo Intelligentia, eſt vnum numero & *h* ſpecie: igitur aſſiſtens intelligentia facit vnum per ſe cum eo,cui aſſiſtit. Denique vnitas per ſe pendet eodem

e 2. de an. t.7.
f 2. cæl. t. 13.
g 5.meta.t. 8. & ſeqq.
h 12.meta. t.49.

modo

i 2. de an. t.7. modo a forma in arte, atque in natura; vt colligitur ex *i* Ariſtotele: ſed in arte militiæ vnitas exercitus pendet ab vnitate Ducis, qui eſt forma exercitui aſſiſtens: ergo mundus, qui eſt vnum per ſe, & ab *k* Ariſtotele in propoſito noſtro comparatur exercitui, ſui vnitatem habet, quia gubernatur ab vna prima forma aſſiſtente. Sed qua ratione probabis formam aſſiſtentem cum eo, cui aſſiſtit, non facere vnum per ſe? LIL. Minor propoſitio apertiſſime probatur per 7. meta. t 49. vbi Ariſt. dicit duo actu exiſtentia non poſſe facere vnum actu: ex quo t. communiter deſumitur illa propoſitio celeberrima, ex duobus entibus in actu non poſſe fieri vnum per ſe. hunc locum tractans Alex. 7. meta. com. ſuo 38. circa finem ſic ait, *nunquam enim duæ ſubſtantiæ actu exiſtentes vnam ſubſtantiam conficiunt, quæ actu valeat exiſtere, vt homo hic non poteſt cum hoc homine ad vnius hominis conſtitutionem conuenire*. VL. Nec Ariſtoteles, nec Alexander tibi prodeſt, aut mihi obeſt: non Ariſtoteles, quia vult ille vnum per ſe fieri non poſſe ex duobus, non quidem quæ ſimpliciter actu ſint, vti tu putas, ſed quæ in eodem inexiſtant vt actu; verum oportere vel vt vtrumque ſit in potentia ad tertium ex ijs conſtitutum, vel vt alterum ad alterum ſe habeat vt actus ad id quod eſt in potentia; & nomine actus non ſignificauit rem, ſed modum formalem rei; vt olim *l* dicens aduerſus antiquos ens fieri ex ente, & ex non ente, monuit ſe nomine entis, & non entis, non ſignificare id quod eſt, neque id, quod non eſt; ſed quatenus eſt, & quatenus non eſt; quod non animaduertentes illi errauerunt; ita ſcribens in propoſito, * *Impoſſibile enim eſt ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe, quæ ſic inſunt, vt actu: quæ enim duo ſic actu ſunt, nunquam vnum actu ſunt; ſed ſi potentia duo ſunt erunt vnum; vt duplum ex duobus dimidijs potentia; actus namque ſeparat: Quare ſi ſubſtantia vnum, non erit ex ſubſtantijs inexiſtentibus, & ſecundum hunc modum* &c. quare non ait Ariſt. duo actu exiſtentia non poſſe facere vnũ actu, quod tu illi falſo † imponis, at longe quid aliud, ex duabus ſubſtantijs, quæ ſic inſunt in aliqua ſubſtantia, vt actu, ſubſtantiam fieri non poſſe; ſed oportere vt vtraque ſit in potentia ad totum, vel vt altera ſit in potentia ad alterum velut ad actum. Modo in cælo, quod Ariſtoteles ponit animatum, & mouere ſeipſum, &

agno-

Margin notes: k 12. meta. t. 52. & ſequentib. — l 1. phy. t. 74. 77. — * 7. meta. t. 49. — † 56. falſ. cit.

Digitized by Google

agnoſcit in eo duas partes mouentem & motam, quarum illa eſt intelligentia aſſiſtens, & hæc orbita cæli; hæ duæ partes in cælo non ſunt ambæ vt actu, ſed orbita corporis cæleſtis in cælo animato, & a ſeipſo mobili, eſt vt ſubſtantia in potentia natura ſua ad vitam ſibi communicabilem ab intelligentia, quatenus hæc eſt anima cæli; & ad motum ſibi communicabilem ab eadem intelligentia, quatenus eſt motiua cæli: in eodem vero animato cælo ſeipſum mouente intelligentia aſſiſtens eſt vt actus tribuens vitam cælo, & vt mouens; nam m Ariſtoteli mouens mouet quatenus eſt actu. Sic igitur Ariſtoteles inquiens *impoſſibile eſſe ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe, quæ ſic inſunt*, in ea ſcilicet, *vt actu: quæ enim duo ſic actu ſunt, nunquam vnum actu ſunt*, vt a te peruertitur, quaſi dixerit, duo actu exiſtentia non poſſe facere vnum actu; ita tuum dogma non probat, nec meum infirmat. Licet autem Intelligentia ſub ratione entis abſolute, ſubſtantiæque incorporeæ ac intellectualis; & orbita cæleſtis in ratione ſubſtantiæ corporeæ, ac entis, ſub qua formalitate conſiderantur a metaphyſico, ſint duo entia actu; tamen ſub ratione primi mouentis & primi mobilis, & ſub ratione animæ & corporis viuificati, quà pertinent ad phyſicum, inſunt in ſubſtantia cæleſti alterum vt actus, & alterum vt potentia; quare ſimul iuncta conſtituunt vnum per ſe: ſic elementa ſingula ſeorſum ſub ratione terræ, aquæ, aeris, & ignis actu ſunt per ſe ſubſiſtentia; tamen exijs vt miſcibilibus fit vna per ſe ſubſtantia miſti, in qua ignis, vel prædominans elementum ad alia ſe habet vt actus ad potentiam, nimirum vt actus continens ad materiam contentam. Alexander itidem a nobis eſt, qui loquitur de ſubſtantijs eiuſdem ordinis ac ſpeciei, & non ſubordinatis ad inuicem; beneque ait, hominem hunc non poſſe cum homine hoc altero ad vnius hominis conſtitutionem conuenire: ſed intelligentia erga cælum non ſe ſe habet vt vnus homo ad alterum in natura; quum Intelligentia ſit diuerſæ ſpeciei a cæleſti corpore, ac illi vniatur, & ad ipſum ſe habeat, vt actus aſſiſtens, ad materiam, quæ eſt in potentia ad perfectionem ab eo actu ſibi communicari ſuetam, nimirum ad vitam, quæ cælo competit, & ad motum a ſeipſo. vnus autem homo ad alterum non ſit natura ſubordinatus; ſed in vna & eadem ſpecie vterque contineatur,

m 3. phyſ. t. 17. 18.

Digitized by Google

tur, & vterque ſit pariter actu: cæleſte ſiquidem corpus licet ſit actu corpus, & actu ſubſtantia; ſimiliter Intelligentia ſit actu ens, actu ſubſtantia; tamen in relatione ad vitam & ad motum, corpus eſt potentia ad vitam, quæ ſibi ab intelligentia communicatur, & ad motum ab eadem ſibi impertitum; quare ex Intelligentia vt actu viuificante & mouente & orbe, vt natura ſua mobili, & viuificabili conſtituitur vnum per ſe animatum, & mouens ſeipſum, apud *n* Ariſtotelem; quod obſeruat *o* D. Th. non ne tibi menſtruus ſanguis, vel fœtus humanus ante adeptionem animæ rationalis in vtero eſt corpus actu, ſubſtantia actu, miſtum actu? quomodo ergo faciet vnum per ſe hominem coniunctus menſtruus ille vel fœtus cum anima rationali, quæ ſubſtantia eſt actu, & omnino actus fœtui *p* forinſecus adueniens? an quia ſanguis & fœtus, etſi ſit actu ſubſtantia, eſt tamen in potentia ad animam rationalem, & ad vitam ab ea recipiendam? ita cogita de forma aſſiſtente, & eo cui aſſiſtit, quod natura ſua eſt in potentia ad eſſe animatum, & mobile a ſeipſo ſibi cõmunicabile ab intelligentia, & ad ipſammet intelligentiam, tanquam ad actum ſibi proprium. LIL. *q* Et S. Tho. eodem 7. meta. lec. 13. addit, *ad hoc vt aliqua fiant vnum actu, oportet quod omnia concludantur ſub vna forma, & quod non habeant ſingula ſingulas formas, per quas ſint actu*: & paullo poſt addit, *eſt enim intelligendum quod duo in actu exiſtentia nunquam faciunt vnum*: ſed forma aſſiſtens, & illud, cui aſſiſtit, ſunt duo entia in actu completo, quorum vtrumque habet ſuam formam, & ſuum ſubſiſtere: ergo ex illis non poteſt conſurgere aliquod tertium vnum per ſe; ergo neque fieri inde poteſt vera, & realis conſtitutio, quæ attenditur penes eſſe, & vnitatem per ſe. VL. Hæc vltima ratio duobus ſubordinatis conſtituta ſyllogiſmis, nihilo firmior eſt antecedentibus; quum nitatur falſis dogmatibus. Falſum in primis eſt primum theorema proſyllogiſmi ſumptum abſolute, *ad hoc vt aliqua fiant vnum actu, oportere quod omnia concludantur ſub vna forma, & quod non habeant ſingula ſingulas formas, per quas ſint actu*: nam etſi D. Tho. cum Ariſtotele confutans Ideas eo loci, tale dogma potuit coarctatum ad idearum materiam aſſumere tanquam verum, quia ideæ nunquam cum eo, cuius eſſe formæ dicuntur a Platonicis,

n 8. phyſ. t. 41. & ſeqq. 2. cæl. t. 13.
o 2. con. gẽ. cap. 70.
p 2. de gen. an. cap. 3.
q pag. 36.

nicis,coniunguntur in vnum, neque concluduntur ſub vna forma; tamen a te proponi non poteſt in propoſito noſtro de Intelligentijs & orbibus cæli, ac omnino de rebus naturalibus, quæ in vnum reuera copulantur: nam ex quatuor elementis actu ſubſiſtentibus, quorum ſingula ſingulas formas habent, per quas ſunt actu ignis,aer,aqua,& terra,fit nihilominus miſtum vnum per ſe,quod habet veram & realem conſtitutionem, quæ attenditur penes eſſe ac vnitatem per ſe: taleſque formas habent ſingula non ſolum ante miſtionem, dum non adhuc ſunt ſub vna miſti forma communi, ſed etiam decretis Auicennæ, quem plurimi ſapientiores audiunt,& r Ariſtotelis negantis elementa in miſtionis actu corrumpi, ſed aſſerentis ea ſaluari, & non deperdi; quod fieri non poteſt niſi cum propriarum formarum conſeruatione,& incolumitate; ſolumque conuenire in vnum atque miſceri poſſibilia ſeparari rurſus. RO. Licet elementa ſingula ſingulas formas habeant, per quas actu ſunt; attamen ex ijs fieri poteſt miſtum vnum per ſe,quia ſunt adhuc in potentia ad formam miſti. VL. Iam ita non erit ſimpliciter contra me illa maior; nam & orbis negari non poteſt quin ſit in potentia ad formam aſſiſtentem. Deinde vero, non ne tibi ex materia & forma informante fit vnum per ſe? LIL. Ita. VL. Quomodo docebis materiam & formam informantem ambas eſſe ſub aliqua vna forma? & vtraſque concludi ſub vna forma; quum ibi non ſit alia vlla forma ſub qua forma informans concludi valeat? Falſum eſt igitur vniuerſale dogma tuum, ad hoc vt aliqua fiant vnum actu, oportere quod omnia concludantur ſub vna forma;quum ſatis ſit ſ Ariſtotele doctore, vt vnum ſe habeat ad alterum, ceu materies ad formam, & id quod eſt in potentia ad actum ſuum,cuiuſmodi ſe habere cæleſte corpus ad Intelligentiam,dudum oſtendi.Sed vlterius falſum eſt alterum theorema quoad omnes ſuas partes: falſum in primis eſt, formam aſſiſtentem, & id,cui aſſiſtit, eſſe duo entia in eſſe completo;nam t Ariſtoteles ipſe, Diui quoque u Thomę obſeruatione, decernit primum mouens immobile, & corpus cæleſte, cui aſſiſtit, eſſe duas partes vnius animati,quod mouetur a ſeipſo: modo nulla pars habet eſſe x completum Ariſtoteli, ſed eſſe completum eſt ſolummodo totius: licet ſub alia ra-

r 1. de gen. t. 84.

ſ 2 de an. t. 7.

t 8. phyſ. t. 41. & ſeqq.

u 1. p. q. 70. ar. 3.

x 3. phyſ. t. 63. 2. cæl. t. 2. 5. meta. t. 21.

tione poſſint habere completum eſſe; nam vt in arte nauigandi nauta ſine naui non eſt quid in eſſe completo; quia formaliter vt nauta, ſine naui munere nautæ fungi non poteſt; etſi vt homo ſit quid in actu completo: & nauis abſque nauta licet in arte fabrili abſolute ſit corpus actu artificioſum habens formam artificioſam in actu completo ab artifice nauium fabro; tamen in alia nauigandi arte formaliter non eſt ens in actu completo,
y 2. de an. t. 11. ſed eſt materia quædam incompleta, & in potentia ad y nautam, velut ad ſui formam & complementum eſſentiale; cum quo iuncta nauis non minus facit vnum per ſe in arte nauigandi, quam in arte figurandi ex cera & figura fieri vnum per ſe monuit
z 1. de an. t. 7. z Ariſtoteles, & in natura ex anima & corpore: ſic orbita cæli de ſe ſine intelligentia (vt hoc diſputationi concedam) in entium genere habet eſſe completum; & intelligentia vt ſubſtantia incorporea, & intellectualis in ſe ſpectata apud Metaphyſicum habet eſſe completum; attamen in natura apud Phyſiologum orbita cæli de ſe ſine Intelligentia non habet eſſe comple-
a 8. phy. t. 41. & ſeqq. tum, ſed incompletum, quum ſit a pars materialis & mota eius quod mouetur a ſeipſo; & Intelligentia vt primum mouens, & viuificans cælum, ac anima cæli, ſpectata in ſe ſine cæleſti corpore, cui vitam elargitur, non eſt ens quoddam totum, ſed pars eius, quod eſt animatum. Falſa deinde pars altera dogmatis eſt, qua dicis, formam aſſiſtentem, & id, cui aſſiſtit, vtrumque ſeorſum habere ſuam formam; quia forma aſſiſtens ipſa quidem forma eſt alterius, nimirum eius, cui aſſiſtit; at non habet ipſa formam aliam ſui; quia motricis Intelligentiæ, quæ ſimplex forma eſt, nulla prorſus alia forma eſt; orbita quoque cæleſtis nullam Ariſtoteli formam aliam habet ſubſtantialem præter Intelligentiam aſſiſtentem, qua viuificatur, & animatur in id, quod eius participatione dicitur moueri a ſeipſo; vt late ſuperius oſtenſum eſt ex Ariſtotele. Profer in propoſito demum ſi quid aliud habes. LIL. Habes hactenus lector fundamenta mea generaliter iacta: nunc lege obſeruationes circa dicta &c. VL. Quum fundamenta prius a te iacta, iam a me funditus euerſa fuerint, nulla me manet amplius neceſſitas dicenda, quæ talibus fundamentis fulciuntur, animaduertendi; tum quod ſponte ſua corruunt; tum quod oporteret re-

petere

pêtere ſæpius iam dicta: Sed tamen aliqua potiora breuiter conſiderabo, demonſtraboque non minus illa recedere a veritate quam ſuperiora, priuſquam ad ea conſideranda progrediar, quę nouo volumine tibi libuit, inclyte Flos, afferre contra meum placitum de varia propenſione rationalis animæ ad corpus. Ago profer a te notata in meis dictis. LIL. Proponitur *b* in pag. 2. a Collega diuiſio primi mouentis; & aſſignantur quatuor prima mouentia non mota, Finis, mouens ſeipſum, Intelligentia, Deus. Hæc diſtinctio mihi approbanda videtur, dummodò nec finem, nec mouens ſeipſum credamus eſſe prima mouentia abſolute, & ſimpliciter; ſed tantum ſecundum quid, & in tali ſuo genere: de fine quidem fatetur etiam hic Exc. Collega meus pag. 3. VL. De finali cauſſa generatim ſumpta duo prædicati dudum attributa; quod ſit primus motor, & quod ſit immobilis; dum eam dixi eſſe primum motorem immobilem; ac vt eam aſſerui non eſſe immobilem abſolute, ſed formaliter; ita nunquam ego dixi, quod tu mihi nunc imponis falſa † citatione, finalem cauſſam non eſſe primum mouens ſimpliciter, & abſolute, ſed ſolum ſecundum quid, & in ſuo genere. verba mea fuerunt, *c Prima igitur ſignificatio Primi-Motoris immobilis eſt, quia denotatur cauſſa finalis in vniuerſum. Cæterum hic Primus-Motor non eſt immobilis abſolute, ſed ſolum formaliter, quatenus mouet agens ad ſui adeptionem; quum extra talem rationem Finis moueri valeat: ſanitas enim alterationem patitur, ortum, & interitum.* Sic igitur ego dixi, hunc primum motorem, qui finis dicitur, non eſſe immobilem abſolute; tu ais me dixiſſe, Finem non eſſe primum mouens abſolute, ac ſimpliciter, ſed ſecundum quid; peruertens meæ propoſitionis ſubiectum in locum prædicati; & prædicatum abolens omnino; adeoque ſenſum proprium mei dogmatis mutans, & corrumpens in alienum. Nonne tibi diuerſæ ſunt hæ propoſitiones? *Primus Motor Finis non eſt immobilis abſolute, ſed ſolum formaliter;* quam ego dixi: & *Finis non eſt primum mouens abſolute, ſed tantum ſecundum quid, & in tali ſuo genere;* quam tu mihi nunc imponis: mihi quidem adeo diuerſæ ſunt, vt illam ego meam iudicem eſſe veram, vt oſtendi: tuam vero hanc a te falſo mihi impoſitam cenſeam eſſe falſam; nam Ariſtoteles illi contrariam approbet, inquiens, *d Ad hæc*

quum

b pag. 38.

† 57. falſi cit.

c 1. de nat. pr. mo. p. 3.

d 1. de par. cap. 1.

Digitized by Google

quum plures cauſſas generationis naturalis eſſe videamus , ſcilicet
eam , cuius gratia res gignantur ; atque eam , vnde mouendi prin-
cipium ſit ; definiendum de ijs etiam eſt , quæ nam prima , quæ ſecunda
haberi debeat : Principatum ſane illa obtinere videtur , quam ſub hoc
verbo , cuius gratia , ſignificamus . Ariſtoteles igitur hic effectri-
cem cum finali cauſſa comparans in ratione primæ cauſſæ , ſeu
primi principij mutationis ; aſſerensque dici poſſe quidem
vtramque primam cauſſam , primumque principium motus,
adeoque primum mouens ; attamen in hac ratione primi, prin-
cipatum ſupra cauſſam effectricem habere cauſſam finalem : vt
aperte docet finalem cauſſam eſſe primum mouens non minus
quam effectricem , immo magis ; quum certum ſit efficientem
cauſſam eſſe primum mouens abſolute , & ſimpliciter, non au-
tem ſecundum quid & in tali ſuo genere ; tibi reclamat aperte ,
conſtituenti Finem non eſſe primum mouens abſolute , & ſim-
pliciter , ſed ſecundum quid , & in tali ſuo genere ſolum .
L I I. In eadem pag. 2. proponitur t. 23. 12. meta. quaſi ibi lo-
quatur Ariſt. de cauſa finali, & verba illius t. ſunt hæc , *Et prima*
cauſa, vt mouens in alio alia. Sanitas, morbus, corpus, &c. Dico hunc
t. non bene allegari ad oſtendendum loqui Ariſt. de cauſa fina-
li: & ſanitatem in illo t. dico non accipi pro fine, ſed pro forma :
& de fine ibi nullam fieri mentionem : Ariſt. enim in illo t. lo-
quitur de tribus intrinſecis elementis, ideſt, de materia, de for-
ma, & de priuatione , & de vna cauſa extrinſeca , videlicet mo-
uente , ſiue efficiente ; & accipit ſanitatem tanquam formam ,
morbum veluti priuationem , corpus tanquam ſubiectum , ar-
tem medendi tanquam cauſam efficientem, vt ibi omnes expo-
ſitores explicant , præcipue Alex. & D. Tho. & quod de fine ibi
non fiat mentio apparet ex S. Tho. manifeſte , qui dubitat cur
ibi Ariſt. nihil de fine ; & reſpondet , quia *finis non eſt principium*
niſi prout eſt in intentione mouentis : & quamuis ad formam poſſit
reduci finis , quod notarunt in illo t. Alb. & Sueſſ. tamen non
habetur ex illo t. formam eſſe finem, ſed alibi, vt 2. phyſ. 70. 74.
& 81. quocirca quum t. 23. lib. 12. meta. ſanitatem accipiat vt
formam, non vt finem, non bene ad finis expreſſionem credo ci-
tari illum t. 23. Scio alibi ſanitatem acceptam eſſe vt finem 2.
phy. 29. & 2. poſt. 51. Sed in illo t. 23. dico ſic non fuiſſe acce-
ptam;

ptam; & ideo male ad hoc propoſitum allegari. V L. Etſi
parum referat hæc obiectio, quam ſic amplias, ad noſtræ diſpu-
tationis cardinem; quum alia pleraque loca deduxerim ibidem
ex Ariſtotele demonſtrantia finem eſſe primum mouens: atta-
men eo loci Magiſtrum ſanitatis nomine finalem cauſſam de-
notare, facile conuincam: integer textus Ariſtotelis eſt, e *Quum* e 12. mcta. t. 23.
vero illæ non ſolum, quæ inſunt, cauſſæ ſint, verum etiam ex his, quæ
extrinſeca ſunt, illud quod mouet; patet quod aliud eſt principium,
aliud elementum: ambo vero cauſſæ ſunt, & principium in hæc diui-
ditur: Quod autem vt mouens, vel ſiſtens eſt, principium quoddam,
& ſubſtantia eſt: Quare elementa quidem analogice tria: cauſſæ vero,
atque principia quatuor: aliud vero in alio: & prima cauſſa, vt mo-
uens, in alio alia: ſanitas, morbus, corpus: mouens, ars medendi: for-
ma, inordinatio talis, lateres; mouens, ædificatiua. & nimirum in hæc
diuiditur principium. Applicemus huic textui tuam obiectio-
nem: ais primo Ariſtotelem hic nullam habere mentionem de
fine, ſed agere de tribus intrinſecis elementis, quæ ſunt mate-
ria, forma, & priuatio; & de vna cauſſa extrinſeca, quæ mouens
eſt & efficiens. Sed ex aduerſo primum noto Magiſtrum non
in hoc textu, verum in ſuperiori egiſſe de tribus principijs in-
trinſecis & elementis: in hoc autem dicit ſe tractare tum de
tribus elementis intrinſecis; tum de principijs extrinſecis, nu-
mero multitudinis, expreſſeque de cauſſis, quas ait eſſe qua-
tuor; atque adeo de fine; quo prætermiſſo non ageret de qua-
tuor cauſſis, neque de principijs extrinſecis; quum finis ſit &
vna quatuor cauſſarum, & vnum ex duobus principijs extrin-
ſecis; hæc etenim omnia ſunt duo tantum, efficiens, & finis.
Deinde fateris Ariſtotelem hic ſumere ſanitatem, vt formam;
morbum, vt priuationem; corpus, vt ſubiectum; tanquam tria
elementa intrinſeca, artem, vt effectricem, tanquam princi-
pium extrinſecum. Ceterum tria illa elementa, materia, for-
ma, & priuatio, quæ tu dicis intrinſeca: dic obſecro, cui ſint in-
trinſeca? poſſunt enim referri ad duo; nimirum ad generatio-
nem, ſeu motum; & ad rem genitam, ſeu motam: Sane dici ne-
queunt intrinſeca rei genitæ; quia priuatio non permanet in re f 1. phy. t.
genita; nec vnquam eſt in illa, ſed ſemper extra illam, vt docet 59. 60. 61.
f Ariſtoteles: ergo tibi dicentur eſſe interna generationi, ſiue & ſeqq.

mo-

motui; & vere; nam priuatio eſt terminus a quo, forma terminus ad quem, & materia ſubiectum generationis; cuius eſſentia intrinſece conſtituitur ex his tribus; mutatio ſiquidem eſt tranſitus materiæ a priuatione ad formam: Verum enimvero, licet ille terminus, ad quem tendit mutatio, relatus ad rem genitam, ſit eius forma; relatus tamen ad mutationem, non eſt ipſius forma, ſed proprie finis; tum quia eſt bonum, & vltimum in mutatione; quod eſt idea *g* finis, prout a forma contradiſtinguitur: tum quia eſt res permanens; quum idea, ſeu forma motus ſit in fluxu poſita. Sanitas ergo, quæ tibi ſumitur hic veluti principium internum medicationis, proprie ſumi debet vt finis formaliter, non autem vt forma, niſi materialiter ac minus proprie, quatenus ſanitas, quæ finis eſt medicationis, ſiue ſanationis, ac omnino operationis medici, eſt forma corporis ſani effecti. Quare tua interpretatio textui non congruit, excludens cauſſam finalem. Sed quum & ego ius habeam interpretandi, longe ſecus Ariſtotelis hunc locum explico, dicens Ariſtotelem in hoc textu primum diuidere cauſſas in intrinſecas, & extrinſecas: elementaque ponere inter cauſſas intrinſecas; at mouentes cauſſas inter principia extrinſeca: dein aſſerere elementa generationis eſſe analogice tria, vt ſuperiori textu docuerat: cauſſas vero atque principia generatim eſſe quatuor; quæ principia ſic inter ſe coniuncta non ſunt in eadem mutatione, quin eorum aliud ſit in alio ſubiecto: & hoc ſpeciatim explicans de principio, quod eſt cauſſa primo-mouens, ait, *Et prima cauſſa, vt mouens, in alio alia;* ſcilicet quum cauſſa primo-mouens in omni motu gemina ſit, efficiens, & finis; vt *h* alibi docuerat, & nos nuperrime notauimus; non eſt exiſtimandum vtramque ſimul eſſe in eodem ſubiecto; ſed *in alio alia* eſt; quia efficiens in vno ſubiecto eſt, finis in alio ſuppoſito: id autem ſtatim comprobat Ariſtoteles argumento ducto a natura motus ſanationis, & ædificationis, addens, *Sanitas, morbus, corpus; mouens ars medendi;* nimirum prima cauſſa, quæ finis eſt in motu ſanationis, aut medicationis, eſt vna ſanitas; quæ, pariter ac morbus, habet pro ſubiecto corpus; etenim ſanitas, & morbus contraria ſunt inter ſe; contraria vero nata ſunt fieri in *i* eodem ſuſceptibili; quemadmodum conſtituit Ariſtoteles: at vero

g 2. phyſ. t. 23. 31.

h 1. de part. c. 1.

i Præd. c. de opp.

cauſſa

cauſſa prima, quæ eſt effectiue *mouens*, non eſt in corpore, tanquam in ſubiecto, ſed in intellectu Medici; quum ſit *ars medendi;* ſiquidem ars omnis eſt habitus k intellectus, apud eumdem Ariſtotelem. Conſimiliter in motu ædificationis prima cauſſa, quæ finis eſt proprius illius motus, eſt *forma*, ſeu figura domus; hæc autem, vt etiam *inordinatio talis*, quæ illi opponitur tanquam priuatio, decretis Ariſtotelis l alibi latis, habet pro ſubiecto *lateres*, qui ſunt materia domus: at vero prima cauſſa, quæ principium effectiuum ædificationis eſt, quum ſit ars *Ædificatiua*, non in lateribus ineſt, ac omnino in ipſa materia domus, ſed in alio ſubiecto, videlicet in intellectu ædificatoris, cuius eſt habitus: Atque adeo docte probauit hic Ariſtoteles cauſſam primo-mouentem, quæ proprie duplex eſt in propoſito in eadem functione promouenda, non eſſe in eodem ſubiecto, ſed aliam eſſe in alio; finem ſcilicet in vno ſuppoſito, efficientem in alio. Sic igitur, non male, vti tu dicis, ſed optime textum vigeſimum tertium libri duodecimi Metaphyſices ego dudum allegaui tractantem de cauſſa finali; quum in illo de tali cauſſa ſpeciatim agat Ariſtoteles; & rectiſſime dixi, ſanitatis nomine Philoſophum vti eo loci ad ſignificandum cauſſam finalem ſanationis, ſiue medicationis. Tu vero, Flos inclyte, non bene conſtituis ibi Magiſtrum agere de ſanitate veluti de forma; quum id fieri non valeat, niſi materialiter, & improprie, fereque per accidens; nimirum quatenus ſanitas, quæ proprie atque formaliter vt cauſſa intrinſeca eſt finis ſanationis, medicationiſque, gratia cuius ipſe Medicus operatur, ſiue ſanans, ſiue medendo ſanare intendens, eſt etiam forma corporis ſani: quæ omnia conſtant euidentiſſime ex traditis: Quare non erat vt meum illum locum notares, ac toties repeteres me textum illum Ariſtotelis male adduxiſſe prò cauſſa finali in propoſito de natura Primo-Mouente. ROS. Miror equidem quomodo poſt adeo longam diſputationem ſub dio in die caniculari ſtantes, Vlyſſes, Circe, Sibyllaque, fame, ſiti, calore, laſſitudineque non deficiatis. VL. Nil mirum, o Roſa, quia tota iam mente prorſus occupati circa meditationem intelligibilium non animaduertimus obiecta ſenſibilia moleſta, quantumlibet vrgentia, quantumlibet præſentia. Sed interim, o

k 6.eth. c. 3.& ſeqq.

l 1. phy. t.46.

Digitized by Google

Circe, ſapientia poteſtateque tua nobis proſpice in hiſce malis. CIR. Leucippe propera, ſcalis emenſis affer huc e thalamo ſuperiori domus orientali plaga ſito pixidem auream maiorem inſcriptam HALIMA ET ADIPSA, cum aureo cochleare. LEVCIPPE. Ita Domina. CIR. Quinta hæc eſt eſſentia, elixir nuncupata, ducta tum ex Halimo herba Cretenſe, qua tantum *a* admorſa fames arcetur; tum ex *b* Adipſa; tum ex herba *c* Spartania, quam in ore tenentes famem ſitimque non ſentiunt; tum ex Hippace planta, quæ Scythis in multos dies famem ac ſitim adimere ſolet: ex his educti per artem liquoris cochlear aſſumptum famis & ſitis moleſtiam procul arcebit per integram diem. Tu vero, Melanthium, fac illico perferantur huc a Syris noſtris e domus angiporto tres eburneæ ſellæ ſerico ſtratæ, cum totidem vmbraculis ad laboris e tonico motu ſtantium emergentis, & ad æſtus iniurias euitandas. MELANTHIVM. Abeo Domina, ſtatimque cum ſeruis vmbracula, ſedesque geſtantibus adero. LEVC. En Domina phialam, & cochlear. CIR. Sibylla, præbibo tibi liquorem, tibique propino, Vlyſſes; quo ſecuri guſtetis innoxium pharmacum. SIB. Hodie mihi ſacrum ieiunium eſt, Vlyſſem refocillare potes. VL. Ego quidem audacter hauriam ſalutare. CIR. Audacter a me tibi per ineffabile numen iurata potes haurire, nam impune te fallere non poſſem. VL. Iam ore ſumo. Pape ſaporis, & odoris eſt ſuccus pariter eximij; iam ſentio me totum eo recreari. CIR. En, Serui, præcedente Melanthio, ſellas cum vmbraculis attulere. Diſponite ſedes eia vos Syri, quibus apte ſedeamus; & pone ſtantes vmbraculis arcete procul a nobis hodie iubaris æſtuantis ardorem. Proſequere nunc, Vlyſſes, diſceptationem cum inclyto Flore. VL. Libenter. Age, Lilium, fare: quid tertio meis dictis opponis? LIL. In *m* pag. 3. & 4. agitur de Primo mouente, quod mouet ſeipſum, & non ſolum animali corruptibili & mortali tribuitur mouere ſeipſum, vt expreſſe conceſſit Ariſt. præcipue 8. phy. 29. verum etiam cælo. VL. Cur non addis, vt expreſſe docuit Ariſtoteles 8. phy. t. 41. & ſeqq. quod adnotauit tuus Diuus Thomas non *n* vno in loco? LIL. Et quod maius eſt, etiam mundo, tanquam animatis & vi-

a Matthio. in Dioſ. li. 1. cap. 3 ex Solino.

b Plutar. in Symp. & De orac. def.

c Plin. l. 25 c. 8.

m pag. 39.

n 1. p. q. 70. ar. 3. & 2. contr. gen. cap. 70.

viuentibus. De cælo quidem nihil dicam, ſed infra cap. 7. n. 8. & 9. quia cælum eſſe animatum de mente Ariſt. probabile reddiderunt aliqui textus eiuſdem Philoſophi, & grauiſſimorum peripateticorum autoritates: itaque de cælo non diſputo, quamuis poſſem facillime ſuſtinere, cælum non eſſe animatum proprie, & formaliter loquendo. V L. Ariſtoteles expreſſis verbis conſtituens tum cælum eſſe o animatum; & habere in ſe principium motus; differentiasque poſitionis, ſurſum deorſum, dextrum ſiniſtrum, ante & retro; quæ ſolis animatis, animalibusque proprie dictis ac formaliter inſunt: tum cælum eſſe animatum, & habere tales actiones, quales p animalium ſunt, atque plantarum; ſine vlla dubitatione cenſuit cælum formaliter ac proprie animatum eſſe. ac eo magis, quo conſtituit cælum mouere q ſeipſum, quia conſtitutum quid eſt ex parte mouente, quæ primus motor appellatur, & ex parte mota, quæ cæleſtis orbita dicitur; vt etiam notauit r D. Thomas. L I L. De Mundo conſtantiſſime dico, ſecundum Ariſtotelem neque animatum eſſe, neque mouere ſeipſum. V L. Expecto rationes, quibus hoc mihi demonſtres ad mentem Ariſtotelis. L I L. ſ Primo ſic arguo, Quod mouet ſeipſum, eſt vnum per ſe: Mundus non eſt aliquid vnum per ſe: ergo mundus non mouet ſeipſum: maior patet argumento animalium, quæ mouent ſeipſa, 8. phyſ. 27. & 29. habent enim vnitatem quandam in ſeipſis per ſe. Minor probatur, quia mundus non eſt aliquid vnum per ſe, ſed potius aggregatum quoddam omnium corporum ſimplicium; quæ quum ſint entia in actu completo, non poſſunt conſtituere aliquod vnum per ſe. argum. t. 49. lib. 7. meta. illis verbis, *quæ enim duo* t *ſic actu ſunt, nunquam vnum actu ſunt*; eſſe vero mundum huiuſmodi aggregatum, conſtat ex libel. de mundo ad Alex. cap. 2. *Mundus*, inquit Ariſt. *eſt compages e cælo terraque coagmentata, atque ex ijs naturis, quæ inter ea continentur*. Ad hoc reſpiciens Simpl. 3. phy. com. ſuo 46. dicit, *Vniuerſum conſtitui ex partibus mutuo ſe tangentibus, non ex continuis*: dat ergo mundo vnitatem ſolius tactus, quæ non eſt vnitas per ſe. V L. Non difficile ſane mihi fuerit hanc rationem ſoluere, concedens, omne, quod ſeipſum mouet, eſſe vnum per ſe: nego mundum non eſſe vnum per ſe; quum Ariſtoteles fuſe de vnita-

o 2. cæl. t. 13. & ſeqq.

p 2 cæl. t. 61. 63.

q 8. phyſ. t. 41. & ſeqq.

r loc. cit.

ſ pag. 39.

t pag. 40.

te mundi pertractet 1.cæl. a t.75.ad 99. quum ea, quæ ſunt per
u 11.meta. accidens, in ſcientia non *u* conſiderentur; neque neceſſaria
ſu.3.c.2. ſint, ſed contingat ea *x* non eſſe, decretis Ariſtotelis: cui tamen
x 1.poſt.t. mundus ita vnus eſſe *y* demonſtratur, vt non poſſit eſſe multi-
52.55. 8. phy. t. plex: quare mundus eſt vnus per ſe. Ad primam probationem
36. concedens, Mundum eſſe quoddam aggregatum omnium cor-
10. meta. porum ſimplicium, vt ait Ariſtoteles lib. de mund. cap.2. primo
t.vlt. nego mundi naturam totam in ea congregatione ſimplicium
y 1.cæl. t. corporum ſolum contineri ex Ariſtotele; cuius tu, Flos inclyte,
75.ad 99. † 58. falſ. ſententiam de more † mutilatam affers, mundi materiam ſo-
cit. lum referens, omiſſa forma, quam immediate proponit Ariſto-
teles in loco a te citato mundi definitionem hanc proferens,
*Dicitur etiam aliter mundus, ordo & digeſtio vniuerſorum, quæ a
Deo, & per Deum aſſeruatur*. poſteaquam dixerat, *Mundus eſt
compages e cælo terraque coagmentata, atque ex ijs naturis, quæ inter
ea continentur*. ſiquidem Magiſter ibi ponit duas mundi defini-
z 1.de an. tiones, vt *z* olim iræ, domusque; primam quidem materialem,
t.16. quam attuliſti; deinde formalem *a* potiorem, quam omiſiſti, a
a 2.phyſ. me nouiſſime relatam: & quum præceperit *b* Ariſtoteles Phy-
t.21. b 1.de an. ſiologo definitiones texere non per ſolam materiam, ſiue non
t.17. ſecundum materiam; quod plerumque facit Dialecticus; nec
2.phy.t.21. per ſolam formam, neglecta materia; quum a materia Phyſicus
2.de an.t. non *c* abſtrahat, vt mathematicus, & *d* metaphyſicus; ſed ſe-
12. cundum formam non ſine materia; proindeque aggregatam ex
c 2. phy. t.18. vtriſque: tu tamen in quæſtione, quam phyſice tractare *e* ſu-
d 1.de an. ſcepiſti; non autem metaphyſice, mundi definitionem mate-
t.17. rialem ſumis neglecta formali, quam illi ſtatim attexuit Ariſto-
e pag.22. teles; quum aggregatam ex materiali & formali Phyſiologus
aſſumere debuiſſes, qua dicitur, conſentiente Ariſtotele, Mun-
dus eſſe compages e cælo terraque coagmentata, atque ex ijs
naturis, quæ inter ea continentur, vt ſit ordo & digeſtio vniuer-
ſorum, quæ a Deo, & per Deum aſſeruantur. Deinde negare
debeo, ſimplicia corpora, prout ſunt partes mundum integran-
tes, eſſe entia in actu completo ſic, vt nequeant conſtituere
vnum per ſe; nam vt elementa ſine cælo non eſſent, quippe ne-
f 1.meteo. ceſſarium fuit ex *f* Ariſtotele, mundum hunc inferiorem conti-
cap.2. nuum eſſe quodammodo ſupernis lationibus, vt omnis huius

vir-

virtus gubernetur inde; proptereaque non ſunt elementa de ſe
entia in eſſe completo; ita viciſſim cælum ſine elementis non
moueretur in orbem; quum eius motus a natura ſit inſtitutus
in *g* gubernationem rerum ſubcæleſtium; quibus non exiſten- *g* ibid.
tibus Ariſtoteli fruſtra cælum moueretur; & ſine motu cælum
non eſſet. Immo quum homo ſit *h* finis omnium; non exiſten- *h* 2. phyſ.
te quopiam elemento, non eſſet homo, qui ex omnibus elemen- t.24.
tis corpus conſtitutum habet; & non exiſtente homine, non eſ-
ſent vlla corpora ſimplicia; quia ſublato fine, tolli quæ ad
finem omnia neceſſe eſt; quum Deus, & natura infra Deum
i nihil fruſtra faciat. Præterea ſimplicia corpora vt partes in- *i* 1. cæl.
tegrales mundi, non ſunt entia in eſſe completo, quum eſſe t.32.
completum ac perfectum ſit proprium totius integri, non au-
tem partis integrantis, cuius proprium eſt eſſe ens imperfe-
ctum, & incompletum; vt ex *k* Ariſtotele dudum *l* oſtendi. *k* 3. phy.
Ceterum Ariſtoteles in loco a te citato tibi prorſus aduerſatur, t.63.
mihi vero fauet; ait enim ex duabus ſubſtantijs inexiſtentibus 1.cæl.t.3.
vt actu non fieri vnum; at ex ijs vnum fieri, ſi ambæ potentia *l* 2. de na.
inſint, vt ex duobus dimidijs duplum; *m Impoſſibile enim*, in- pri. mou.
quit, *eſt ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe, quæ ſic inſunt, vt actu: quæ* cap. 11.
enim duo ſic actu ſunt, nunquam vnum actu ſunt: ſed ſi potentia duo *m* 7.meta.
ſunt, erunt vnum; vt duplum ex duobus dimidijs potentia: modo t.49.
duo dimidia ſunt partes integrales totius quanti; mundus au-
tem ex cælo, & elementis componitur, vt totum ex partibus in-
tegrantibus, ac veluti duplum ex duobus dimidijs. LIL. Ad
n hæc reſpiciens Simpl.3.phyſ.com.ſuo 46.dicit *vniuerſum con-* *n* pag.40.
ſtitui ex partibus mutuo ſe tangentibus, non ex continuis. Dat ergo
mundo vnitatem ſolius tactus, quæ non eſt vnitas per ſe. VL.
In primis ipſe Simplicius Vniuerſi nomine non intelligit mun-
dum totum ex cæleſtibus corporibus, & elementis conſtitu-
tum, de quo nos agimus, ſed mundum elementarem, prout eſt
quid a cæleſti contradiſtinctum; vt ipſemet paullo prius in eo-
dem commento monuerat, inquiens, *Verum nunc rationem facit
de corpore ortui & interitui obnoxio, oſtēdens tale non eſſe infinitum:
nam de diuino & circulari corpore in libro de cælo oſtendet non eſſe in-
finitum. Aſſumit autem velut quaſdam dignitates, Quod omne cor-
pus ſenſibile, quum ſit generabile & corruptibile: Nam de his ſermo*

nunc

nunc eſt, vt ex differentia patet motuum, a quibus ſumit argumenta; quæ conuenit elementis, quæ ſunt ſub Luna: omne igitur tale corpus in loco eſt, quouis modo locus ſumptus, ſiue ſit ſpatium, ſiue vt Ariſtoteli videtur, terminus continentis: nam, ſi locus eſt ſpatium, & omne corpus naturale in loco eſt; ſi vero terminus continentis, non omne eſt in loco: non enim ſphæra inerrabilis eſt in loco: Ob id igitur Ariſtoteles de eo corpore, quod eſt ſub Luna, facit ſermonem, & hac dignitate vtitur, ſcilicet quod omne corpus ſenſile in loco eſt. Secunda vero dignitas eſt, quod vnumquodque naturalium corporum habet aliquem proprium locum &c. & mox affert Simplicius ſententiam

† 59. falſ. cit. a te de more † mutilatam inquiens, *Aſſumit autem hic velut manifeſtum, quod ſi velut diſſimilare eſt vniuerſum, etiam loci ſunt diſſimilares: nam certus eſt cuique corpori locus: quod ſi corpora diſſimilia ſunt, & loci non erit quippiam vnum continuum, ſed attiguum ex partibus mutuo ſe ſe tangentibus. Sed hoc non velut abſurdum induxit: etenim nunc ex partibus mutuo ſe ſe tangentibus vna eſt vniuerſi conſtitutio, & non ex continuis, vt indicant differentes motus.* Deinde vero vniuerſi nomine Simplicius, & Ariſtoteles, quem hic Simplicius explicat, non intelligit mundum, de quo diſſerimus in præſentia, ſed corpus infinitum a veteribus poſitum, contra quos Ariſtoteles, & ex Ariſtotele nunc diſpu-

q 3. phyſ. com. t. 49. tat Simplicius, vt bene notauit *q* D. Thomas, cuius te profiteris aſſeclam. Deinceps Ariſtoteles ipſe in loco nunc a Simplicio declarato colligit velut abſurdum (quicquid in oppoſitum Simplicius aſſerat) vniuerſi conſtitutionem vnam eſſe ex partibus mutuo ſe ſe tangentibus, & non ex continuis; vt docte

r 3. phyſ. com. t. 49. Philoponus in eius loci commento monuit, inquiens, *r in primis hoc emergit abſurdum, vt non ſit corpus vniuerſi continuum, ſed ex his conſtitutum, quæ attactu & congeſtu ſunt vnum: ſed quonam pacto hoc accidat, præueniendo dixit, quoniam, ſi diſſimilaria eſſent commixta, ſemper locum præter naturam occuparent; quod ſi fieri nequit, neque oportet vnumquodque ſuum locum occupare peculiarem: ergo infinitum erit conſtitutum ex his, quæ attigua ſunt. At nullum corpus naturale huiuſmodi eſt.* Quam Philoponi ſententiam contra Simplicij, nunquam non Philopono contradicere ſatagentis, opinionem comprobat ratio, & Ariſtoteles; ratio quidem, quia dogma Simplicij de Vniuerſi conſtitutione ex partibus

mu-

Digitized by Google

mutuo ſe ſe tangentibus, non autem continuis, nititur diuerſitate partium corporis, & loci; ac varietate motuum; quibus in rebus a vero longe abeſt Simplicij dogma, tum quia diuerſitas partium ſimilarium, & diſſimilarium in humano corpore; varietasque motuum pulmonis, cordis, arteriarum, & aliarum partium in eodem homine mira non efficit quin homo ſit vnum corpus per ſe: tum quia ſuperficies aeris concaua globum ex terra, & aqua conſtitutum, ceu ex partibus diſſimilaribus, continens locus eſt, & quantitas continua, decretis Ariſtotelis omnem ſuperficiem, & omnem locum redigentis ad genus quantitatis *ſ* continuæ. Ariſtoteles autem, a quo prorſus oppoſitum didici, dum ſcribit, *t* mundum inferiorem hunc elementarem eſſe continuum quodammodo cæleſti: ſi enim mundus elementaris eſt cæleſti continuus, multo magis mundus elementaris conſtitutus erit ex partibus inuicem continuis; nam longe magis diſſimilares ſunt corpulentiæ cæleſtes & rotationes a corporibus & motibus elementorum; quam ſubſtantiæ & lationes elementorum ad inuicem, vt ait *u* Ariſtoteles. Præterea non ne perſpicuis verbis Ariſtoteles ait, elementum ignis eſſe continuum elemento aeris, & cum elemento ſuperiori, quod cęlum eſt? en verba Magiſtri, * *Fluit autem aer circulariter, quia ſimul trahitur cum totius circulatione: ignis enim cum eo, quod ſurſum eſt, elemento; cum igne autem aer continuus eſt*. Quare potius Ariſt. dicenti vniuerſum conſtitui ex partibus inter ſe continuis adhærendum eſt, quam Simplicio dicenti Vniuerſum conſtitui ex partibus mutuo ſe tangentibus, non continuis. Ceterum quid ad Simplicium accedis? non ſatius fuerat tuum dogma confirmari autoritate Ariſtotelis, quam Simplicius ibi explicare contendit? ait enim Magiſter, *x Si vero diſſimile ſit ipſum totum, diſſimilia & loca erunt: & primum quidem non vnum corpus Vniuerſi eſt, niſi tangendo. Deinde, aut finita hæc erunt, aut infinita ſpecie*, &c. Sed ex his nihilo maiorem cõfirmationem habere potes, quam ex dictis Simplicianis; nam Ariſtoteles hic totius, & Vniuerſi nomine non intelligit mundum reuera exiſtentem, de cuius vnitate diſputamus; at infinitum corpus ab antiquis inuectum, quod Ariſtoteles reipſa non dari demonſtrat: & hoc velut abſurdum colligit ex poſitione veterum, quod corpus Vniuerſi in-

ſ 5. Præd. quant.
t 1. meteo. cap. 2.
u 1. cæli. t. 13. 16.
* 1. meteo. cap. 4.
x 3. phyſ. t. 49.

infinitum ab ipſis poſitum eſſe vnum, & vnum continuum, non eſſet vnum niſi tangendo. Sed gratia diſputationis concedamus mundum eſſe vnum quid conſtitutum ex partibus mutuo ſe ſe tangentibus, non ex continuis abſolute: negamus tale totum conſtitutum ex partibus mutuo ſe ſe tangentibus, non continuis omnino, non eſſe vnum per ſe; quandoquidem corporeæ partes animalis, quod eſt vnum per ſe, licet colligatæ ſint adinuicem, propriam tamen habent ſingulæ ſuperficiem a vicinarum ſuperficie diſtinctam, oſſa, cerebrum, inteſtina, muſculi, tendines &c. in quibus anatomica demonſtratione, quod eſt dicere oculata fide, ſpectes ordinem potius, & conta-
o 8.phy. t.30. ctum, quam proprie dictam continuitatem: Quin & *o* Ariſtoteles corpus ita continuum, vt non habeat partes vtcumque diſcretas, & contiguas; negat eſſe a ſeipſo mobile: fieri poteſt igitur vnum per ſe, atque animal a ſe ipſo mobile ex partibus non abſolute continuis, ſed contiguis, & colligatis, adeoque continuis ſecundum quid, ſeu quodam modo, vt de mundo no-
p loc. cit. tauit *p* Ariſtoteles. Quinimmo nemini dubium eſt magis continua eſſe corpora mundi, & magis vnum per ſe conſtituere in natura, quam faſcis vinculo, & ligna viſco in arte; quum itaque hęc vnum per ſe ſint; multo magis vnum per ſe dicere debemus mundum ex corporibus ſimplicibus coagmentatum, & hæc eſſe corpora in mundo ad inuicem continua: Quam theo-
q 5.meta. t.8. riam legimus apud Ariſtotelem dicentem, *q Illorum vero, quæ per ſe vnum dicuntur, hæc quidem dicuntur, eo quod continua ſunt, vt faſcis vinculo, & ligna viſco: linea quoque etiam, ſi curua ſit, ſed continua, vna dicitur; ſicuti partium etiam vnaquæque, crus, & brachium. Ex his autem ipſis illa magis vnum ſunt, quæ natura, quam arte continua ſunt.* Sed & illud abſolute falſum eſt, quod ſupponis, vnitatem per ſe, quæ animali neceſſaria eſt, conſiſtere in continuitate; nam conſiſtit maxime in vnitate formæ, ac ſpeciei, definitionisque, abſtrahendo a continuitate, contactuve partium corporearum; quod paullo poſt ſuſe declarat Ariſto-
r tex.11. teles inquiens, *r Item vnum ea dicuntur, quorum ratio quod quid erat eſſe dicens, indiuiſibilis ad aliam eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificantem: ipſa enim per ſeipſam omnis ratio diuiſibilis: ſic enim & auctum, & diminutum vnum eſt, quoniam ratio vna; quemadmo-*

dum

dum in ſuperficiebus eſt ipſius ſpeciei vna : Et omnino quorumcunque intellectio, quæ quod quid erat eſſe intelligit, indiuiſibilis eſt, neque ſeparari poteſt, nec tempore, nec loco, nec ratione, hæc maxime vnum ſunt : (nota illud, *maxime vnum ſunt*) *& horum quæcumque ſubſtantiæ ſunt.* Quum itaque mundus ſit ſubſtantia, & eius ratio quod quid erat eſſe dicens ſit indiuiſibilis ad aliam quod quid erat eſſe rei ſignificantem: iam Ariſtoteli mundus inter ea, quæ ſunt vnum per ſe, eſt maxime vnum. Et paucis adiectis, enumerans multa, quibus conuenit eſſe vnum per ſe, præter continuitatem alia pleraque recenſet inquiens, *Quæ vero primo vnum dicuntur, illa ſunt, quorum ſubſtantia vna ; vna vero, aut continuatione, aut forma, aut ratione : numeramus etenim tanquam plura, aut quæ non continua ſunt, aut quorum forma non eſt vna, aut quorum ratio non eſt vna.* Seiungens itaque nunc Ariſtoteles in genere eorum, quæ ſunt vnum per ſe, quæ ait eſſe quorum ſubſtantia eſt vna, in tres ſpecies, quæ nuncupat vnum continuitate, vnum forma, & vnum definitione ; clare contra te ſtatuit ea eſſe vnum per ſe, quæ continuitate carent, dummodo habeant vnitatem formæ, vel definitionis; quod paullo poſt euidentius repetit inquiens, *ſ Manifeſtum autem etiam eſt, quod multa quoque vni oppoſite dicuntur, quædam enim eo quod non ſint continua ; quædam vero, eo quod diuiſibilem ſecundum ſpeciem materiam habeant, aut primam, aut vltimam ; quædam autem, eo quod rationes, quod quid erat eſſe dicentes, plures ſint.* Quum itaque mundus totus vnicam habeat definitionem, vnicamque ſpeciem, etſi careret continuitate partium integrantium, qua tamen non caret; vnum per ſe ſtatui debuit a Philoſopho Peripatetico. Sed & paullo ſuperius aſſeruerat Ariſtoteles agens de ijs, quæ ſunt vnum per ſe, *Item alia numero, alia genere, alia ſpecie, alia analogia vnum ſunt : Numero quidem, quorum materia vna : ſpecie vero, quorum ratio vna* &c. nulla facta mentione continuitatis : quum igitur Ariſtoteles alibi decernat Mundum eſſe vnum numero, quia eius eſt vna materia, dum ait, *t Sed nihilominus nulla neceſſitas eſt propter hoc plures eſſe mundos : neque contingit eſſe plures, ſi iſte ex tota eſt materia ; quemadmodum & eſt. u Sic autem magis forte erit, quod dicitur, manifeſtum. Si enim ſimitas curuitas eſt in naſo, aut carne : & caro eſt materia ſimitatis:*

ſ tex.12.

t 1.cœl.t.93

u t.94.

ſi ex omnibus carnibus vna fiat caro, & exiſtat in hac ſimitas; nihil vtique aliud aut eſſet ſimum, aut contingeret fieri. Similiter autem &, ſi carnes, & oſſa materia ſunt in homine; ſi ex omni carne, & oſſibus non potentibus diſſolui homo fieret; non vtique contingeret alium eſſe hominem. Similiter autem & in alijs. Omnino enim quorumcumque ſubſtantia eſt in ſubiecta quadam materia, horum nihil
x tex.95. *contingit fieri, non exiſtente aliqua materia. Cælum x autem eſt quidem eorum, quæ ſingularia ſunt; & eorum, quæ ex materia: ſed, ſi non ex parte ipſius conſtat, ſed ex vniuerſa, eſſe quidem ipſius cæli, & huius cæli aliud eſt; non tamen aut erit aliud, aut itaque continget fieri plures, propterea quod hoc materiam comprehendit vniuerſam. Hoc igitur ipſum reſtat oſtendere, quod ex vniuerſo naturali & ſenſibili conſtat corpore.* Quum ergo nunc Ariſtoteles clariſſime dicat mundum eſſe vnum numero, quia conſtat ex tota materia ſenſibili, quemadmodum eſſet vnus homo numero non multiplicabilis, ſi ex omni carne, & oſſibus non potentibus diſſolui homo fieret; iam ſupponit omnia mundi corpora, præſertimque ſimplicia, ex quibus totus mundus coagmentatur, nihilominus coire in vnam materiam per ſe, quam carnes omnes, & oſſa in vnum per ſe corpus humanum: a qua vnitate materiæ naſcitur vnitas per ſe in compoſito; vt ab vnitate accidentali accidentium cum ſubiecto copulatorum oritur vnitas accidentalis indiuidui a Porphyrio per collectionem accidentium defi-
y 12.meta. t.49. nita; vt nuper obſeruaui. Præterea quum Ariſtoteles y alibi decernat, cælum hoc eſt Vniuerſum eſſe vnum numero & ſpecie, quia primum quod quid erat eſſe, ac omnino primum mouens immobile vnum eſt numero & ſpecie; perinde ac eſſet vnus numero & ſpecie homo, ſi ſolus vnicus reperiretur; iam conſtituendum eſt in Peripato mundum nihilominus eſſe vnum per ſe, quam ſingulum animatorum. LIL. Confirmatur idem: Vnitas ſolius ordinis eſt vnitas per accidens: Mundus habet vnitatem ſolius ordinis: ergo mundus habet vnitatem per accidens. Maior conceditur ab omnibus, & apparet in exercitu, qui dicitur vnus vnitate ordinis. Minor probatur multiplici autoritate, vnaquaque clariſſima. VL. Ego quidem in primis nego, vnitatem ſolius ordinis eſſe vnitatem per accidens: quod autem ais ab omnibus concedi, nemine producto, qui tibi con-

conſentiat; ego profero rationem tuum dogma deſtruentem, eamque deduco ex communiſſimo fundamento; quia vulgata diſtinctio eſt in ſcholis, Quædam eſſe ſubordinata eſſentialiter, & quædam accidentaliter: porro quæ ſunt eſſentialiter ſubordinata, ſi beneficio illius ordinis vnum fiant, erunt vnum per ſe; quomodo ab ordine eſſentiali pendens vnitas eſſe poterit accidentalis? tempus habet vnitatem ſolius ordinis partium ſuarum, vt edocet Ariſtoteles, tum *z* conſtituens, tempus eſſe quantum conſtans ex partibus habentibus ordinem, non autem poſitionem: tum *a* definiens tempus eſſe menſuram motus ſecundum prius & poſterius. an ideo totum tempus dicendum erit vnum per accidens? minime. Deinceps qualis eſt ordo, talis eſt vnitas ab ordine pendens: at ordo mundi eſt inuariabilis, ac mundo eſſentialis; quia ſi terra ſurſum l cetur, & ignis deorſum, cælum infra terram, aqua ſupra cælum, aer ſupra ignem; iam ex his corporibus conſarcinata moles non erit mundus: vnitas ergo a tali pendens ordine, qualem nunc in vniuerſo ſpectamus, mundo per ſe competit, eique non accidentalis, ſed eſſentialis eſt, omnium recte ſentientium conſenſu. Præterea falſum eſt & alterum dogma tuum, quo ſtatuis mundum habere vnitatem ſolius ordinis: nam Ariſtoteles primum illi tribuit vnitatem ex *b* materia; quam eſſe cauſſam vnitatis per ſe conſtituit *c* alibi ex profeſſo peragens de his, quæ varia ratione ſunt vnum per ſe: quod & ratio conuincit; quæ ſiquidem compoſito conueniunt ratione materiæ, ea illi per ſe inſunt; quippe materia principium eſt compoſito eſſentiale: ſed mundum habere vnitatem a materia ex eo probat Ariſtoteles; quia quod conſtat ex vniuerſa materia indiſſolubili, id ita eſt vnum numero, vt multiplicari nequeat; huiuſmodi plane mundus eſt, nempe conſtitutus ex omni ſenſibili corpore; quare mundus eſt vnus, non multiplicabilis: verba Magiſtri ſunt hæc ipſiſſima, *d Nulla neceſſitas eſt propter hoc, quod materiam habet mundus, plures eſſe mundos: neque contingit eſſe plures, ſi iſte ex tota eſt materia, quemadmodum & eſt*, &c. Non habet igitur mundus vnitatem ſolius ordinis partium; ſed etiam ſortitur vnitatem a materia, quæ eſt vnitas per ſe, decreto *e* Ariſtotelis. Inſuper tertiam habet vnitatem per ſe, qualis eſt vnitas nume-

z Præd. Quant.
a 4. phyſ. t.101.
b 1. cæl. 93. & ſeqq.
c 5. meta. t.12. & ſequentib.
d 1. cæl. t.93.
e 5. meta. t.8. & 12.

ri,& ſpeciei mundus a ſua forma eſſentiali; de qua re nobile te-
f 12.meta. ſtimonium habemus apud Ariſtotelem talia ſcribentem, *f Quod*
t.49. *autem cælum ſit vnum, manifeſtum eſt: ſi enim plures ſint cæli, vt homines, principium vniuſcuiuſque erit ſpecie vnum, numero multa: at quæcumque multa numero, materiam habent. Vna etenim & eadem multorum ratio eſt, velut hominis, Socrates vero vnus. ipſum vero quid erat eſſe primum non habet materiam, quum actus ſit: vnum ergo, tum ratione, tum numero primum mouens immobile eſt; & id igitur quod ſemper continuoque mouetur: vnum ergo tantum cælum eſt.* Sed quibus autoritatibus clariſſimis oppoſitum probas? LIL. Alex.2. nat.qu. cap.19. VL. Aliud eſt, inclyte Flos, Mundum habere ordinem a natura ſua, ſeu mundi eſſe tali quodam ordine conſtare, quod ait Alex. & nos vltro concedimus: aliud eſt mundum habere vnitatem ſolius ordinis, quod tibi proponis Alexandri autoritate clariſſima probare; quum in toto illo capite nunquam meminerit Alex. de vnitate, nunquam de vnitate ſolius ordinis; vt hæc tua ſi non ſit falſa † citatio, nulla iam
† 60. falſ. cit. fuerit vnquam falſa citatio. Quin & eo nomine falſa pariter eſt, quod Alex. eo loci plane determinat oppoſitum eius, quod tu ex ipſius autoritate probare contendis; tu enim probare vis ex Alex. mundum non habere animam, quia non habet vnitatem per ſe, quæ ſemper ab anima eſt, ſed obtineat vnitatem ſolius ordinis, quæ vnitas per accidens eſt: quum tamen Alex. in loco a te citato perſpicuis verbis determinet mundum habere ordinem a natura ſui, quam dicit eſſe animam, quamque ſtatuit eſſe mundi partem, quæ prouidet alteri mundi parti; proindeque mihi ſuffragatur aſſerenti in Peripato mundum animatum eſſe, ac illius animam eſſe Intelligentiam toti aſſiſtentem; nam pars mundi prouidentiam habens de rebus ſubcæle-
g 2. cæl. t.56. ſtibus eſt apud *g* Ariſtotelem illa natura, quæ Deus eſt de ſententia *h* Alexandri teſtimonio *i* Simplicij, Diuique *k* Thomæ.
h in com. eius t. Sed inclyte Flos cur non attuliſti verba Alexandri? quia nihil
i com. ibi. pro te, ſed aduerſum te militant: referre licet caput a te cita-
k ibid. tum, quod breue ſatis eſt, vt appareat quanta fides adhibenda ſit tuis citationibus, quarum multitudine me prorſus obruere
l 2. quæ. nat.c.19. conaris: ait ipſiſſimis verbis Alex. in loco a te citato, *l Si mundus ſui natura æternus: mundi vero eſſe tali quodam ordine conſtat: ordinem*

dinem etiam a natura ſua haberet: quod ſi hoc eſt, nec ad eſſe, nec ad ordinem, quem habet, indigeret eo, qui prouiſurus eſſet: atqui omne quod prouidet, vel vt ſit illud, cui prouidet, vel vt bene ſit, prouidet: ad quorum neutrum, quum mundus indigeret eo, qui prouiſurus ſit, neque penitus prouideretur. hæc eſt quęſtio, quam proponit Alex. in cuius propoſitione nihil prorſus de eo, quod vis ipſum ſtatuere, mundo ſolius ordinis vnitatem ineſſe; verum ait ſolum, mundi eſſe tali quodam ordine conſtare; & mundum habere ordinem a natura ſua; nihilomnino tractans de vnitate ſolius ordinis: immo vero ſi proponens quæſtionem dixiſſet Alex. mundum habere ſolius ordinis vnitatem, nihilominus Pleſſiaca foret, hoc eſt falſa citatio tua; quia non quæ in proponenda quæſtione dicunt autores ab ijs tanquam vera proferuntur, ſed quæ in determinatione quæſtionis decernunt. At vero determinationem, quam immediate ſubdit Alex. audiamus, ait autem, *An mundus quidem vniuerſus non indiget eo, qui prouiſurus ſit, nec vt ſit, nec vt bene ſit: ſed quæ ſit prouidentia in mundo, ſit quum pars ſit aliqua in mundo, quæ prouidet, pars vero aliqua, cui prouideatur:* Quum autem Alex. alibi decreuerit, obſeruatu *m* Simplicij, ac *n* D.Tho. Ariſt. ſentire, id quod prouidet in mundo eſſe mundi naturam, ac Deum; iam tibi reclamat Alexander toties neganti Deum eſſe naturam, ac partem vniuerſi in hac tua diſputatione. Addit Alex. *Quatenus enim ipſius corpus ingenitum eſt, & incorruptibile, ſemperque ſecundum ſui naturam, & animam ordinatum, & ſuo motu primi Dei imitationis deſiderio motum, hoc nihil eget eo, qui prouiſurus ſit, quum in propria natura, & ipſius eſſe, & ipſius bene eſſe perfectum habeat.* In qua determinationis prima parte decernens Alex. Mundum quoad ſui partem, quæ eſt corpus ingenitum, & incorruptibile, non indigere prouiſore, quum in propria ſui natura perfectum eſſe habeat, ſemperque ſit ordinatum ſecundum ſui naturam & animam, qua mouetur in orbem ob deſiderium imitandi primum Deum; quem non ætheræ parti ſolum, ſed toti mundo formam aſſiſtere putat; clare mihi fauet in Peripato ponenti cælum eſſe animatum, & eius animam, quę motrix intelligentia eſt eſſe naturam; tibique reclamat aperte talia neganti: ſed in hac parte ne verbum quidem Alex. de eo quod eſt, Mundum habere vnitatem ſolius ordinis:

m 2. cæl. com. 37.
n 2. cęl. co. t. 56.

Digitized by Google

dinis: ſolum ait cælum, quod eſt pars mundi, non totus mundus, de quo tractas, eſſe ordinatum ſecundum ſui naturam & animam, ſubnectit Alex. in altera parte determinationis, *Quatenus autem ipſius generabile, & corruptibile, & alieno indigens auxilio, & ad eſſe, & ad æternitatem ſecundum ſpeciem per ordinatam mutationem, hoc eſt, quod prouidetur a motu recte ordinato partis mundi Diuinæ, & quod certa quadam ad ipſam habitudine gubernatur: a quo quatenus contingit, quum ſit morti quid obnoxium, ordine participans, & ab ipſis illum aſſequens, ſeruat propter ipſum incorruptibilitatem ſecundum ſpeciem.* In quibus de eo quod eſt, mundum vniuerſum habere vnitatem ſolius ordinis, quod autoritate clariſſima Alexandri probare profiteris, ne verbum quid Alex. quum nec vnitatis meminerit, nec vniuerſi, ſed ſolum partis elementariæ generationi & corruptioni obnoxiæ: nec de ordine partium mundi tractet, ſed tantum de ordinata mutatione, deque ordinato motu, deque ordinata ſerie rerum generabilium ſibi inuicem ſuccedentium, vnde ſpeciei æternitatem conſequuntur, quæ in indiuiduo nequeunt æterna eſſe. Quare nihil prorſus Alex. agit de vnitate ſolius ordinis in mundo, quam ex hoc loco Alexandri probare ſatagis falſa prorſus citatione. Profer itaque meliores autoritates. LIL. Ariſtotelis 3. de cæl. t. 24. VL. Non poſſum, inclyte Flos, non mirari te tot falſas autoritates in vnum conglomerare; nam aliud eſt, mundum habere ordinem, ſeu ordinem eſſe proprium ſenſibilium naturam; quod ibi decernit Ariſtoteles; aliud eſt, mundum ſolius ordinis vnitatem habere, quod ais Ariſtotelem ibi ſtatuere; quia mundus habet præter vnitatem ordinis, multas alias per ſe, vt ſupra vidimus apud Ariſtotelem: ſed & vnitatem ordinis in mundo non eſſe accidentalem, ſed per ſe, mox demonſtrabo: Magiſtrum vero loco a te citato, ne verbum quidem de eo, quod illi adſcribis, mundum habere vnitatem ſolius ordinis, falſa citatione; ſunt enim hęc ibi verba Philoſophi, *Præterea inordinatio nihil eſt aliud, quam quod præter naturam: ordo enim eſt propria ſenſibilium natura. At vero & hoc abſurdum eſt, ac impoſſibile, quod infinitum eſt, inordinatum habere motum: eſt enim natura illa rerum, quam habent plures, & pluri tempore. Accidit igitur ipſius contrarium, inordinationem quidem eſſe ſecundum na-*

61. falſ. cit.

3. cæl. t. 24.

naturam, ordinem vero, & mundum præter naturam: quanquam nihil vt contingit fit eorum, quæ ſecundum naturam. Supra Lyncem oculatus ſit oportet eum, qui videre poſſit Ariſtotelem in his verbis conſtituere mundum habere ſolius ordinis vnitatem: ego non ita viſu pollens, video tantum a Magiſtro dici, ordinem eſſe propriam naturam ſenſibilium, & explicari ſe naturæ nomine ſignificare, non proprie naturam, ſed id quod eſt ſecundum naturam (nam reuera ordo non eſt natura, ſed ſecundum naturam, vt inordinatio eſt præter naturam) & ad ſummum ordinem, & mundum non eſſe præter naturam: ſed in textu Magiſtri a te citato non video mentionem vllam fieri de vnitate mundi; ſpeciatimque non video tuam illam minorem, *Mundus habet vnitatem ſolius ordinis*, quam autoritate clariſſima Philoſophi probare nunc profiteris. L I L. 1. de cæl. t. 107. quamuis hic loquatur ex principijs etiam Empedoclis. V L. Eiuſdem prorſus naturæ citatio hæc, falſa nimirum; etenim Ariſtoteles nec ibi quicquam ait de vnitate ſolius ordinis mundo conuenientes; ſed de vnitate tali nihil dicens, inquit mundum conſtitui ex elementis non quouis ordine conſtitutis, inquiens, *Palam enim eſt quod & ſe inuicem elementis conuenientibus, non quiuis ordo ſit, & conſtitutio, ſed idem: præſertim & ſecundum eos, qui hunc ſermonem dixerunt, qui diſpoſitionis vtriuſque cauſſam faciunt ipſum contrarium. Quare, ſi totum corpus continuum exiſtens, quandoque quidem ſic, quandoque autem illo modo diſponitur, & perornatur: vniuerſi autem conſtitutio mundus eſt, & cælum: non vtique mundus fiet, ac corrumpetur, ſed diſpoſitiones ipſius.* Immo vero conſtituens hic Ariſtoteles clariſſimis verbis totum corpus mundi continuum exiſtere, ſeu totum mundum exiſtere corpus continuum, euidentiſſime oppoſitum decernit ei, quod prætendis; prætendis enim mundum non eſſe animatum, quia non ſit vnum per ſe; probare contendis non eſſe vnum per ſe, quia non ſit vnum continuum, ſed ſolum conſtitui ex partibus non continuis, ſed contiguis; at in textu a te citato Magiſter expreſſis verbis ait, mundi *totum corpus continuum exiſtere*: quare ſcribit oppoſitum eius, quod prætendis; adeoque citatio tua *q* falſa penitus eſt. Veram prome. L I L. 12. meta. t. 52. V L. Ariſtoteles ibi quidem ait omnia eſſe quodam modo ordinata, & bonum vniuerſi

q 61. falſ. cit.

Digitized by Google

r 63. ſalſ. cit. ſ 12. meta. t. 49. t 7. meta. ſu. 2. c. 2.

uerſi conſiſtere in ordine: ſed non ait a tali ordine r ſolo mundum habere ſuam vnitatem: immo paullo antea ſ docuerat mundum habere vnitatem ſuam tum numericam, tum ſpecificam, a primo quod quid eſt; quod non eſt ordo, ſed cauſſa totius t ordinis, vt ipſe multo prius determinauerat, & nos ex eo non ita pridem oſtendimus: quare citatio hæc itidem inter Pleſſiacas locum habet. LIL. Et poteſt etiam hoc colligi ex 8. meta. t. 10. quatenus rerum ſubſtantiæ, & ſpecies ſimiles dicunt eſſe numeris, in quibus maxime viget ordo. VL. In primis Ariſt. ibi non abſolute loquitur, nec ex mente propria, dicit enim, *Manifeſtum autem hoc etiam eſt, quod ſi aliquo modo ſubſtantiæ numeri ſunt, ita ſunt: & non, quemadmodum quidam dicunt, vnitatum*, &c. Quare vel hoc nomine parum abeſt a Pleſſiacis iſta citatio. Deinde comparat numeris eo loci Magiſter, non partes integrales mundi, vt compoſiti naturalis, quas ego continuas cum Ariſtotele profiteor, tu vero diſcretas, ſiue contiguas in præſentia; ſed formas, ac partes definitionis, omninoque partes eſſentiales; quod ipſemet Ariſtoteles aperit illico ſubiungens; *nam & definitio numerus quidam eſt: diuiſibilis etenim, & in indiuiſibilia: non enim infinitæ rationes: numerus vero tale quid eſt*. Ponit autem hic ſimilitudinem numerorum cum definitionibus, quæ non poteſt vllo pacto conuenire partibus continuæ quantitatis, de quibus agis; nam numeri ſunt diuiſibiles ea diuiſione quæ terminatur ad indiuiſibiles vnitates; ita definitio per reſolutionem terminatur ad vltimos terminos; etenim definiens hominem animal rationale, reſoluit animal in viuens ſenſitiuum, definit viuens corpus animatum, definit corpus ſubſtantiam corpoream, ſeu materialem, nec vltra progreditur, quia ſupra ſubſtantiam nihil eſt per quod ipſa definiri poſſit; niſi dixeris ipſam eſſe ens per ſe; ſed & ita terminabis definitiones in ente; ex quibus tamen prædicatis eſſentialibus conuenientibus in vnum fit vna definitio, quæ eſt vna per ſe; nam ſunt eſſentialiter ſubordinata: cuiuſmodi conditio numeri non competit magnitudini, ſeu partibus corporeis, quibus numerum comparas; nam corpus, continuaque quantitas omnis eſt diuiſibilis in infinitum, in ſemper diuiſibilia; nec vnquam illius diuiſio terminatur ad indiuiſibilia. Subdit Ariſtoteles

aliam

aliam proportionem numeri cum formis, & definitionibus, quæ nullo pacto conuenire poteſt partibus integralibus, de quarum ordine loqueris in præſentia, dicens, *Et quemadmodum de numero, ablato, aut addito, ex quibus numerus eſt, non eſt amplius idem numerus, ſed diuerſus, etiamſi minimum auferatur, aut addatur; ita nec definitio, nec ipſum quid erat eſſe erit amplius, ablato aliquo, aut addito.* ex quibus apparet Ariſtotelem comparare numeris hic definitiones, & formas, non autem partes corporeas, & integrales, de quarum continuitate tractas in conſtituendo compoſito, quod ſit vnum per ſe; nam ablato, vel addito vno digito, vel pede, vel oculo, nihilominus erit idem homo, non diuerſus. Quin & ablato magno quopiam, additove per motum decrementi, vel augmenti, qui motus ſunt in magnitudine, non ideo mutatur diuerſuſque fit, qui augetur homo, vel diminuitur; ſed idem prorſus permanet omni tempore augmentum & decrementum eius metiente; quod *u* alibi ſanxit Ariſt. inquiens, *Oportet autem ſaluare ratione inexiſtentia ei, quod augetur, & diminuitur: hæc autem ſunt tria, quorum vnum quidem eſt, quamcumque partem maiorem fieri eius, quæ augetur, magnitudinis, vt, ſi caro, carnis: & adueniente aliquo: & tertium, vt ſaluetur, quod augetur, & permaneat.* & *x* mox. *Oportet & ſolutionem dubitationis tentare inuenire, ſaluantes, manente eo, quod augetur, & adueniente aliquo augeri, recedente autem diminui: ad huc autem quodcumque ſignum ſenſibile, aut maius, aut minus factum eſſe.* Addit * Ariſtoteles, *Et numerum oportet aliquid eſſe, quo vnus; quod nunc non habent dicere quo vnus, ſi vnus eſt: aut enim non eſt, ſed quaſi congeries; aut ſi eſt, dicendum eſt, quidnam illud ſit, quod vnum ex multis facit.* Hic Ariſt. non determinat numerum carere vnitate; ſed veluti abſurdum colligens ex aduerſariorum, quibuſcum diſputat, aſſertione, dicit eos non poſſe dicere, quo numerus quilibet ſit vnus; quum oporteat eſſe aliquid quo numerus eſt vnus; eſt enim quilibet vnus ſpecie; quæ vnitas per accidens non eſt, ſed per ſe, vt ſupra demonſtratum fuit ex *y* Ariſtotele: aut ipſis numerus quilibet non erit vnum quid, ſed veluti congeries; quod velut abſurdum colligit: ſicut enim BA, non eſt B & A diſcreta; ſic ſenarius numerus non eſt formaliter idem quod bis ter: non enim agit hic Ariſtoteles de

u 1. de gen. t. 33.

x tex. 35.

* 8 meta. t. 10.

y 5. meta. t. 12.

Cc nu-

numero materialiter ſumpto; ſecundum quam rationem conſiderandi quilibet numerus eſt quantitas diſcreta, & congeries vnitatum; aſt agit de numero formaliter accepto, qua ratione quilibet eſt vnus ſpecie, cui ſi demas, vel addas minimam ac indiuiſibilem vnitatem, non amplius idem numerus eſt, ſed in alium diuerſæ ſpeciei mutatur. Et huiuſmodi numerum non comparat Ariſtoteles partibus integralibus, & corporeis compoſiti, ſed definitioni, quam parem vnitatem cum numero habere ſtatim admonet addens, *Et definitio vna eſt. Similiter autem nec hanc dicere habent: & hoc merito accidit: eiuſdem enim rationis & ſubſtantia eſt, vt vnum: non, vt quidam aiunt, vt vnitas quædam exiſtens, aut punctum, ſed actus, aut natura quædam vnaquæque. Et quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neque ſubſtantia, quæ ſecundum formam eſt. Sed, ſi eſt quidem, ea eſt, quæ ſecundum materiam eſt.* Ex quibus verbis poſtremis vt apparet Ariſtotelem ponere proportionem inter numerum & ſubſtantiam ſecundum formam, ac definitionem; e contraque ſtatuere conditiones numeri non eſſe in partibus corporeis, quæ ſunt ſubſtantia ſecundum materiam, ita conſtat e toto contextu colligi non poſſe, mundum habere vnitatem ſolius ordinis; quum in hoc textu neque de mundo, neque de ordine, neque de vnitate ordinis vlla mentio prorſus habeatur; neque vero ab ordine definitionum, & formarum colligi poteſt ordo ſimilis in partibus materialibus; ſique colligeretur; quum in numeris, & inter definitiones, & partes formales ille ſpectetur ordo, quo coaleſcunt in id, quod eſt vnum per ſe; nam ſunt non accidentaliter, ſed eſſentialiter ſubordinatæ; qua ratione ex pluribus partibus fit vna definitio, & vna forma per ſe; ſic ab vnitate talium enata partium integralium vnitas erit per ſe: Quæ omnia ſic facile probari poſſunt: In primis quidem partes integrales, materialeſque, de quibus agis, non ſemper omni ordine ſibi conuenienti ſunt eſſentialiter ſubordinatæ, ſed eſſe poſſunt accidentaliter ordinatæ; vt ſunt indiuiduæ, quæ dicuntur 2 partes ſpeciei; & milites, qui ſunt partes integrantes exercitum: at numeri, & partes definitionum ſubordinantur eſſentialiter ad inuicem. Deinde numeri vnitatem eſſe per ſe, non aliter tibi probauero quam autoritate D. Tho. cuius doctrinam

2 1. phyſ. t. 4.

ctrinam profit*ris, & Ariſtotel*s, quem ille d* clarans ait, *a Po-* *a* 8 meta.
nit tertiam aſſimilationem, & dicit quod numerus eſt id, quod eſt par.11.l.3.
vnum: eſt enim per ſe vnum numerus, inquantum vltima vnitas dat numero ſpeciem, & vnitatem; ſicut etiam in rebus compoſitis ex materia & forma, per formam eſt aliquid vnum, & vnitatem & ſpeciem ſortitur. Et propter hoc loquentes de vnitate numeri, ac ſi numerus non eſſet vnus per ſeipſum, non poſſunt dicere quo eſt vnus, ſi eſt vnus: Quum enim componatur ex multis vnitatibus, aut non eſt vnus ſimpliciter, ſed vnitates aggregantur in eo per modum coacervationis, quæ non facit ſimpliciter vnum; & per conſequens nec ens in aliqua ſpecie conſtituunt: & ſic numerus non eſt aliqua ſpecies entis. Aut ſi numerus eſt vnus ſimpliciter, & non per ſeipſum, dicendum eſt quid facit eum vnum ex multis vnitatibus. Quod non eſt aſſignare. Tu vero contradicens D. Tho. aſſignas ordinem autorem vnitatis non per ſe in numero. Addit ille, *Et ſimiliter definitio eſt vna per ſeipſam: & ſic non habent aliquid aſſignare per quod fiat vnum. Et hoc rationabiliter accidit, quia per eandem rationem ſubſtantia, quam ſignificat definitio, eſt ita vnum ſicut & numerus, ſ. per ſe, ex hoc, quia vna pars eius eſt vt forma alterius. Et non eſt vna vt indiuiſibile, ſicut vnitas ac punctum, ſicut quidam dixerunt, ſed quia vnaquæque earum eſt vna forma & natura quædam.* Si ergo, vt ais, colligi poteſt ex hoc Ariſtotelis loco a D. Tho. declarato, Mundum habere ſolam vnitatem ordinis, *b quatenus rerum* *b* pag.40.
ſubſtantiæ, & ſpecies ſimiles dicuntur eſſe numeris, in quibus maxime viget ordo: quum ordo in numeris ſit eſſentialis, & illorum quilibet ſit vnus per ſe, quia in eo vltima vnitas ſe habet ad alias, vt forma erga materiam: profecto mundus erit vnum quid per ſe, conſtitutum ex omnibus corporibus ſimplicibus, interquæ cælum ſe habet ad elementa, vt forma ad materiam; quod aperte docere videtur *c* Ariſtoteles inquiens, *Solus enim eſt & maxi-* *c* 2.de gen.
me ipſius formæ ignis, quia natus eſt ferri ad terminum: vnumquod- t.50.
que autem natum eſt ad ſuam ipſius ferri regionem: forma autem, & ſpecies omnium in terminis. Ex loco igitur Ariſtotelis a te prolato colligitur, Mundum eſſe vnum per ſe, ac vnitatem ordinis eſſe per ſe, non autem per accidens; adeoque prorſus oppoſitum eius, quod tu dicis (inclyte Flos) ex eo colligi. L I L. Si ergo mundus eſt velut ordinatus exercitus ſub Deo tanquam ſub

ſunt animata, vt docet Ariſt. 1. de an. t. 86. 87. & Alex. 2. de an. cap. 27. ergo partes principales mundi non ſunt animatæ. V L. Tu, Flos inclyte, texis argumentum hypotheticum a deſtructione conſequentis, conſtans ex antecedente, conſequente, aſſumpto, & concluſione: & quaſi foret cathegoricus ex maiori, & minori præmiſſa conflatus, mihi probas maiorem, & minorem, quæ nulla in eo eſt? ſed conſequentiam, ſiue coniunctum appellas maiorem, & aſſumptum minorem, neſcio quo claſſico doctore dialectico. ſed videamus adhibitas a te probationes. Si diſputationis ergo negauero conſequentiam, ſiue coniunctum, cui maioris nomen dediſti: probas eam argumento animalium, quia eadem forma informatur totum, & partes principales integrantes animal? hæc quidem probatio nulla eſt; quia mundus non animatur forma informante, ſed aſſiſtente; modo non valet conſequentia ab informante formam ad aſſiſtentem; an quia noſtratium animalium anima mouetur per accidens ad motum corporis, quod informat, vt ait *b* Ariſtoteles; ideo cælorum anima mouebitur ad motum corporis, cui aſſiſtit? nequaquam. quare veræ ſententiæ non veram probationem affers. Deinde vero conceſſa conſequentia, quam maiorem vocas, nego protinus aſſumptum, quod minorem appellas: ad probationem concedens elementa non eſſe animata, & eſſe partes integrantes mundi ſecundum ſpeciem appellatas: nego elementa eſſe mundi partes principales; ſunt enim viliſſimæ mundi partes, quæ mundo denominationem dare non poſſunt; vt licet inanimatæ ſint nihilominus ob ſola cæleſtia corpora totus mundus animatus dici debeat: quam doctrinam comprobat Ariſtoteles, Ficinus, & ipſa rei natura; Ariſtoteles inquiens, *i Item dignum eſt reprehendere eos, qui ita arbitrantur; quoniam quum & ipſorum ſenſibilium pauciora numero ita ſe habere viderent, de toto tamen cælo ſimiliter ſenſerunt: hic enim, qui circa nos eſt, ſolum ſenſibilium locus in corruptione & generatione eſt, qui nulla, vt ita dicam, vniuerſi pars eſt: vnde iuſtius fuiſſet propter illa, iſta etiam abſoluiſſe, quam propter iſta, illa condemnaſſe.* Quare Magiſter te reprehendit, qui videns elementa eſſe inanimata, quum cæleſtia corpora ſint animata, totum mundum non vis ob illa eſſe animatum, ſed ob iſta inanimatum; & quum ille dicat totum mun-

b 1. de an. t.

i 4. meta. t. 23.

mundum elementatem fere nullam eſſe partem vniuerſi; tu e contra dicis elementa eſſe partes mundi principales. Ficinus etiam, vt pridem notaui in opere De *k* Vita, ſtatuit *l* elementa k li.1.cap. 49. in mundo eſſe velut humores in humano corpore, qui licet ani- *l* in com. ad Tim. matinon ſint, nō propterea tollunt quominus totus homo ſit vere animatus. Rei natura quoque docet hoc ipſum; nam in ani- cap.2. mali vngues, cornua, pinguedo, pili, calcaria, roſtra, & id generis, ſunt partes minus principales; attamen animatæ non ſunt, nec proprie viuunt; quum tamen his non obſtantibus totum animal ſit viuens, & animatum proprie: Porro pilos, vngues, pennas, ſquamas, calcaria, roſtra, cornua, ſanguinem, adipem, ſeuum, ſaniem, & id generis enumerat *m* Ariſtoteles non ſemel *m* 1.hiſt. cap.1. inter animalium partes: has autem animatas eſſe nemo dixerit, quum proprie non viuant, nec alantur, ſed augeantur per iux- 3.hiſt.cap. 9.10.11.& 4. de part. an.cap.8. tapoſitionem nouæ materiæ ad præexiſtentem; ſunt enim quoquomodo excrementa, quibus nec viuere, nec animata eſſe proprie conuenit. Sed, inclyte Flos, cur non integrum aſſumptum probaſti? aſſumpſeras animatas non eſſe partes principales principaliter integrantes mundum, vocatas partes ſecundum ſpeciem; & oſtendis elementa non eſſe animata; ſed in hac oſtenſione falſam de more citationem adhibes, dum ais, Probatur minor, *Elementa ſunt partes mundi principales appellatæ ſecundum ſpeciem* 1. cæl.t.5. nam ibi Magiſter ait quidem ſe locuturum eſſe de partibus vniuerſi, quæ ſecundum ſpeciem, inquiens, *n De iis autem, quæ ſecundum ſpeciem ipſius partes ſunt, nunc* *n* 1.cęl.t.5. *dicamus, hoc facto principio. Omnia enim naturalia corpora, & magnitudines ſecundum ſe, mobiles ſecundum locum eſſe dicimus: naturam enim motus principium eſſe dicimus. Omnis autem motus, qui ſecundum locum fit, quem vocamus lationem, aut rectus, aut circularis, aut ex his mixtus eſt: ſimplices enim hi duo ſoli: cauſſa autem eſt, quoniam & magnitudines hæ ſimplices ſolum ſunt, recta, & circularis. Circularis igitur eſt, quæ circa medium fit: rectus autem, qui ſurſum, & deorſum. Dico autem ſurſum quidem eum, qui a medio; deorſum vero eum, qui ad medium.* Quibus vt apertum eſt, Ariſtotelem, qui *o* poſtea dicturus eſt, Mundum conſtare ex vni- *o* tex.95. uerſo naturali & ſenſibili corpore tanquam ex materia, adeoque velut ex partibus materialibus, nunc haſce partes, quæ dicit

ri,& ſpeciei mundus a ſua forma eſſentiali; de qua te nobile te-
f 12 meta. t.49. ſtimonium habemus apud Ariſtotelem talia ſcribentem, *f Quod autem cælum ſit vnum, manifeſtum eſt: ſi enim plures ſint cæli, vt homines, principium vniuſcuiuſque erit ſpecie vnum, numero multa: at quæcumque multa numero, materiam habent. Vna etenim & eadem multorum ratio eſt, velut hominis, Socrates vero vnus. ipſum vero quid erat eſſe primum non habet materiam, quum actus ſit: vnum ergo, tum ratione, tum numero primum mouens immobile eſt; & id igitur quod ſemper continuoque mouetur: vnum ergo tantum cælum eſt.* Sed quibus autoritatibus clariſſimis oppoſitum probas? LIL. Alex. 2. nat. qu. cap. 19. VL. Aliud eſt, inclyte Flos, Mundum habere ordinem a natura ſua, ſeu mundi eſſe tali quodam ordine conſtare, quod ait Alex. & nos vltro concedimus: aliud eſt mundum habere vnitatem ſolius ordinis, quod tibi proponis Alexandri autoritate clariſſima probare; quum in toto illo capite nunquam meminerit Alex. de vnitate, nunquam de vnitate ſolius ordinis; vt hæc tua ſi non ſit falſa † citatio, nulla iam fuerit vnquam falſa citatio. († 60. falſ. cit.) Quin & eo nomine falſa pariter eſt, quod Alex. eo loci plane determinat oppoſitum eius, quod tu ex ipſius autoritate probare contendis; tu enim probare vis ex Alex. mundum non habere animam, quia non habet vnitatem per ſe, quæ ſemper ab anima eſt, ſed obtineat vnitatem ſolius ordinis, quæ vnitas per accidens eſt: quum tamen Alex. in loco a te citato perſpicuis verbis determinet mundum habere ordinem a natura ſua, quam dicit eſſe animam, quamque ſtatuit eſſe mundi partem, quæ prouidet alteri mundi parti; proindeque mihi ſuffragatur aſſerenti in Peripato mundum animatum eſſe, ac illius animam eſſe Intelligentiam toti aſſiſtentem; nam pars mundi prouidentiam habens de rebus ſubcæleſtibus eſt apud g Ariſtotelem illa natura, quæ Deus eſt de ſententia h Alexandri teſtimonio i Simplicij, Diuique k Thomæ. (g 2. cæl. t.56. h in com. eius t. i com. ibi. k ibid.) Sed inclyte Flos cur non attuliſti verba Alexandri? quia nihil pro te, ſed aduerſum te militant: referre licet caput a te citatum, quod breue ſatis eſt, vt appareat quanta fides adhibenda ſit tuis citationibus, quarum multitudine me prorſus obruere conaris: ait ipſiſſimis verbis Alex. in loco a te citato, (l 2. quæ. nat. c. 19.) *l Si mundus ſui natura æternus: mundi vero eſſe tali quodam ordine conſtat: ordinem*

dinem etiam a natura ſua haberet: quod ſi hoc eſt, nec ad eſſe, nec ad ordinem, quem habet, indigeret eo, qui prouiſurus eſſet: atqui omne quod prouidet, vel vt ſit illud, cui prouidet, vel vt bene ſit, prouidet: ad quorum neutrum, quum mundus indigeret eo, qui prouiſurus ſit, neque penitus prouideretur. hæc eſt quęſtio, quam proponit Alex. in cuius propoſitione nihil prorſus de eo, quod vis ipſum ſtatuere, mundo ſolius ordinis vnitatem ineſſe; verum ait ſolum, mundi eſſe tali quodam ordine conſtare; & mundum habere ordinem a natura ſua; nihilomnino tractans de vnitate ſolius ordinis: immo vero ſi proponens quæſtionem dixiſſet Alex. mundum habere ſolius ordinis vnitatem, nihilominus Pleſſiaca foret, hoc eſt falſa citatio tua; quia non quæ in proponenda quæſtione dicunt autores ab ijs tanquam vera proferuntur, ſed quæ in determinatione quæſtionis decernunt. At vero determinationem, quam immediate ſubdit Alex. audiamus, ait autem, *An mundus quidem vniuerſus non indiget eo, qui prouiſurus ſit, nec vt ſit, nec vt bene ſit: ſed quæ ſit prouidentia in mundo, ſit quum pars ſit aliqua in mundo, quæ prouidet, pars vero aliqua, cui prouideatur:* Quum autem Alex. alibi decreuerit, obſeruatu *m* Simplicij, ac *n* D.Tho. Ariſt. ſentire, id quod prouidet in mundo eſſe mundi naturam, ac Deum; iam tibi reclamat Alexander toties neganti Deum eſſe naturam, ac partem vniuerſi in hac tua diſputatione. Addit Alex. *Quatenus enim ipſius corpus ingenitum eſt, & incorruptibile, ſemperque ſecundum ſui naturam, & animam ordinatum, & ſuo motu primi Dei imitationis deſiderio motum, hoc nihil eget eo, qui prouiſurus ſit, quum in propria natura, & ipſius eſſe, & ipſius bene eſſe perfectum habeat.* In qua determinationis prima parte decernens Alex. Mundum quoad ſui partem, quæ eſt corpus ingenitum, & incorruptibile, non indigere prouiſore, quum in propria ſui natura perfectum eſſe habeat, ſemperque ſit ordinatum ſecundum ſui naturam & animam, qua mouetur in orbem ob deſiderium imitandi primum Deum; quem non æthereæ parti ſolum, ſed toti mundo formam aſſiſtere putat; clare mihi fauet in Peripato ponenti cælum eſſe animatum, & eius animam, quę motrix intelligentia eſt eſſe naturam; tibiſque reclamat aperte talia neganti: ſed in hac parte ne verbum quidem Alex. de eo quod eſt, Mundum habere vnitatem ſolius ordinis:

m 2. cæl. com. 37.
n 2. cęl. co. t. 56.

dinis: ſolum ait cælum, quod eſt pars mundi, non totus mundus, de quo tractas, eſſe ordinatum ſecundum ſui naturam & animam, ſubnectit Alex. in altera parte determinationis, *Quatenus autem ipſius generabile, & corruptibile, & alieno indigens auxilio, & ad eſſe, & ad æternitatem ſecundum ſpeciem per ordinatam mutationem, hoc eſt, quod prouidetur a motu recte ordinato partis mundi Diuinæ, & quod certa quadam ad ipſam habitudine gubernatur: a quo quatenus contingit, quum ſit morti quid obnoxium, ordine participans, & ab ipſis illum aſſequens, ſeruat propter ipſum incorruptibilitatem ſecundum ſpeciem.* In quibus de eo quod eſt, mundum vniuerſum habere vnitatem ſolius ordinis, quod autoritate clariſſima Alexandri probare profiteris, ne verbum quid Alex. quum nec vnitatis meminerit, nec vniuerſi, ſed ſolum partis elementariæ generationi & corruptioni obnoxiæ: nec de ordine partium mundi tractet, ſed tantum de ordinata mutatione, deque ordinato motu, deque ordinata ſerie rerum generabilium ſibi inuicem ſuccedentium, vnde ſpeciei æternitatem conſequuntur, quæ in indiuiduo nequeunt æterna eſſe. Quare nihil prorſus Alex. agit de vnitate ſolius ordinis in mundo, quam ex hoc loco Alexandri probare ſatagis falſa prorſus citatione. Profer itaque meliores autoritates. LII. Ariſtotelis 3. de cæl. t. 24. VL. Non poſſum, inclyte Flos, non mirari te tot falſas autoritates in vnum conglomerare; nam aliud eſt, mundum habere ordinem, ſeu ordinem eſſe proprium ſenſibilium naturam; quod ibi decernit Ariſtoteles; aliud eſt, mundum ſolius ordinis vnitatem habere, quod ais Ariſtotelem ibi ſtatuere; quia mundus habet præter vnitatem ordinis, multas alias per ſe, vt ſupra vidimus apud Ariſtotelem: ſed & vnitatem ordinis in mundo non eſſe accidentalem, ſed per ſe, mox demonſtrabo: Magiſtrum vero loco a te citato, ne verbum quidem de eo, quod illi adſcribis, mundum habere o vnitatem ſolius ordinis, falſa citatione; ſunt enim hęc ibi verba Philoſophi, p *Præterea inordinatio nihil eſt aliud, quam quod præter naturam: ordo enim eſt propria ſenſibilium natura. At vero & hoc abſurdum eſt, ac impoſſibile, quod infinitum eſt, inordinatum habere motum: eſt enim natura illa rerum, quam habent plures, & pluri tempore. Accidit igitur ipſius contrarium, inordinationem quidem eſſe ſecundum* na-

o 61. falſ. cit.

p 3. cæl. t. 24.

naturam, ordinem vero, & mundum præter naturam: quanquam nihil vt contingit ſit eorum, quæ ſecundum naturam. Supra Lyncem oculatus ſit oportet eum, qui videre potuit Ariſtotelem in his verbis conſtituere mundum habere ſolius ordinis vnitatem: ego non ita viſu pollens, video tantum a Magiſtro dici, ordinem eſſe propriam naturam ſenſibilium, & explicari ſe naturæ nomine ſignificare, non proprie naturam, ſed id quod eſt ſecundum naturam (nam reuera ordo non eſt natura, ſed ſecundum naturam, vt inordinatio eſt præter naturam) & ad ſummum ordinem, & mundum non eſſe præter naturam: ſed in textu Magiſtri a te citato non video mentionem vllam fieri de vnitate mundi; ſpeciatimque non video tuam illam minorem, *Mundus habet vnitatem ſolius ordinis*, quam autoritate clariſſima Philoſophi probare nunc profiteris. L I L. 1. de cæl. t. 107. quamuis hic loquatur ex principijs etiam Empedoclis. V L. Eiuſdem prorſus naturæ citatio hæc, falſa nimirum; etenim Ariſtoteles nec ibi quicquam ait de vnitate ſolius ordinis mundo conueniente; ſed de vnitate tali nihil dicens, inquit mundum conſtitui ex elementis non quouis ordine conſtitutis, inquiens, *Palam enim eſt quod & ſeinuicem elementis conuenientibus, non quiuis ordo ſit, & conſtitutio, ſed idem: præſertim & ſecundum eos, qui hunc ſermonem dixerunt, qui diſpoſitionis vtriuſque cauſſam faciunt ipſum contrarium. Quare, ſi totum corpus continuum exiſtens, quandoque quidem ſic, quandoque autem illo modo diſponitur, & perornatur: vniuerſi autem conſtitutio mundus eſt, & cælum: non vtique mundus fiet, ac corrumpetur, ſed diſpoſitiones ipſius.* Immo vero conſtituens hic Ariſtoteles clariſſimis verbis totum corpus mundi continuum exiſtere, ſeu totum mundum exiſtere corpus continuum, euidentiſſime oppoſitum decernit ei, quod prætendis; prætendis enim mundum non eſſe animatum, quia non ſit vnum per ſe; probare contendis non eſſe vnum per ſe, quia non ſit vnum continuum, ſed ſolum conſtitui ex partibus non continuis, ſed contiguis; at in textu a te citato Magiſter expreſſis verbis ait, mundi *totum corpus continuum exiſtere*: quare ſcribit oppoſitum eius, quod prætendis; adeoque citatio tua *q* falſa penitus eſt. Veram prome. L I L. 12. meta. t. 52. V L. Ariſtoteles ibi quidem ait omnia eſſe quodam modo ordinata, & bonum vniuerſi

q 61. falſ. cit.

r 63. tASſ. cit. uerſi conſiſtere in ordine: ſed non ait a tali ordine r ſolo mundum habere ſuam vnitatem: immo paullo antea ſ docuerat mundum habere vnitatem ſuam tum numericam, tum ſpecificam, a primo quod quid eſt; quod non eſt ordo, ſed cauſſa totius t ordinis, vt ipſe multo prius determinauerat, & nos ex eo non ita pridem oſtendimus: quare citatio hæc itidem inter Pleſſiacas locum habet. L I L. Et poteſt etiam hoc colligi ex 8. meta. t. 10. quatenus rerum ſubſtantiæ, & ſpecies ſimiles dicunt eſſe numeris, in quibus maxime viget ordo. V L. In primis Ariſt. ibi non abſolute loquitur, nec ex mente propria, dicit enim, *Manifeſtum autem hoc etiam eſt, quod ſi aliquo modo ſubſtantiæ numeri ſunt, ita ſunt: & non, quemadmodum quidam dicunt, vnitatum*, &c. Quare vel hoc nomine parum abeſt a Pleſſiacis iſta citatio. Deinde comparat numeris eo loci Magiſter, non partes integrales mundi, vt compoſiti naturalis, quas ego continuas cum Ariſtotele profiteor, tu vero diſcretas, ſiue contiguas in præſentia; ſed formas, ac partes definitionis, omninoque partes eſſentiales; quod ipſemet Ariſtoteles aperit illico ſubiungens; *nam & definitio numerus quidam eſt: diuiſibilis etenim, & in indiuiſibilia: non enim infinitæ rationes: numerus vero tale quid eſt*. Ponit autem hic ſimilitudinem numerorum cum definitionibus, quæ non poteſt vllo pacto conuenire partibus continuæ quantitatis, de quibus agis; nam numeri ſunt diuiſibiles ea diuiſione quæ terminatur ad indiuiſibiles vnitates; ita definitio per reſolutionem terminatur ad vltimos terminos; etenim definiens hominem animal rationale, reſoluit animal in viuens ſenſitiuum, definit viuens corpus animatum, definit corpus ſubſtantiam corpoream, ſeu materialem, nec vltra progreditur, quia ſupra ſubſtantiam nihil eſt per quod ipſa definiri poſſit; niſi dixeris ipſam eſſe ens per ſe; ſed & ita terminabis definitiones in ente; ex quibus tamen prædicatis eſſentialibus conuenientibus in vnum fit vna definitio, quæ eſt vna per ſe; nam ſunt eſſentialiter ſubordinata: cuiuſmodi conditio numeri non competit magnitudini, ſeu partibus corporeis, quibus numerum comparas; nam corpus, continuaque quantitas omnis eſt diuiſibilis in infinitum, in ſemper diuiſibilia; nec vnquam illius diuiſio terminatur ad indiuiſibilia. Subdit Ariſtoteles

ſ 12. meta. t. 49.

t 12. meta. ſu. 2. c. 2.

aliam

aliam proportionem numeri cum formis, & definitionibus, quæ nullo pacto conuenire poteſt partibus integralibus, de quarum ordine loqueris in præſentia, dicens, *Et quemadmodum de numero, ablato, aut addito, ex quibus numerus eſt, non eſt amplius idem numerus, ſed diuerſus, etiamſi minimum auferatur, aut addatur; ita nec definitio, nec ipſum quid erat eſſe erit amplius, ablato aliquo, aut addito*. ex quibus apparet Ariſtotelem comparare numeris hic definitiones, & formas, non autem partes corporeas, & integrales, de quarum continuitate tractas in conſtituendo compoſito, quod ſit vnum per ſe; nam ablato, vel addito vno digito, vel pede, vel oculo, nihilominus erit idem homo, non diuerſus. Quin & ablato magno quopiam, additoue per motum decrementi, vel augmenti, qui motus ſunt in magnitudine, non ideo mutatur diuerſuſque fit, qui augetur homo, vel diminuitur; ſed idem prorſus permanet omni tempore augmentum & decrementum eius metiente; quod *u* alibi ſanxit Ariſt. inquiens, *Oportet autem ſaluare ratione inexiſtentia ei, quod augetur, & diminuitur: hæc autem ſunt tria, quorum vnum quidem eſt, quamcumque partem maiorem fieri eius, quæ augetur, magnitudinis, vt, ſi caro, carnis: & adueniente aliquo: & tertium, vt ſaluetur, quod augetur, & permaneat*. & *x* mox. *Oportet & ſolutionem dubitationis tentare inuenire, ſaluantes, manente eo, quod augetur, & adueniente aliquo augeri, recedente autem diminui: ad huc autem quodcumque ſignum ſenſibile, aut maius, aut minus factum eſſe*. Addit * Ariſtoteles, *Et numerum oportet aliquid eſſe, quo vnus; quod nunc non habent dicere quo vnus, ſi vnus eſt: aut enim non eſt, ſed quaſi congeries; aut ſi eſt, dicendum eſt, quidnam illud ſit, quod vnum ex multis facit*. Hic Ariſt. non determinat numerum carere vnitate; ſed veluti abſurdum colligens ex aduerſariorum, quibuſcum diſputat, aſſertione, dicit eos non poſſe dicere, quo numerus quilibet ſit vnus; quum oporteat eſſe aliquid quo numerus eſt vnus; eſt enim quilibet vnus ſpecie; quæ vnitas per accidens non eſt, ſed per ſe, vt ſupra demonſtratum fuit ex *y* Ariſtotele: aut ipſis numerus quilibet non erit vnum quid, ſed veluti congeries; quod velut abſurdum colligit: ſicut enim BA, non eſt B & A diſcreta; ſic ſenarius numerus non eſt formaliter idem quod bis ter: non enim agit hic Ariſtoteles de

u 1. de gen. t. 33.

x tex. 35.

* 8. meta. t. 10.

y 5. meta. t. 12.

numero materialiter ſumpto; ſecundum quam rationem conſiderandi quilibet numerus eſt quantitas diſcreta, & congeries vnitatum; aſt agit de numero formaliter accepto, qua ratione quilibet eſt vnus ſpecie, cui ſi demas, vel addas minimam ac indiuiſibilem vnitatem, non amplius idem numerus eſt, ſed in alium diuerſæ ſpeciei mutatur. Et huiuſmodi numerum non comparat Ariſtoteles partibus integralibus, & corporeis compoſiti, ſed definitioni, quam parem vnitatem cum numero habere ſtatim admonet addens, *Et definitio vna eſt. Similiter autem nec hanc dicere habent: & hoc merito accidit: eiuſdem enim rationis & ſubſtantia eſt, vt vnum: non, vt quidam aiunt, vt vnitas quædam exiſtens, aut punctum, ſed actus, aut natura quædam vnaquæque. Et quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neque ſubſtantia, quæ ſecundum formam eſt. Sed, ſi eſt quidem, ea eſt, quæ ſecundum materiam eſt.* Ex quibus verbis poſtremis vt apparet Ariſtotelem ponere proportionem inter numerum & ſubſtantiam ſecundum formam, ac definitionem; e contraque ſtatuere conditiones numeri non eſſe in partibus corporeis, quæ ſunt ſubſtantia ſecundum materiam, ita conſtat e toto contextu colligi non poſſe, mundum habere vnitatem ſolius ordinis; quum in hoc textu neque de mundo, neque de ordine, neque de vnitate ordinis vlla mentio prorſus habeatur; neque vero ab ordine definitionum, & formarum colligi poteſt ordo ſimilis in partibus materialibus; ſique colligeretur; quum in numeris, & inter definitiones, & partes formales ille ſpectetur ordo, quo coaleſcunt in id, quod eſt vnum per ſe; nam ſunt non accidentaliter, ſed eſſentialiter ſubordinatæ; qua ratione ex pluribus partibus fit vna definitio, & vna forma per ſe; ſic ab vnitate talium enata partium integralium vnitas erit per ſe: Quæ omnia ſic facile probari poſſunt: In primis quidem partes integrales, materialeſque, de quibus agis, non ſemper omni ordine ſibi conuenienti ſunt eſſentialiter ſubordinatæ, ſed eſſe poſſunt accidentaliter ordinatæ; vt ſunt indiuiduæ, quæ dicuntur z partes ſpeciei; & milites, qui ſunt partes integrantes exercitum: at numeri, & partes definitionum ſubordinantur eſſentialiter ad inuicem. Deinde numeri vnitatem eſſe per ſe, non aliter tibi probauero quam autoritate D. Tho. cuius do-

z 1. phyſ. t. 4.

ctrinam

ctrinam profitentis, & Ariſtotelis, quem ille declarans ait, *a Po-* a 8 meta.
nit tertiam aſſimilationem, & dicit quod numerus eſt id, quod eſt par. 11. l. 3.
vnum: eſt enim per ſe vnum numerus, inquantum vltima vnitas dat
numero ſpeciem, & vnitatem; ſicut etiam in rebus compoſitis ex ma-
teria & forma, per formam eſt aliquid vnum, & vnitatem & ſpe-
ciem ſortitur. Et propter hoc loquentes de vnitate numeri, ac ſi nu-
merus non eſſet vnus per ſeipſum, non poſſunt dicere quo eſt vnus, ſi
eſt vnus: Quum enim componatur ex multis vnitatibus, aut non eſt
vnus ſimpliciter, ſed vnitates aggregantur in eo per modum coacer-
uationis, quæ non facit ſimpliciter vnum; & per conſequens nec ens
in aliqua ſpecie conſtituunt: & ſic numerus non eſt aliqua ſpecies en-
tis. Aut ſi numerus eſt vnus ſimpliciter, & non per ſeipſum, dicen-
dum eſt quid facit eum vnum ex multis vnitatibus. Quod non eſt aſ-
ſignare. Tu vero contradicens D. Tho. aſſignas ordinem auto-
rem vnitatis non per ſe in numero. Addit ille, *Et ſimiliter defini-*
tio eſt vna per ſeipſam: & ſic non habent aliquid aſſignare per quod
fiat vnum. Et hoc rationabiliter accidit, quia per eandem rationem
ſubſtantia, quam ſignificat definitio, eſt ita vnum ſicut & numerus, ſ.
per ſe, ex hoc, quia vna pars eius eſt vt forma alterius. Et non eſt vna
vt indiuiſibile, ſicut vnitas ac punctum, ſicut quidam dixerunt, ſed
quia vnaquæque earum eſt vna forma & natura quædam. Si ergo,
vt ais, colligi poteſt ex hoc Ariſtotelis loco a D. Tho. declara-
to, Mundum habere ſolam vnitatem ordinis, *b quatenus rerum* b pag. 40.
ſubſtantiæ, & ſpecies ſimiles dicuntur eſſe numeris, in quibus maxime
viget ordo: quum ordo in numeris ſit eſſentialis, & illorum qui-
libet ſit vnus per ſe, quia in eo vltima vnitas ſe habet ad alias,
vt forma erga materiam: profecto mundus erit vnum quid per
ſe, conſtitutum ex omnibus corporibus ſimplicibus, interquæ
cælum ſe habet ad elementa, vt forma ad materiam; quod aper-
te docere videtur *c* Ariſtoteles inquiens, *Solus enim eſt & maxi-* c 2. de gen.
me ipſius formæ ignis, quia natus eſt ferri ad terminum: vnumquod- t. 50.
que autem natum eſt ad ſuam ipſius ferri regionem: forma autem, &
ſpecies omnium in terminis. Ex loco igitur Ariſtotelis a te prola-
to colligitur, Mundum eſſe vnum per ſe, ac vnitatem ordinis eſ-
ſe per ſe, non autem per accidens; adeoque prorſus oppoſitum
eius, quod tu dicis (inclyte Flos) ex eo colligi. LIL. Si ergo
mundus eſt velut ordinatus exercitus ſub Deo tanquam ſub

Digitized by Google

Duce, vt habetur 12.meta.t.52. iure merito dicemus Mundum non habere vnitatem per ſe. V L. Exercitus duplicem in ſe habet ordinem; vnum quidem accidentalem, qui millies variari poteſt, ipſum formando vel quadrangularem, vel triangularem, vel orbicularem, vel alterius cuiuſlibet figuræ, modo plures, modo pauciores, modo has, modo illas legiones militum a fronte, a lateribus, vel alibi collocando; qui quidem ordo, de quo forte loqueris, non dat vnitatem exercitui; nam vnus & idem exercitus ordinem militum, & manipulorum centies in die mutare poteſt: Alterum vero exercitus habet ordinem eſſentialem, quo milites ſubordinantur ad decuriones, hi ad centuriones, hi ad legionum duces, & hi ad vnum Imperatorem; qui ordo nunquam mutatur, ſed ſemper idem permanet in eodem exercitu; & ab vnitate Imperatoris vnitatem eſſentialem ac per ſe ſumit & ordo, & exercitus: in arte ſiquidem militari talis ordo non eſt accidentale quid, nec accidens in exercitu, ſed per ſe competit exercitui, quia habet a tali ordine, quin etiam magis ab vnitate Imperatoris vnitatem per ſe: quæ

d 12.meta. t. 49. omnia clare nos docuit Ariſtoteles aſſerens cælum eſſe *d* vnum & non plures, quia primum quod quod quid eſt, ac omnino primum mouens immobile tum numero, tum ſpecie, ſeu ratione

e tex. 52. vnum eſt: & paullo poſt in loco a te citato dicens, *e Perſcrutandum autem etiam eſt hoc quonam modo natura vniuerſi habeat ipſum bonum* (intellige & ipſum vnum, quia bonum, ens, & vnum conuertantur) *& ipſum optimum: vtrum ſeparatum quiddam, & ipſum, an per ſe, an in ipſo ordine. An vtroque modo, quemadmodum exercitus: etenim bene eſſe eius, in ordine, & dux ipſe eſt; ac magis ipſe; non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt. Cuncta autem coordinata quodammodo ſunt; verum non ſimiliter & natantia, & volatilia, & plantæ; nec ita ſe habent, vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quippiam: ad vnum namque coordinata ſunt omnia* &c. Sic igitur mundus non ſolius ordinis vnitatem habet, eamque per accidens, vt arbitraris; at Vniuerſum habet vnitatem per ſe, ſibique prorſus eſſentialem tum a ſummo Deo, vt a primo mouente, tanquam a ſui forma; & vt ab vltimo fine, ad quem omnia ſunt coordinata: tum ab ordine eſſentiali, qui eſt inter imperantem, & ſubditos, ac miniſtros imperantis vi-

cem

Digitized by Google

cem gerentes; quem ordinem ſtatim obſeruat Ariſtoteles in domo inter patrem, & mancipia beſtiasque, & liberos, qui medium locum obtinent inter patrem imperantem, & mancipia belluasque pure ſeruientes, & quum liberi ſint patri quidem obtemperantes, at mancipijs & belluis imperantes; perinde ac in exercitu Dux omnibus imperat, milites obediunt tantum, at decuriones, centurionesque, & alij medij Duci parent, ac militibus imperant: ait enim, *Verum quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcumque facere, ſed ea omnia aut plurima, quæ ordinata ſunt*, nimirum a patrefamilias: *mancipijs vero & beſtijs parum, quod ad commune conferat, ſed vt plurimum quodcumque contingit (tale namque principium cuiuſque eorum natura eſt)* vt agat ſolum alijs ſeruiendo. f *Dico autem pariformiter quod neceſſe eſt omnia in diſcrimen venire, & alia ita ſunt, quibus omnia communicant ad Vniuerſum*: Quod quum alibi diſtribuerit g Ariſtoteles in ſubſtantiam immobilem omnino, in ſemper motam, & in eam, quæ aliquando mouetur, & aliquando quieſcit. Porro in Vniuerſo ſubſtantia penitus immobilis eſt primus motor, comparatus ſummo Duci in exercitu, & patrifamilias in domo: ſubſtantia ſemper mobilis in mundo eſt cælum, correſpondens centurionibus in exercitu, & liberis in domo: ſubſtantia motus & quietis particeps eſt in mundo corpus elementare proportionatum militibus in exercitu, & mancipijs in domo; nam elementa gubernantur a cælo, cælum regitur a primo mouente, qui ordo rerum gubernatarum ab vno primo rebus eſſentialis eſt, ac vnus per ſe vnitatem mundo tribuit eſſentialem: quare non habes hinc mundum non eſſe animatum in Peripato. LIL. Probo etiam mundum apud Ariſtotelem non eſſe animatum, Si totus mundus eſſet animatus, animatæ etiam eſſent eius partes principales, vocatæ partes ſecundum ſpeciem: ſed animatæ non ſunt hæ partes principales principaliter integrantes mundum vocatæ ſecundum ſpeciem: ergo neque animatus eſt mundus. Probatur maior argumento animalium; nam eadem forma informatur totum, & partes principales integrantes animal: vt etiam fatetur infra D.m. Collega cap. 10. pag. 114. Probatur minor, elementa ſunt partes mundi principales appellatæ ſecundum ſpeciem 1. cæl. t. 5. elementa non ſunt

f t. 53.

g 8. phyſ. t. 26. 27. & ſeqq.

Digitized by Google

ſunt animata, vt docet Ariſt. 1. de an. t. 86. 87. & Alex. 2. de an. cap. 27. ergo partes principales mundi non ſunt animatæ. V L. Tu, Flos inclyte, texis argumentum hypotheticum a deſtructione conſequentis, conſtans ex antecedente, conſequente, aſſumpto, & concluſione: & quaſi foret cathegoricus ex maiori, & minori præmiſſa conflatus, mihi probas maiorem, & minorem, quæ nulla in eo eſt? ſed conſequentiam, ſiue coniunctum appellas maiorem, & aſſumptum minorem, neſcio quo claſſico doctore dialectico. ſed videamus adhibitas a te probationes. Si diſputationis ergo negauero conſequentiam, ſiue coniunctum, cui maioris nomen dediſti: probas eam argumento animalium, quia eadem forma informatur totum, & partes principales integrantes animal? hæc quidem probatio nulla eſt; quia mundus non animatur forma informante, ſed aſſiſtente; modo non valet conſequentia ab informante formam ad aſſiſtentem; an quia noſtratium animalium anima mouetur per

b 1. de an. t. accidens ad motum corporis, quod informat, vt ait *b* Ariſtoteles; ideo cælorum anima mouebitur ad motum corporis, cui aſſiſtit? nequaquam. quare veræ ſententiæ non veram probationem affers. Deinde vero conceſſa conſequentia, quam maiorem vocas, nego protinus aſſumptum, quod minorem appellas: ad probationem concedens elementa non eſſe animata, & eſſe partes integrantes mundi ſecundum ſpeciem appellatas: nego elementa eſſe mundi partes principales; ſunt enim viliſſimæ mundi partes, quæ mundo denominationem dare non poſſunt; vt licet inanimatæ ſint nihilominus ob ſola cæleſtia corpora totus mundus animatus dici debeat: quam doctrinam comprobat Ariſtoteles, Ficinus, & ipſa rei natura; Ariſtoteles inquiens,

i 4. meta. t. 23. *i Item dignum eſt reprehendere eos, qui ita arbitrantur; quoniam quum & ipſorum ſenſibilium pauciora numero ita ſe habere viderent, de toto tamen cælo ſimiliter ſenſerunt: hic enim, qui circa nos eſt, ſolum ſenſibilium locus in corruptione & generatione eſt, qui nulla, vt ita dicam, vniuerſi pars eſt: vnde iuſtius fuiſſet propter illa, iſta etiam abſoluiſſe, quam propter iſta, illa condemnaſſe.* Quare Magiſter te reprehendit, qui videns elementa eſſe inanimata, quum cæleſtia corpora ſint animata, totum mundum non vis ob illa eſſe animatum, ſed ob iſta inanimatum; & quum ille dicat totum

mun-

mundum elementarem fere nullam eſſe partem vniuerſi; tu e contra dicis elementa eſſe partes mundi principales. Ficinus etiam, vt pridem notaui in opere De *k* Vita, ſtatuit *l* elementa in mundo eſſe velut humores in humano corpore, qui licet animati non ſint, nō propterea tollunt quominus totus homo ſit vere animatus. Rei natura quoque docet hoc ipſum; nam in animali vngues, cornua, pinguedo, pili, calcaria, roſtra, & id generis, ſunt partes minus principales; attamen animatæ non ſunt, nec proprie viuunt; quum tamen his non obſtantibus totum animal ſit viuens, & animatum proprie. Porro pilos, vngues, pennas, ſquamas, calcaria, roſtra, cornua, ſanguinem, adipem, ſeuum, ſaniem, & id generis enumerat *m* Ariſtoteles non ſemel inter animalium partes: has autem animatas eſſe nemo dixerit, quum proprie non viuant, nec alantur, ſed augeantur per iuxtapoſitionem nouæ materiæ ad præexiſtentem; ſunt enim quoquomodo excrementa, quibus nec viuere, nec animata eſſe proprie conuenit. Sed, inclyte Flos, cur non integrum aſſumptum probaſti? aſſumpſeras animatas non eſſe partes principales principaliter integrantes mundum, vocatas partes ſecundum ſpeciem; & oſtendis elementa non eſſe animata; ſed in hac oſtenſione falſam de more citationem adhibes, dum ais, Probatur minor, *Elementa ſunt partes mundi principales appellatæ ſecundum ſpeciem* 1. cæl.t.5. nam ibi Magiſter ait quidem ſe locuturum eſſe de partibus vniuerſi, quæ ſecundum ſpeciem, inquiens, *n De iis autem, quæ ſecundum ſpeciem ipſius partes ſunt, nunc dicamus, hoc facto principio. Omnia enim naturalia corpora, & magnitudines ſecundum ſe, mobiles ſecundum locum eſſe dicimus: naturam enim motus principium eſſe dicimus. Omnis autem motus, qui ſecundum locum fit, quem vocamus lationem, aut rectus, aut circularis, aut ex his mixtus eſt: ſimplices enim hi duo ſoli: cauſſa autem eſt, quoniam & magnitudines hæ ſimplices ſolum ſunt, recta, & circularis. Circularis igitur eſt, quæ circa medium fit: rectus autem, qui ſurſum, & deorſum. Dico autem ſurſum quidem eum, qui a medio; deorſum vero eum, qui ad medium.* Quibus vt apertum eſt, Ariſtotelem, qui *o* poſtea dicturus eſt, Mundum conſtare ex vniuerſo naturali & ſenſibili corpore tanquam ex materia, adeoque velut ex partibus materialibus, nunc haſce partes, quæ dicit

k li.1.cap. 49.
l in com. ad Tim. cap.2.
m 1.hiſt. cap.1. 3.hiſt.cap. 9.10.11.& 4. de part. an.cap.8.
n 1.cęl.t.5.
o tex.95.

cit eſſe omnia corpora naturalia, pro diuerſitate motuum, quibus ſecundum naturam aguntur, redigit ad tres ſpecies, ad mobiles per ſe motu circulari, cuiuſmodi ſunt cæleſtia corpora; ad mobiles motu recto, cuiuſmodi ſunt elementa in grauia, & leuia diſtributa; & ad mobiles motu miſto, cuiuſmodi ſunt omnia miſta: & quum certum ſit miſta non eſſe partes vniuerſum integrantes, ſed ſolum perficientes; moxque non ſemel docturus ſit Ariſtoteles partes principales principaliter integrantes mundum eſſe cæleſtia corpora prout contradiſtinguuntur ab elementis, quæ ſunt mundi partes minus præcipuæ; tum inquiens,
p 1. cæl. t. 13. *p Ex his igitur manifeſtum eſt quod eſſe nata eſt quædam ſubſtantia corporis alia, præter eas, quæ hic ſunt, conſiſtentias, diuinior, ac prior his omnibus*: tum addens,
q tex. 16. *q Quapropter ex omnibus his aliquis ratiocinando crediderit, quod eſt aliquod præter corpora, quæ hic, & circa nos ſunt, alterum ſeparatum, tanto honorabiliorem habens naturam, quanto quidem plus diſtat ab ijs, quæ hic ſunt*: conſentiens ijs,
2. phyſ. t. 45. & 4. meta. t. 23. quæ alibi r conſtituerat; tamen in textu a te citato ne verbum quidem de eo quod eſt, elementa eſſe partes mundi principales; quo nititur vis tuæ rationis: ſique de partibus ſecundum ſpeciem mundi tractare ſe ſcribit, haſce partes, non ad elementa appropriat, vti tu facis; ſed ad omnia corpora naturalia extendit. Quare falſa prorſus eſt tum minor a te vocata; tum
† 64. falſ. cit. † citatio, qua nititur, *elementa ſunt partes mundi principales appellatæ ſecundum ſpeciem 1. cæl. t. 5.* ROS. Forte citationem adhibuit non toti minori comprobandæ, ſed eius poſtremæ parti; nam vere Philoſophus ibi ſtatuens ſe dicturum de partibus ſecundum ſpeciem, enumerat naturalia corpora, & ſpeciatim elementa, quæ motu recto feruntur. VL. At hoc non eſt probare minorem, ſed illius partem nullius momenti ad argumentum, cuius tota vis eſt in altera parte, qua dicitur elementa partes eſſe mundi principales; quæ improbata remanens, falſaque prorſus exiſtens, vt nuper vidimus apud
ſ 4. meta. t. 23. ſ Ariſtotelem; iam argumentum enerue languet, oſtendere ſatagens mundum non
t pag. 41. eſſe animatum apud Ariſtotelem. LII. t Arguo ad idem confirmandum ex doctrina Alberti in ſum. de hom. par. 2. cir. fi. Anima in omni corpore animato aut continuitatem ponit, aut colligantiam ad vnum per naturam: partes mundi nec ſunt

con-

continuæ, nec colligatæ ad vnum per naturam: ergo partes mundi non ſunt animatæ vna anima omnibus communi. VI. Ad quod nam idem confirmandum hoc affers, incl. Fl. ex Alberto? an minorem illam tuam, *Animatæ non ſunt partes principales principaliter integrantes mundum vocatæ ſecundum ſpeciem:* an principale tuum placitum, *Mundus non eſt animatus?* non quidem ſecundum, quia concluſio eſt, non mundum, non eſſe animatum, ſed partes omnes mundi non eſſe animam: ſi primum, vt videtur; Albertus non confirmat illam a te vocatam minorem, quia non loquitur de partibus mundi principalibus, aſt abſolute de partibus. Deinde vero † falſa prorſus eſt hæc citatio; nam Albertus hanc ſententiam ponit inter dubitata ante ſolutionem quæſtionis, inquiens, *Sed contra: anima in omni corpore animato aut continuitatem ponit, aut colligantiam ad vnum per naturam: partes mundi non ſunt continuæ, nec colligatæ ad vnum per naturam: ergo non ſunt animatæ. Item in qualibet parte corporis animati aliqua inuenitur operationum animæ: ſed quæ operatio inueniatur in terra impoſſibile eſt fingere: ergo mundus non habet animam. Sed quia multa ſunt in quæſtionibus de anima, & in quæſtionibus de cælo & mundo de hac materia diſputata ſufficiant prædicta. Solutio. Dicimus mundum non habere animam, neque eſſe animal* &c. † 65. falſ. cit.

Quicquid ſit de opinione Alberti circa præcipuam concluſionem, in qua vere ipſe cenſet mundum non habere animam informantem, neque eſſe animal per animam informantem; quod nobis non officit, & illi vltro concedimus; ſat eſt, te produxiſſe pro determinatione illa, quæ proponit Albertus ante ſolutionem quæſtionis inter dubitata, more Pleſſiaco: nam reuera M. Albertus alibi non ſemel decernit non omnes partes viuentis habere animam, ſed totum dici animatum, etſi anima non ſit in ſingulis eius partibus, ſed in vna tantum parte præcipua, quæ cor appellatur, aut cordi proportione reſpondeat, in alijs autem partibus non inſit anima: nam alicubi ſcribit, *u Sed dicendum quod in vno corpore non eſt niſi anima vna; & vires eius ſunt partes eius, ſicut potentia naturalis eſt pars poteſtatis eius, quod operatur per eam. Id autem, quod inducitur de animalium, & plantarum diuiſione, ſolutum eſt in præhabitis: & quum quæritur, Vtrum anima, quæ eſt in animato corpore, & præcipue in tali corpore, quod* u 2. de an. tr. 1. cap. 7.

eſt ſimile in partibus, ſicut ſunt corpora plantarum, & animalium anuloſorum, ſit in toto tota; dicimus quod ſicut anima eſt vna, & habet partes organicas, quæ omnes continuationem habent ad vnam, quæ eſt cor: & tunc dicendum quod anima eſt in corde; & inde influit poteſtates ſuas in totum corpus: & ſic non eſt in toto tota, ita quod in qualibet parte ſit tota; ſed in qualibet parte eſt ſecundum aliquam ſuarum potentiarum: & quæ partes ſunt ſimiles in complexione & compoſitione in illis eſt per ſimiles potentias & operationes: & ſi et eſſentia eius adſit cuilibet virtuti eius, non tamen virtute ſeparata, ſeparatur neceſſario eſſentia eius, quia virtus illa affixa eſt illi organo, & non eſſentia animæ: ſed potius illa eſt in corde, quod eſt organum eſſentiæ animæ deputatum: & ideo non ſeparatur a corde eſſentia niſi ſecundum hanc operationem, quam habet in membro ſeparato, & non ſimpliciter. Diximus enim ſuperius quod diuiſo corpore neceſſe eſt animam quodammodo per accidens diuidi, licet non diuidatur ſicut forma ſitualiter in corpore diſtenſa: & hæc eſt Peripateticorum ſententia. fuerunt tamen, & ſunt quidam adhuc qui dixerunt quod anima eſt tota in toto corpore: quod non tamen fuit opinio alicuius Philoſophi: & dixerunt quod non extrahitur tota in oculo, quia dicunt quod manet in alia parte principaliori ſecundum vitæ operationem: & ideo corpus animatum remanet adhuc animatum & viuum: non enim tota dicebatur in oculo, niſi ſecundum quod tota ſubſtat virtuti viſiuæ; hoc autem eſt ſecundum quod per ipſam operatur viſus; & hoc modo concedunt eam ſeparari totam, quia de ea poſtea viſum operatur. Ego autem multas dictarum opinionum non intelligens dicendum puto eſſe cum Perìpateticis quod anima totalitatem non habet niſi ſuarum virium; ſicut & corpus totalitatem non habet niſi ſuorum organorum: & ideo in vno corpore non eſt niſi ſecundum vnam partem: & illo ſeparato non ſeparatur niſi ſecundum partem: & remanet in alijs poteſtatibus ſuis adhuc operans in corpore. Vniens autem omnes has poteſtates eſt ſubſtantia, quæ eſt in corde: & poteſtates omnes animæ diriguntur ad cor; & ſic ſubſtantiæ animæ adiacent tanquam ad eam directæ, ſicut organa corporis omnia connectuntur cordi. & hæc opinio magis intelligibilis eſt, & veritati magis aſſimilatur inter dictas opiniones. Quam ſententiam Albertus alibi profitetur etiam diſertis verbis inquiens, x *In omnibus, quæ de motu animalium induximus, capitulis clare ſatis percipi poteſt animam*

x de prin. mot. proc. tr. 2. c. 11.

primo

primo & per ſe in corde eſſe; & cor eſſe in animali; ſicut primum mobile ex mouente immobili & moto corpore compoſitum eſt in ordine cælorum: Virtutes autem, quæ ſunt propriæ memoris, & maxime eas, quæ ſunt propriæ principalium membrorum, eſſe ſicut ſunt ſecundi & tertij motores cælorum, aut etiam ſtellarum: & ideo oportet nos hic inueſtigare, vtrum illæ virtutes, quæ ſunt membrorum, ſint ſeparatæ animæ per ſe, ſicut ſunt motores corporum ſuperiorum, vel non, &c. & mox. *Dicimus quod multitudo, quæ eſt organorum in corpore, eſt propter multitudinem poteſtatum in anima: propter quod etiam ſicut eſt relatio & colligatio membrorum ad vnum, & generatio ab vno, quod eſt cor; ita eſt relatio poteſtatum & effluxus ab vna anima, quæ eſt cordis: propter quod etiam cor eſt quod primum & vltimum viuit in animalibus.* & paullo poſt. *Omnes igitur & iſtæ poteſtates exeunt ab anima, quæ eſt perfectio, primi organi in animalibus; & hoc eſt cor.* & mox. *Secundum hunc igitur modum anima eſt in corpore, primo quidem per ſubſtantialem actum ſedem habens in corde; & ex illo influens membris omnibus partiales poteſtates, quæ quibuſdam membris influuntur magis vniuerſaliter; & illa vocantur principalia; quibuſdam autem magis particulariter, & illa non principalia membra vocantur: & ſicut vnitur corpori, ita monarchiæ poteſtas vnitur ciuitati, ſicut in phyſicis dictum eſt: & ideo patet omnino friuolam eſſe diſtinctionem, quam quidam dederunt dicentes animam dupliciter conſiderari, vt actum videlicet ſiue formam materiæ, & vt motorem: & dicunt quod ſi conſideratur vt actus materiæ, ſic eſt in toto tota anima; ſi autem vt motor, tunc non eſt in toto tota; ſed potius ſecundum vnam partem eſt in membro vno, & ſecundum aliam partem poteſtatis ſuæ in membro alio: anima enim nunquam habet conſiderationem aliam niſi ſicut actus, & quia definitur per hoc quod ipſa eſt actus: ſed quum dicitur actus, non eſt ipſa actus niſi ſicut motor poteſtates ſuas exercens in organis.* & adhuc infra, y *Eſt igitur* y cap. 12.
intellectus, & ſimiliter proheresis & voluntas potentia quædam animæ, quæ eſt in corde; ſed non fluunt ab ipſa hæ potentiæ inquantum eſt in corde; ſed potius inquantum eſt ſeparata ſub forma naturæ intellectualis, ſicut in antehabitis dictum eſt. Et demum paullo poſt. *Quum autem vna ſit ſubſtantia animæ, quæ habet potentias coniunctas corpori, & ſeparatas ad formam ſeparatam intellectualem; ſequitur motus in corde propter vnionem potentiarum ſeparatarum*

cum his, quæ vnita ſunt organo in vna & eadem animæ ſubſtantia. Ex quibus luce meridiana clarius eſt, Albertum opinari animam non eſſe in omnibus partibus animati corporis illi coextenſam; ſed in ſolo corde contineri; & inde tranſmittere ſuas facultates ad alia membra corporis; quæ proprie non habent animam, nec animata dici poſſunt (quicquid ſit de veritate huius opinionis) vnde patet euidentiſſime rationem, qua vtitur Albertus ante ſolutionem a ſe poſitæ quæſtionis, a te propoſitam pro confirmatione tui placiti, non eſſe determinatam doctrinam Alberti, vt arbitraris; at dubitationem quandam, cuius oppoſitum ſentit Albertus, partes nimirum omnes animati corporis non eſſe animatas quia ſingulæ habeant in ſe animam tanquam ſui actum, vt opinaris Albertum exiſtimare; adeoque citatio falſa eſt: tu enim z hic oſtendere prætendis ideo Mundum non eſſe animatum, quia pars eius elementaris in ſe non habeat animam; contendiſque probare ad mentem Alberti, *eadem forma*, vt ais, *informari totum, & partes principales integrantes animal:* quum tamen Albertus non ſemel dixerit, in animali animam ſolum cor informare, ac in ſolo corde conſiſtere; vnde ad alias partes non ſe ipſa extendit, ſed ſolum ſuas facultates influit. Quare ratio, quam in oppoſitum attulit Albertus inquiens, *Anima in omni corpore animato aut continuitatem ponit, aut colligantiam ad vnum per naturam: partes mundi nec ſunt continuæ, nec colligatæ ad vnum per naturam: ergo non ſunt animatæ:* non eſt, cui ſubſcribendum putet Albertus determinata doctrina; ſed ante determinationem quæſtionis propoſita dubitatio contra ſententiam Alberti; propterea que dum eam ad tui placiti confirmationem affers pro determinata doctrina Magni viri, ſumens dubitationem pro ſolutione, obiectionemque pro determinatione, Pleſſiaca citatione vteris. Ceterum eſto diſputationis ergo determinata doctrina Alberti; iam ea nihil proficies, duplici de cauſſa; prima quidem, quia concedens, animam in omni animato ponere vel continuitatem, vel colligantiam ad vnum per naturam: nego mundi partes nec eſſe continuas, nec eſſe colligatas ad vnum per naturam: de continuitate clarum habemus Ariſtotelis teſtimonium, tum alicubi dicentis, a *Eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte,*

z pag. 40. 41.

a 1. meteo. cap. 2.

mun-

mundus. ſ. elementaris. *ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius vir-*
tus inde gubernetur: tum alibi ſcribentis, *b Quare, ſi totum corpus* b 1. cæl. t. 107
continuum exiſtens, quandoque quidem ſic, quandoque autem illo mo-
do diſponitur, & perornatur: vniuerſi autem conſtitutio mundus eſt,
& cælum; non vtique mundus fiet, ac corrumpetur, ſed diſpoſitiones
ipſius. De colligantia perſpicuam ſententiam protulit idem
Ariſtoteles inquiens, *c Cuncta autem coordinata quodammodo* c 12. meta. t. 52.
ſunt; verum non ſimiliter & natantia, & volatilia, & planta: nec ita
ſe habent vt ſit vllum alteri ad alterum; ſed ſunt ad quippiam; ad
vnum namque coordinata ſunt omnia. & mox. *d Dico autem pari-* d tex. 53.
formiter quod neceſſe eſt omnia in diſcrimen venire, & alia ita ſunt,
quibus omnia communicant ad vniuerſum. Ac reuera mundi par-
tes omnes ordine quodam eſſentiali colligatæ ſunt ad vnum per
naturam, vt per artem militarem omnes milites colligantur eſ-
ſentiali quodam ordine ad vnum in exercitu; quod ſupra latius
ex *e* Ariſtotele manifeſtaui. Altera vero cauſſa, cur hæc Al- e 12. meta. t. 52.
berti ratio tuo dogmati non prodeſt, ea eſt, quia * paralogiſmus * ſophiſm.
eſt ex maiori æquiuoco, & propterea ex quatuor terminis; ete-
nim maius extremum in maiori præmiſſa eſt, animatum corpus
ipſum totum; in concluſione vero eſt, animatæ partes totius;
quæ animationes valde diuerſæ ſunt in Alberti doctrina, & in
Ariſtotelis philoſophia; in qua totum eſt animatum, quia in ſe
habet animam reipſa; quum tamen aliquæ partes eius, vt an-
tea vidimus animam in ſe vere non habeant, nec ita ſint ani-
matæ. ſed probus ſyllogiſmus ex illis propoſitionibus longe
aliam colliget concluſionem hoc modo, Anima in omni corpo-
re animato aut continuitatem ponit, aut colligantiam ad vnum
per naturam: partes mundi non ſunt continuæ, nec colligatæ
ad vnum per naturam. ergo partes mundi non ſunt in animato
corpore, ſeu partes mundi non ſunt partes animati corporis;
adeoque mundus non eſt animatus: Vnde non illa tibi vocata
minor, ſed principalis concluſio tua probaretur; ſed non vero
argumento; nam nuper viſum eſt, partes mundi continuas eſſe,
colligatasque ad vnum per naturam: quod ex alio *f* Magiſtri f 1. cæl. t. 5. 6.
loco nuper a te citato colligas, vbi Philoſophus omnes Mundi
partes diſtribuit in mobiles motu circulari ſecundum ſe circa
medium, cuiuſmodi ſunt omnia cæleſtia corpora; in mobiles

ſe-

Digitized by Google

ſecundum ſe motu recto vel a medio; quæ ſunt elementa leuia; vel ad medium, quæ ſunt elementa grauia; & in mobiles ſecundum ſe motu mixto; quæ *g* mox dicit eſſe mixta, quæ mouentur ſecundum prædominans in eis, adeoque vel a medio, vel ad medium; vt propterea omnes mundi partes per naturam ſint ad vnum medium, ad quod habent relationem eſſentialem, colligatæ; ſecundum quam relationem motu ſibi naturali ad propria ſingulæ loca delatæ mundum vnum per ſe naturaliter conſtituunt. Iam ergo rationes meliores adhibe tuo dogmati confirmando. LIL. Ad idem ſic arguo, vna anima numero non poteſt informare partes, quæ differunt in materia etiam remota: partes mundi, intelligendo cælum, & elementa, differunt in materia etiam remota, ita vt non habeant materiam eiuſdem rationis loquendo etiam de remota: ergo vna anima has omnes partes non poteſt informare. Maior propoſitio poteſt probari ex Ariſt. tum 1. de an. t. 53. tum 2. de an. t. 26. in quibus locis ait non quamlibet animam poſſe ingredi quodlibet corpus: requirit ergo conuenientem diſpoſitionem in corpore, vt recipiat animam; ſed corpora, quæ differunt etiam in materia remota, non poſſunt habere diſpoſitionem eiuſdem rationis ad recipiendam vnam & eandem animam: Quocirca Alb in 2. de an. tr. 2. cap. 7. dicit animam debere habere communicationem ſecundum ſpeciem ad hoc corpus, & non ad aliud ſecundum ſpeciem: corpora itaque differentia etiam genere remoto non informabuntur ab vna anima: minor principalis argumenti probatur, quia cæli, & corpora inferiora differunt in materia non ſolum proxima, ſed etiam remota; vt conſtat ex Ariſt. 8. meta. t. 12. & 12. meta. t. 10. & eſt vulgata propoſitio 10. meta. t. vlt. corruptibile, & incorruptibile eſſe diuerſa genere. V L. In primis hoc argumentum, ſtatuens mundum non eſſe animatum forma informante, nihil contra me, qui diſertis verbis conſtitui mundum eſſe animatum anima ſibi *h* aſſiſtente: Quare dum mihi contradicere ſatagis aſſerenti mundum eſſe viuens & animatum conſtitutum ex omni corpore naturali, & ſummo Deo, qui eſt anima illi aſſiſtens, non autem ea informans, proponens hoc argumentum, me de propoſito non arguis, nihilque contra me affers, dum contra me diſputare credis,

g tex. 7.

h de nat. pri. mou. pag. 157.

dis, inclyte Flos. Verum diſputationis ergo videamus vim tuæ rationis; Negare lubet animam vnam numero non poſſe varias animare partes, quæ differant ex ſe in materia remota; nam vbi partes, quantumuis inter ſe differant in materia remota, coiuerint nihilominus in vnam maſſam, quæ ex ijs partibus conſtituta ſit vna materia proxima; illam totam poteſt vna anima perficere, & actuare; nam anima relationem habet ad materiam proximam, non ad remotam in conſtituendo compoſito, vt ait Ariſt. aſſerens, *i Vniuſcuiuſque actum in eo, quod potentia exiſtit, & in propria materia aptum natura eſſe fieri*: modo ex cæleſtibus corporibus, & ex ſubcæleſtibus eodem *k* Ariſtotele doctore fit vniuerſa materia, quæ eſt omne corpus naturale, & ſenſibile, quod ſub hac vnica ratione formali corporis naturalis, & ſenſibilis poteſt animari ab vna anima mundi. Præterea quum quicquid poteſt virtus inferior, poſſit & ſuperior, immo nobiliori modo: quumque formæ informantes, perinde atque aſſiſtentes, diuidantur in ſubſtantiales, & accidentales: certe ſi formæ de genere accidentis, tam informantes, quam aſſiſtentes, hoc habent, vt earum vna numero valeat informare, actuareve partes, quæ differant materia etiam remota: tale perfectionis attributum adimi non debet formis ſubſtantialibus, ac ſpeciatim animabus; quarum natura quo melior eſt, eo communicabilior pluribus eſt: modo eadem numero forma de genere accidentis tam informans, quam aſſiſtens actuare poteſt cęlum, & elementa, quæ tibi differunt in materia etiam remota: ſiquidem Ariſt. ponit perſpicuitatis formam eandem informare cælum, & elementa, dum ait, *l Perſpicuum autem dico, quod eſt quidem viſibile, non autem ſecundum ſe viſibile, ſed propter externum colorem: Huiuſmodi autem eſt aer, & aqua, & multa ſolidorum; non enim ſecundum quod aqua, neque ſecundum quod aer, perſpicuum eſt; ſed quoniam eſt natura eadem in his vtriſque, & in perpetuo illo, quod ſurſum eſt corpore*. & illico, definiens *m lumen eſſe actum huius perſpicui, ſecundum quod perſpicuum*, ponit formam aſſiſtentem luminis actuare cælum, & elementa perſpicua; lumen enim quum ad motum perſpicui non moueatur, inter formas aſſiſtentes iure connumeratur. Falſa eſt ergo tua prior aſſertio. Ad cuius probationem concedens non poſſe quamlibet animam ingredi quod-

i 2. de an. t. 16.

k 1. cæl. t. 94. 95.

l 2. de an. t. 68.

m tex. 69.

quodlibet corpus; at requirere conuenientem diſpoſitionem in corpore, quod animam ſit ſuſcepturum: nego corpora, quæ differunt, ſi placet, in materia etiam remota, atque adeo cæleſtia, & elementaria non poſſe habere diſpoſitionem eiuſdem rationis ad recipiendam vnam & eandem animam mundi; nam duplicem habere poſſunt ad hoc diſpoſitionem; altera quidem eſt, quia quum anima mundi formaliter ſit primus motor, ad ſuſcipiendum in ſe primum motorem vt formam, materia mundi propriam diſpoſitionem habet mobilitatem per ſe; quum

n 2.cæl.t.5. itaque omnia corpora naturalia, doctore *n* Ariſtotele, ſint per ſe mobilia ſecundum naturam; hac mobilitate redduntur di-

o 2.phy.t. 73. ſpoſita vt illis primus motor, omnia mouens, vt ait *o* Ariſtoteles, vniatur tanquam forma & anima conſtituens vnum per ſe

12. meta. t.24. mobile a *p* ſeipſo. Altera vero eſt, quia quum diſpoſitiones ſint in materia propter formam ſuſcipiendam, quæ illarum eſt

p 8.phy.t. 81.& ſeqq. cauſſa finalis: quumque ordo eſſentialis nectens omnia mundi corpora in vnum globum apte gubernandum a ſummo Deo, ſit apta diſpoſitio, qua poſſunt habere ſibi primum mouens veluti formam; iam corpora omnia mundi retinent conuenientem diſpoſitionem eiuſdem rationis ad recipiendum vnam & eandem animam; vt centutiones, decuriones, milites, calones, & lixæ, ſubordinati ad inuicem, tali ordine diſpoſiti ſunt in exercitu ad recipiendum in ſe vnum Ducem ſupremum, qui eſt totius exercitus anima & forma: quam theoriam legimus apud Ariſtotelem, non ſolum collaudantem Anaxagoram, & Hermotimum,

q 1.meta. ſu.2.c.2. *qui vt in animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſſam mundi, totiusque ordinis dixerat*: ſed etiam proprio ſenſu decernentem,

r 12.meta. t.5. *r Perſcrutandum etiam hoc eſſe, quonam modo natura Vniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum optimum*; nimirum *ſ* formam, & *t* ani-

ſ 1. phy. t.81. mam; *Vtrum ſeparatum quiddam, & ipſum, an per ſe, an ipſo ordine: An vtroque modo, quemadmodum exercitus: etenim bene eſſe eius in*

t 1.de an. t.82. *ordine, & dux ipſe, eſt, ac magis ipſe; non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt: Cuncta autem coordinata quodam modo ſunt; verum non ſimiliter & natantia, & volatilia, & planta; nec ita ſe habent, vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quippiam; ad vnum namque coordinata ſunt omnia*. Ita ergo omnia mundi corpora, quæ tibi differre dicuntur etiam in materia remota,

non

Digitized by Google

non obſtante tali differentia, duplicem habent diſpoſitionem eiuſdem rationis, ac ſpeciei, ad recipiendam vnam animam omnibus illis communem; nimirum tum mobilitatem per ſe ſecundum naturam in relatione ad vnum centrum: tum coordinationem omnium ad vnum Deum. Quod autem ais Albertum 1. de an. tr. 2. cap. 7. dicere, *Animam debere habere communicationem ſecundum ſpeciem ad hoc corpus, & non ad aliud ſecundum ſpeciem*: id nihil me turbat; nam ex omnibus mundi corporibus, vt per ſe mobilibus ſecundum naturam in relatione ad vnum mundi centrum, & vt per ſe coordinatis ad vnum primum ens, conſtituitur vna materia vnius ſpeciei, quæ dicitur corpus naturale & ſenſibile, quod apte poteſt animari vnica mundi anima. Falſa eſt itaque maior aſſertio tui ſyllogiſmi. Falſa pariter eſt minor, qua dicebas, *partes mundi, quæ ſunt cælum, & elementa, differre in materia etiam remota, vt non habeant materiam eiuſdem rationis, loquendo etiam de materia remota*. nam, vt omittam Ægidium, qui magnæ ſemper autoritatis eſt apud te, cenſere cæleſtium, & ſubcæleſtium eiuſdem rationis materiam eſſe: tamen cælum & elementa non ita differunt in omni materia remota, vt conuenire non valeant in vnam materiam proximam; non enim differunt omnino genere; quum pariter ſint in eodem genere corporis mobilis, naturalis, atque ſenſibilis: vt ait *u* Ariſtoteles; ex quo proprie *x* Porphyrius hauſit genus eſſe materiam, vel materiei proportione reſpondere: & quamuis differrent materia remotiori, cælum dico, & elementa; quia tamen hæc duo, ſeu potius hæc tria mundi elementa, vt ponit *y* Ariſtoteles, grauia, leuia, & neutra, ſimul iuncta ſecundum naturam conſtituunt *z* vnam materiam proximam mundi, quæ dicitur corpus naturale, ac ſenſibile; ideo huic vni materiæ proximæ, cui anima mundi iuncta in formam, ſeu cui primus motor immobilis iunctus in animam conſtituit mundum animatum. Ad probationem concedens primo, Ariſtoteli cælum, & elementa differre in materia; tamen abſolute tibi non damus Ariſtotelem ibi decernere, quod ais, *Cælum, & corpora inferiora differre in materia non ſolum proxima, ſed etiam remota*; nam primo loco dicens, *a Oportet autem proximas cauſſas dicere: quæ materia, non ignem, vel terram, ſed propriam: In naturalibus igitur*

u 1. cæl. t. 95.
x cap. de diff.
y 1. cæl. t. 91.
z 1. cæl. t. 94. 95.
a 8. meta. t. 12.

Ee

tur & generabilibus ſubſtantijs neceſſe eſt ita procedere, ſi quis recte procedet: ſi quidem hæ, totque cauſſæ ſunt, & oportet cauſſas cognoſcere. De naturalibus autem, ſed perpetuis ſubſtantijs alia ratio eſt: fortaſſis etenim quædam non habent materiam, aut non talem, ſed ſolum quæ ſecundum locum mobilis eſt. Vnde conſtat Ariſtotelem cælo, & elementis aſſignare communem quamdam materiam, nimirum loco mobilem, cuius participatione ſunt in eodem genere ſubſtantię naturalis: adeoque te falſo † citare locum hunc, tanquam in eo dixerit Ariſtoteles, cælum, & elementa differre in materia non ſolum proxima, ſed etiam remota, quod eſt dicere in omni materia. Similiter falſo citas alium locum, tanquam eamdem differentiam omnis materiæ ponentem inter cælum, & ſubcæleſtia; nam inquiens Ariſtoteles, b *Cuncta vero, quæcumque mutantur, materiam habent, ſed diuerſam: nam & ipſorum ſempiternorum quæcumque non ſunt generabilia, ſed latione mobilia, attamen non generabilem, ſed vnde, quo*: ex quibus apparet Ariſtotelem ponere diuerſam materiam proximam, quæ in cæleſtibus eſt ſolum loco mobilis, non item generabilis; quum in elementarijs poſſit generari: ſed tamen in cælo, & in elementis materia mobilis eſt eiuſdem rationis, quæ remota eſt; & adhuc eiuſdem generis & rationis eſt materia remotiſſima, quæ vtrobique ingenita eſt, & incorruptibilis; non ne tibi materia prima, quæ in c elementis eſt, & in omnibus corporibus inferioribus, eſt ingenita pariter, & incorruptibilis, ac materia cæleſtis? certe talis eſt d Ariſtoteli: non ne tibi materia ſecunda noſtratium omnium ſecundum naturam per ſe mobilis eſt, vt cæleſtis? certe talis eſt Ariſtoteli in loco a te citato: falſo dicis ergo † Magiſtrum ibi ſtatuere, cælos, & corpora inferiora differre in materia non ſolum proxima, ſed etiam remota. Quod ais eſſe vulgatam propoſitionem 10. meta. t. vlt. *Corruptibile, & incorruptibile eſſe diuerſa genere.* id quidem verum eſt; ſed non video quid faciat ad propoſitum eius quod eſt, cælos, & ſubcæleſtia habere materiam omnem tam remotam, quam proximam, diuerſam: nam Ariſtoteles ipſe perſpicuis verbis eiuſdem generis materiam ponit in æternis, & in generabilibus inquiens, e *Sunt igitur & numero æqualia, & genere eadem, quæ & in ſempiternis, & in primis: illud enim, vt materia eſt; hoc autem, vt forma.*

† 65. falſ. cit.

b 12. meta. t. 10.

c 2. de gen. t. 6.

d 1. phy. t. 82.

† 67. fal. cit.

e 1. de gen. t. 51.

Sic

Sic igitur falſum eſt, apud Ariſtotelem cælos, & inferiora corpora differre in materia non ſolum proxima, ſed etiam remota. Verum prior illa reſponſio potior eſt, ac euidentior: etenim mihi dicenti mundum eſſe *f* animatum anima non informante, ſed *g* aſſiſtente, tu te contradicere putas in præſentia probare ſtudens mundum non eſſe animatum anima informante: quum re vera nil contra me afferas. LIL. Quod ſi obijciatur Themiſtius, qui in 1. de an. cap. 24. approbare viſus eſt animam hanc mundi. Reſpondeo ipſum loquutum fuiſſe more Platonico, vt ſæpe etiam facit Simplicius. VL. Etſi meum dogma multiplici ratione *h* probauerim, & multiplici autoritate Ariſtotelis, nec ad auxilium interpretum confugere mihi ſit opus; tamen adnotabo tuam reſponſionem hanc eſſe voluntariam, nulla prorſum ratione munitam; quia Themiſtius allato loco non Platonicum, vt ſæpenumero Simplicius, aſt agit purum Ariſtotelicum; etenim ſolum negans vnicam eſſe ſeparatam animam, quæ cuncta viuificet animantia, præter id quod animalia ſingula propriam & peculiarem obtineant animam, vult ſingulis noſtratibus animantibus ineſſe proprias animas informantes, & præter has ponit vnam animam mundi ſeparatam a ſingulis, quam vniuerſis rebus aſſiſtere cenſet; ait enim, *Animam vero vnam eſſe, quæ animalibus omnibus vitam tribuat, nemo auſit dicere. Alioquin & Sol ipſe quanquam eſt vnus, non tamen lumen ſuum æqualiter omnibus exhibet: aliter aerem, aliter aquam, aliter lapidem, aliter lignum, aliter argentum colluſtrat: Item aliter color purpureus, aliter viridis participant lumine. Animam quoque ſi quis vnam contendat eſſe,* vt vnus eſt Sol, *oportet eodem modo aliter, atque aliter ab animalibus carpi, neque per animas diſcrimen, ſed per vitas habebitur, atque (vt ita loquar) per animationes:* (Ecce Themiſtium negare vnicam ſolummodo cunctis animantibus animam ineſſe) *Deinde vnica illa anima qualisnam erit? certe qualiſcumque ſit, ad ſe Ariſtoteles hoc loco pertinere non putat: ait enim ſe animam illam vnicam neque quærere, neque finire; ſed animam hominis, animam equi, animam bouis, quas ſiue quis vitas animationesque, ſiue animas appellet, nihil pugnauerit Ariſtoteles: ſed quemadmodum quum lumen definiret ita, Lumen eſt perfectio perſpicui corporis, non ipſum Solem finiebat, ſed rem quæ a Sole prodiret,*

f 1. de nat. pr. mo. c. 1.
g 2. de nat. pr. mo. c. 5.
h locc. citt.

etiamſi eadem finitio ipſi Soli poſſit competere: ita hoc loco animam finiturus, non ad ſingularem illam, quæ tam longe abſit a corpore, conſiderationem intendit, ſed ad perfectionem iunctam quæ organicis corporibus ſua ſingulis ab illa ſingulari tribuitur; quamuis forte vtrique definitio vna conueniat. Ex quibus aperte patet, hoc loco Themiſtium non Platonizare, vt ais; ſed ad vnius Ariſtotelis normam philoſophari. Subdit autem, *Vt enim nihil vetat duas haberi perfectiones perſpicui corporis; quarum perfectior vna ſit Sol, altera imperfectior lumen: ita dici de anima poteſt, nihil obſtare duas eſſe animalium formas, quarum vna perfectior ſit, vt anima ea quæ foris eſt; altera imperfectior, vt ea quæ intus ad ſingulas pertinet. Hanc igitur animam, quam tu vitam vocas, animam ego nuncupo inſeparabilem, & indiuiduam corpori, eoque diſſipabilem atque mortalem, non quidem abſolute ſimpliciterque, ſed eo modo quo lumen in aqua. Atque hoc inter vtrumque conſtat, ſolum de nomine controuerſia eſt: de re enim quid ſentias probe ac dilucide indicas.* Ex his ad Ariſtotelis mentem poſitis illico deducit ipſe Themiſtius quid ſentiendum ſit de anima mundi, ſubdens, *Animam itaque illam mundi vnicam atque vniuerſalem, quæ corporibus præbet, ſiue animam dicere, ſiue vitam malis, quæ nihil aliud eſt, quam vis quædam vitalis generabiliſque per omnem naturam inuecta, clariſſime aſſerunt ea animalia, quæ ortu ſpontali de materia putri proueniunt*, &c. Falſo dicis ergo Themiſtium de anima mundi loqui Platonice, quum eam ponat Ariſtotelice. LIL. Poſſet etiam opponi Auer. qui 2. de cæl. 42. & 71. dicit hunc mundum eſſe quaſi vnum magnum animal. & idem aſſeruit in diſputatione 3. in ſolut. 18.

† 68. falſ. cit. dub. VL. Tertia hæc citatio † falſa penitus eſt; quia ne verbum quidem hac de re in ea ſolutione; quæ breuiſſima ipſiſſimis verbis tota continetur, *Ait Auer. Quum autem conceditur hæc radix, & ſequitur, difficile eſt reſpondere ei, ſed eſt res, quam non dicunt, niſi poſteriores ex Philoſophis Maurorum.* ROS. Fortaſſe dicit hoc Auer. in calce præcedentis ſolutionis, quæ 17. dub. adhibetur. VL. Nihilominus erit falſa citatio, quia non ait ibi Auerroes mundum eſſe quaſi vnum magnum animal; ſed ſolum, mundum eſſe vnum, & habere ſui vnitatem ab eo, a quo mouentur corpora cæleſtia, ſed de anima mundi, & de eo quod eſt, mundum eſſe animal, ne verbum quidem; ait enim

ibi

ibi Auer. *Et coacti ſunt ſequaces Ariſtotelis reſpondere reſponſionibus determinantibus Ariſt. tenuiſſe mundum habere faciens, & agens; & hoc eſt manifeſtum in rei veritate in loco ſuo: & fundamentum in eo eſt, quod motus apud eos in corporibus cæleſtibus eſt, quo conſiſtit eſſe eorum: & dans motum eſt agens motus in rei veritate: &, quum corpora cæleſtia non perficiatur eſſe eorum, niſi motu, tunc dans motum eſt agens corporum cæleſtium. Vlterius iam declaratum eſt apud eos, quod ipſe dat vnitatem, qua mundus eſt vnus: & dans vnitatem, quæ eſt conditio in eſſe rei compoſitæ, dat eſſe partium, ex quibus fit compoſitio: compoſitio enim eſt cauſſa eorum, vt declaratum eſt: & hæc eſt diſpoſitio primi principij cum mundo toto,* &c. in quibus ne verbum quidem de eo, quod eſt, mundum eſſe quaſi vnum magnum animal: tu vero, Fl. incl. delectaris adeo multitudine autoritatum, vt ſuſque deque habeas ſeu veras, ſeu falſas apponere. Sed videamus quid reſpondeas ad alia duo loca, in quibus ait Auer. mundum eſſe quaſi vnum magnum animal. L I L. Sed vere Auerroes non voluit mundum informari ab vnica anima, ſed regi ab vno rectore, & principe, & aſſimilari animali in hoc, quia animal quoque habet vnum membrum princeps a quo regitur. Hanc eſſe veram ſententiam Auer. 1. deduco quia ipſe 2. cæl. t. 42. non appellat mundum animal ſimpliciter, ſed quaſi animal, denotans improprietatem in illa particula, quaſi. V L. Et ego cenſeo mundum non informari ab vna anima; ſed tamen aſſero mundum eſſe vnum animal, quia conſtitutum quid eſt ex tota ſenſibili materia, & ſummo Deo illi in formam & animam aſſiſtente. Nec ibi Auer. ait quicquam de eo quod eſt, mundum regi ab vno rectore & principe, nec aſſerit animali mundum in hoc aſſimilari, quod animal habeat vnum membrum princeps, a quo regitur; quia nihil de rectore, nihil de membro vno principe, ſolum ait, motum diurnum aſſimilari motui progreſſiuo totius animalis, motus vero alios inferiorum orbium aſſimilari motibus particularibus membrorum animalis, qui diſtincti ſunt a motu vniuerſali totius animalis; cuiuſmodi ſunt motus cordis, arteriarumque pulſantium, manus ſcribentis, linguæ loquentis, pulmonum reſpirantium, & id generis. nec illa particula, *quaſi*, denotat improprietatem, ſed ſolam ſimilitudinem;

nem; vt velit Auer. mundum eſſe vnum animal propriè, atque in hoc aſſimilari animali noſtrati; quod vt in hoc duo motus reperiuntur; alter totius animalis, alter particularis ſingulorum membrorum; ita in mundo duo motus habentur; alter totius, cuiuſmodi diurnus eſt, quo vno cientur omnes mundi partes quoquomodo; alter particularis, qui multiplex eſt; proprius ſingularum partium; audi verba de propoſito clariſſima Commentatoris, *i Sol enim in motu diurno, & aliæ ſtellæ ſunt quaſi pars totius, ſcilicet pars orbis, cuius conuexum eſt conuexum mundi, & concauum concauum mundi; quoniam iſte totus orbis eſt vnus orbis in veritate: cum motus vnus in numero æqualis ſit iſte motus: totus enim orbis eſt quaſi vnum animal, & iſte motus eſt quaſi motus localis in animalibus, & alij motus, qui exiſtunt in orbibus, ſunt ſicut motus particulares, qui ſunt in membris animalium*. in quibus vt dicens Solem, & alias ſtellas eſſe quaſi partes totius orbis, particula *quaſi* non denotat improprietatem; ſunt enim hæ propriiſſime partes mundi; ſic mox dicens mundum eſſe quaſi vnum magnum animal, eadem particula *quaſi* denotare non debet vllam improprietatem. Conſimiliter in alio loco a te citato dicens Auerr *k De alia autem dubitatione, in qua dictum eſt quod vltimus orbis non mouet alios per ſuum corpus, ita, quod dicatur in eo quod, ſi eſſent plures, aut maiores, contingeret ei labor; quum non moueantur alij orbes, niſi per deſiderium ad motorem primi orbis; dicamus quod hoc debet intelligi quod primus orbis eſt mouens eos, quia totus orbis eſt quaſi vnum animal, ſed non eſt vnum animal quaſi ligatum multis ligamentis, ſicut animal diſſimilium partium; ſed eſt ligatum prima potentia ſpirituali diuiſa in ſuo toto: hoc igitur vnum corpus per vnam potentiam ſpiritualem, quæ eſt in eo, debet habere magnitudinem terminatam neceſſario, vt poſt dicet: & quum habeat magnitudinem terminatam, neceſſario eſt, ſi haberet plures ſtellas, vt motus eius eſſet violentus. Et ſimiliter intelligendum eſt quod vltimus orbis mouet alios orbes, ſ. ſicut dicitur, quod nobilius mouet totum: quoniam iſta prima potentia ſpiritualis non diuiditur in alijs orbibus, niſi quia primo diuiditur in iſto orbe; quemadmodum potentia mouens animal non diuiditur in alijs membris, niſi quia primo diuiditur in corde. Et mirum eſt quomodo hæc potentia diuiditur in membris diſſimilium partium, non quomodo diuiditur in membris conſimilium*

i 2. cæl. com.42.

k 2. cæl. com.71.

lium partium: diuiſio enim eius in iſtis eſt ingenioſa, ſcil. per ligamentum, illic autem ſine ingenio, ſed naturaliter; & ideo non indiget illic ligamento, donec fiat ex eis vna res mota, ſicut hic indiget: quapropter animal ligatum, & animal diuinum non ligatum, non dicuntur eſſe vnum niſi æquiuoce: determinatum eſt enim quod vnus motus ſimplex & verus eſt motus diurnus; & quod vnus motus eſt in vno moto: ergo illud, quod habet in rei veritate vnum motum eſt vna res mota in rei veritate. nihil agit de vno membro, parteque, vnde totum animal regitur; nec in hoc ponit ſimilitudinem mundi cum animali; nec ſemper vtitur particula, *quaſi*; ſed abſolute dicit mundum eſſe animal diuinum; ſtatuitque mundum eſſe vnum animal conſtitutum ex omnibus corporibus ſimplicibus, & ſpirituali potentia, hoc eſt facultate incorporea, cuiuſmodi Deus eſt ſub ratione primi motoris immobilis, diuiſa, hoc eſt diſtributa, & participata in toto corpore mundano, non autem coarctata in vnica parte totius, a qua facultate ſpiritualitotus mundus ſortitur vnitatem; licet hæc facultas natura primo communicata ſit ſupremæ ſphæræ, deinde ceteris orbibus; quemadmodum anima motrix in animali ſubcęleſti prius communicatur cordi, deinde ceteris membris; etſi cum eo diſcrimine; quod vnio animæ motricis cum corpore ſubcæleſtis animalis fiat mediantibus varijs organis miro artificio ac velut ingenio fabricatis; quum anima mundi mundano corpori vniatur immediate, ſine diſſimilium partium, vt organorum motui deſeruientium artificio, ac interuentu; quum anima mundi moueat ſimplici motu circulari diurno cunctos orbes abſque vllius organi miniſterio; vocat autem Auerr. hic organa varia, quibus mediantibus anima motiua vnitur toti corpori ſubcæleſtis animalis nomine ligamenti, quia corporale inſtrumentum motui noſtratium deſeruiens eſt, vt ait *l* Ariſtoteles oſſium commiſſura, ſiue articulus, quo os oſſi nectitur neruaceo ligamento: nuncupat etiam ea nomine ingenij ob ſummum artificium, quo partes hæ motui deſeruientes a generante conſtructæ ſunt: quum inter mundi partes integrantes, quæ ſunt orbiculares, non adſit huiuſmodi artificium, nec vllum corporale ligamentum, quo inuicem nectantur, ſed ſolo eſſentiali ordine coniunctæ ſint in vnum mundi corpus; quod hic Auerroes ap-

l 3. de an. t. 55.

pellat

Digitized by Google

pellat animal diuinum non ligatum, ac ſine ingenio variæ ſtru-
ſturæ, ac vnitate diuerſi generis ab vnitate noſtratis animalis.
Quare obiectio ex Auerroe tibi a te facta non admittit tuam ſo-
lutionem. L I L. Deinde oſtendo manifeſte per eundem
Auerr. lib. 12. meta. com. 44. vbi ait totum vniuerſum ſe habe-
re tanquam optimam ciuitatem gubernatam ab optimo prin-
cipe: non ergo requiritur vna forma totum mundum infor-
mans, ſed ſufficit vna virtus regitiua, & gubernatiua. V L.
Etſi mundus apte ciuitati bene gubernatæ comparetur: adeo-
que non conſtituatur in eſſe per formam informantem; nihil ta-
men prohibet quin virtus illa rectrix, & gubernatrix omnium
ſit forma aſſiſtens, adeoque anima aſſiſtens, conſtituens in eſſe
vnum animal: nam vt nauta gubernat nauem, cuius eſt forma
aſſiſtens, nec erga nauem ſe habet ſolum vt cauſſa efficiens; ita
m 12. meta. & Princeps eſt forma ciuitati aſſiſtens, & Deus omnia m bene
t. 56. gubernans eſt forma aſſiſtens vniuerſo; & ipſum n animal con-
n 2. de plât. ſtituens: non ſolum cauſſa efficiens. L I L. Obſeruo etiam
cap. 2. doctrinam eiuſdem Auerr. 8. phyſ. com. 17. vbi mouere ſeip-
ſum, & propterea eſſe ſimile animato, non tribuit mundo, ſed
corpori cæleſti, indicans ad ſummum concedi debere cælum
eſſe animatum, & mouere ſeipſum, non autem mundum. V L.
Et hæc citatio falſa penitus eſt, incl. Flos; nam Auerroes loco a
† 69. falſ. te citato mouere ſeipſo tribuit corpori cæleſti, & † mun-
cit. do toti, ſeu verius cælo, quatenus cæleſtis corporis o vo-
o 1. cœl. t. 97 cabulo, ſeu cæli nomine ſignificatur mundus totus, qui dicitur
mundus magnus in comparatione ad hominem, qui dicitur
p 8. phyſ. mundus p paruus; verba Auerrois ipſiſſima ſunt, q *Et, quum*
t. 17. *hanc propoſitionem dicentem quod in habentibus animas ſit motus ſi-*
q ibid. in *ne motu præcedente, dixit poſſibile eſt hoc in toto. Deinde induxit ſi-*
com. *militudinem inter ea, & dixit quoniam ſi hoc eſt in mundo, &c. I.*
quoniam animal, quod mouetur ex ſe, aſſimilatur toti in hoc, quod to-
tum mouetur ex ſe, ſcilicet corpus cæleſte. Similitudo enim inter ani-
malia, & corpus cæleſte eſt, quoniam vtrumque mouetur ex ſe; &
quemadmodum alij motus reducuntur in animali ad primum moto-
rem, qui non mouetur, ita eſt in mundo magno, & ideo dicitur quod
homo eſt mundus paruus. & mox. *D. d. &, ſi eſt in mundo, &c. &*
dixit hoc contradicendo Antiquis dicentibus mundum generari ex re
infinita.

infinita. ſic igitur mouere ſeipſum, & in hoc ſimilitudinem cum animali noſtrati, quod vocatur paruus mundus, Auerr. hic tribuit mundo magno, & toti, quod etiam ap[p]ellatur cæleſte corpus, iuxta tres ſignificationes cæli traditas alibi ab *r* Ariſtotele. *r* 1. cæl. t. 97.
Sed, incl. Fl. ego non tibi obijciam interpretes hac in re, verum rationem, & ipſummet Ariſtotelem; ratio quidem eſt, quia quum totius animati poſſit eſſe pars aliqua inanimata; vt dudum notaui de pilis, vnguibus, & id generis partibus vilioris conditionis; viciſſim tamen totius inanimati nulla pars integralis animata dici poteſt; ſecus enim pars eſſet perfectior toto: nam *ſ* Ariſtotele doctore, *animatum inanimato præſtat propter animam:* quum autem eidem *t* Magiſtro cælum, quod eſt pars integralis vniuerſi, ſit animatum, & animal: iam ex Ariſtotele conſtituendum eſt mundum eſſe animatum, immo vero animal; & animal nobilius cunctis noſtratibus quibuſcum communicat, non quidem in ſenſu, quod ſentire ſit pati, & mundus impatibile quid ſit, ſed in ipſa vita; quam theoriam perſpicuam habemus apud Ariſtotelem alicubi diuidentem animalia extra ambiguitatem a plantis, de quibus apud antiquos dubitatio fuit non parua num inter animalia collocari debeant, vt opinati ſunt Anaxagoras, Empedocles, & Plato: & ſubdiuidentem animalia extra ambiguitatem poſita in diminuta, ſeu imperfecta, & nobilia ſeu perfecta; atque in his enumerans principaliſſimum, hoc ait circuere cælum, ſolem, ſtellas, & planetas (quod ſane nihil eſſe poteſt niſi mundus) his plane notis, *u Quod igitur in animalis vita principium eſt? quodnam aliud præter nobile iſtud animal, quod cælum, ſolem, ſtellas, & planetas circuit? quæ extra ſ. hanc ambiguitatem ſunt, & ſunt impatibilia; nam ſenſus cognoſcentium paſſio eſt. Sciendum eſt autem quod plantæ motum ex ſe ſe non habent; ſunt enim terræ affixæ; ipſa vero terra immota eſt. Ratiocinandum itaque fuerit, vndenam huic vita accedat, vt & ipſas faciamus ſenſum habere; neque enim rem communem aliquam habent hæc. Dicimus ergo quod animalium vitæ communis cauſſa ſenſus eſt: is differentiam facit inter vitam mortemque medium. Cælum autem quia functionem habet nobiliorem multo, digniorem que noſtra, procul ab his diſſitum eſt. Eſt itaque neceſſe vt perfectum animal, & diminutum commune aliquid habeat, & is eſt vitæ ſcopus:*

ſ 2. de gen. an. cap. 1.
t 2. cæl. t. 13. 63.
u 1. de plã. cap. 1.

proinde vbi hæc abſuerit, ab eiuſmodi nominibus quiſque recedat oportet, quia medium non eſt: ſed vita medium eſt: quod enim eſt inanimatum, id animam non habet, neque ex ipſius partibus habet aliquam. Age profer alia notata. LIL. x In eadem pag. 4. dicitur eſſe aliquod mouens ſeipſum, quod ſimpliciter non mouetur ab alio; & hoc eſſe cælum, & mundum. VL. Caue ne falſo mea verba cites; ego ſiquidem ab alio non moueri dixi, non quidem cælum, & † mundum, quaſi conueniat vnicuique cælo non moueri ab alio; ſed cælum, ſeu mundum; quod eſt dicere, Cælum, ſeu quod alio nomine mundum appellamus; mea verba ſunt ipſiſſima, *Quibus luce meridiana clarius eſt, Primi-Mouentis nomine ab Ariſtotele nuncupari animal; quod ita mouetur a ſeipſo, quod non ab alio; tale vero viuens eſt cælum ſolum, ſeu mundus.* & paullo poſt. *Primus igitur ille motor, qui ſic a ſeipſo mouetur, vt ſit immobilis ab alio externo, non eſt animal ſubcæleſte; ſed cælum, ſeu mundus.* tu vero peruertis, incl. Fl. meam explicatiuam particulam *ſeu* in coniunctiuam, *&*. At videamus quid opponas. LIL. Circa hoc ego dicendum puto, nullum reperiri mouens ſeipſum, quod aliquo motu non moueatur ab alio; etiam voluntas creata, dum mouet ſe, mouetur a Deo. S. Tho. 1. p. q. 105. ar. 4. ad 1. & ad 3. SIB. Theologica hæc nihil faciunt ad propoſitum noſtrum: agimus de motu phyſico, qui fit a mouente effectiue, & eſt paſſio corporea; tu mihi opponis voluntatem creatam a Deo moueri, qui motus phyſicus non eſt, neque corporea paſſio. Nec ex eo, quod voluntas creata poteſt ab alio moueri, ſequitur omne mouens ſeipſum poſſe ab alio moueri aliquo motu; nam ideo voluntas creata poteſt ab alio moueri, quia extra illam aliquid eſt aliud, nimirum creator, a quo moueri poteſt: at mundus, quatenus eſt quid vnum ex omni naturali corpore, tanquam ex materia, & ex Deo conſtitutum, velut ex aſſiſtente forma (quo ſenſu de mundo loquitur Vlyſſes de mente y Ariſtotelis) non habet aliud quid extra ſe, a quo moueri valeat vllo motu. LIL. Diſtinguendum credo circa id, quod mouet ſeipſum, habet ad minus duos motus, quorum altero mouet ſeipſum, & quoad hunc motum non mouetur ab alio: atque ita intelligo 8. phy. t. 34. habet deinde alium motum, quo mouetur ab alio, & ad quem ſe habet paſſiue.

x pag. 42.

† 70. fal. cit.

y 1. de mun. cap. 6. & 1. cæl t. 96. & ſeqq.

VL.

V L. Inprimis Ariſtoteles eo loci vult inueſtigare primum mouens immobile ſimpliciter; ad quod peruenire non poteſt niſi reperiat id, quod ita ſeipſum mouet vt non moueatur ſimpliciter ab alio. Deinde modus hic reſpondendi pridem z ab Ariſtotele reprobatus fuit aſſerente, *Non enim iam velut quidam nituntur ſoluere, dicendum. an ne noſti omnem binarium, quod par eſt, aut non? aſſerente autem, attulerunt quendam binarium, quem non exiſtimabat eſſe: quare neque parem. Soluunt enim, non dicentes omnem ſcire binarium parem eſſe, ſed quem ſciunt, quod binarius.* a *Atqui ſciant quidem, cuius demonſtrationem habent, & cuius acceperunt; acceperunt autem non de omni, de quo vtique noſcant, quod triangulum, aut quod numerus, ſed ſimpliciter de omni numero, atque triangulo; nulla enim propoſitio accipitur talis, quod quem tu noſti numerum, aut quam tu noſti rectilineam, ſed de omni. ſic videndum eſt quomodo ſumpſerit Ariſt. eam propoſitionem* b *neceſſe eſt aliquid eſſe primum mouens, quod non* mouetur *ab alio*, & concluſionem inde collectam, *Si ergo omne quidem, quod mouetur, ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidem, non autem ab alio, neceſſe eſt ipſum a ſeipſo moueri.* quum ergo Philoſophus abſolute de motu non ab alio loquatur, non de motu tali vel tali; iam tibi non eſt coarctanda ſententia Magiſtri ad hunc, quod mouet ſeipſum non mouetur ab alio eo motu quo mouet ſeipſum. deinceps, non ne pura puta nugatio eſt, hæc aſſertio? Quod a ſe mouetur, non mouetur ab alio eo motu, quo a ſe mouetur: profecto nugatur ille, qui dicit hominem ambulantem motu ambulationis non moueri ab alio. Demum illud obſeruare lubet, quod motum ab alio ſe habere paſſiue ad talem motum, ſed per hoc non diſtingui ab eo quod mouetur a ſeipſo; nam mobile a ſeipſo, quatenus mouetur, ad talem motum nihilominus paſſiue ſe habet, ac ad eum motum, quo mouetur ab alio; etiamſi ad hunc motum ſe habeat etiam actiue, non item ad eum motum, quo mouetur ab alio. Sed quomodo probas omne, quod a ſeipſo mouetur, moueri etiam ab alio? L I L. De animalibus ſubcæleſtibus res eſt apertiſſima ex lib. 8. phyſ. t. 20. & 51. neque in hoc immorandum eſt. V L. Illud tamen addendum animalia ſubcæleſtia propterea moueri poſſe ab alio, quoniam extra ſe aliud habent, a quo moueri poſſunt; quod conſtat ex

z i.poſt.c.1

a tex.6.

b 8.phyſ. t.34.

Ariſtotele locis a te citatis aſſerente ipſa moueri a continente? LIL. De cælo ego probo adducendo doctrinam Alex, qui credens cælum eſſe vere animatum, & mouere ſe ipſum, nihilominus agnoſcit aliquod aliud extrinſecum appetibile, a cuius deſiderio mouetur anima cæli; & hæc eſt intelligentia aſſiſtens cælo, & perpetuo immobilis, quæ amatur ab anima cæli; & ſaltem in genere finis mouet animam celi; vt propterea verum ſit, cælum præter motum, quo mouet ſe, moueri etiam ab alio. VL. Bene canis, incl. Fl. ſed non ad Lyram: vere proponis Alexandri doctrinam; ſed ea nihil ad propoſitum noſtrum, qui mentem Ariſtotelis rimamus; quam eſſe dico cælum, ſeu mundum, ac ſi placet cælum ſupremum, quod eſt primum mobile moueri a ſeipſo effectiue motu phyſico, nec tamen ab alio vllo exteriori mouente moueri pariter effectiue motu phyſico. Et ſane iam antea probaui Alexandrum non philoſophari ſecundum doctrinam Ariſtotelis; quia Magiſter poſuit cælum non habere aliam animam, præter Intelligentiam ſibi aſſiſtentem: quare nihil ab Alex. potes adiumenti ſperare in hac noſtra de Natura Primo-Mouente diſputatione Peripatetica. Deinde nunc dico nos in præſentia tractare de motu a principio effectiuo, ac mouente pure phyſice, dum diſputamus dari mouens a ſeipſo, quod moueatur, vel non mouetur ab alio: quare Alexander putans cælum moueri ab Intelligentia tanquam a fine, præter rem allegatur in propoſito; finis enim non mouet efficienter, nec
* 1. de gen. pure phyſice, ſed * metaphorice. Deinceps tu nuper aſſeruiſti
t.55. mobile a ſeipſo ſemper moueri ab alio, licet non eodem motu, quo a ſeipſo mouetur: at dum Alexander ait cælum moueri ab anima propria, vt aſſimiletur aſſiſtenti ſibi Intelligentiæ, ponit aduerſum te cælum eodem motu moueri a ſeipſo effectiue, & ab Intelligentia tanquam a fine; dum enim agens propter finem agit, vtraque cauſſa dicitur eandem operationem promouere,
c pag.47. licet varia ratione. Denique tu, qui c mox dicturus es, cælum
d 8.phyſ.t. ſupremum immediate moueri a ſummo Deo; quum d Ariſtote-
41.& ſeqq. li motrix Intelligentia ſit pars eius quod mouetur a ſeipſo, &
e 2.cæl.t.13 anima cæli; quomodo pones extra conſtitutum ex orbe ſupre-
63. mo, & ſummo Deo, continens aliud quid, a quo tale compoſitum efficienter, vel etiam finaliter, vt ita dicam, moueatur?

LIL.

LIL. Vt propterea verum ſit cælum, præter motum, quo mouet ſe, moueri etiam ab alio: Vide D. Tho. 1. con. gen. cap. 13. & Simpl. 8. phy. com. 107. VL. Vidi D. Tho. loc. cit. & obſeruaui eum hæc contra te ſtatuere ad mentem Ariſtotelis, *Relinquitur ergo quod oportet ponere aliquod primum, quod primum non moueatur ab aliquo exteriori: Quia vero hoc habito, ſ. quod ſit primum mouens quod non mouetur ab aliquo exteriori, non ſequitur quod ſit penitus immobile: ideo vlterius procedit Ariſtoteles dicendo quod hoc poteſt eſſe dupliciter* &c. & mox. *Relinquitur ergo quod vna pars eius eſt mouens tantum, & altera mota; & ſic habetur idem quod prius, ſ. quod aliquid ſit mouens immobile.* & paulo poſt. *Relinquitur ergo quod mouentis ſeipſum oportet vnam partem eſſe immobilem, & mouentem aliam partem. Sed quia in mouentibus ſe, quæ ſunt apud nos, ſ. in animalibus, pars mouens ſ. anima, etſi ſit immobilis per ſe, mouetur tamen per accidens: ideo vlterius oſtendit quod primi mouentis ſeipſum pars mouens non mouetur, neque per ſe, neque per accidens: mouentia enim ſe, quæ ſunt apud nos, ſ. animalia, quum ſint corruptibilia, pars mouens in eis mouetur per accidens: neceſſe eſt autem mouentia ſe corruptibilia reduci ad aliquod primum mouens ſe, quod ſit ſempiternum.* Ex quibus apparet D. Thomæ Ariſtotelem cenſuiſſe Intelligentiam, quæ motor eſt immobilis, eſſe partem eius quod mouetur a ſeipſo. Sed quia cenſuit D. Thomas Ariſtotelem conſtituere ſingulos orbes cæleſtes habere propriam Intelligentiam aſſiſtentem tanquam ſui animam; Deum vero non eſſe appropriatum vlli ſphæræ determinatæ, ſed toti mundo aſſiſtere, propterea ſtatim addit: *Sed quia Deus non eſt pars alicuius mouentis ſeipſum, vlterius Ariſt. in ſua f metaphyſica inueſtigat ex hoc motore, qui eſt pars mouentis ſeipſum, alium motorem ſeparatum omnino, qui eſt Deus. Quum enim omne mouens ſeipſum moueatur per appetitum; oportet quod motor, qui eſt pars mouentis ſeipſum moueat propter appetitum alicuius appetibilis, quod eſt eo ſuperius in mouendo; nam appetens eſt quodammodo mouens motum; appetibile autem eſt mouens omnino non motum; oportet igitur eſſe primum motorem ſeparatum omnino immobilem, qui eſt Deus.* Ex quibus verbis D. Thomæ in loco a te citato duo contra te colligo, vnum eſt, Ariſtotelem ponere Deum non immediate mouere primum mobile, quia non eſt pars vllius cæli par-

f lib. 12. t. 36.

ticula-

g pag. 12. ticularis, quod a ſe ipſo moueatur; contra ea, quæ tuo g mox contendes Deum, ſecundum Ariſtotelem mouere primum orbem immediate: alterum eſt, Deum mouere non efficienter vllam orbitam cæli, ſed tantum vt appetibile, ac ſub ratione finis: adeoque nihil tibi fauere hunc locum D. Thomæ, qui ex eo probare ſatagis cælum ita moueri a ſeipſo, vt moueatur ab alio extrinſeco motore, quemadmodum animal ſubcæleſte ſic a ſeipſo mouetur, vt moueatur a continente; ſiquidem animalia noſtratia mouentur a continente, non tanquam ab appetibili, & a fine, ſed tanquam ab efficiente, ac plerumque ſibimetipſis contrario. Conſimiliter nil ad tuum propoſitum facit Simplicius in loco a te citato, nam ego ſtatui (diſputationis ergo hoc dicatur) cælum, potiſſimum ſupremum ita moueri a ſeipſo efficienter, vt non moueatur ab alio pariter effectiue, tanquam a cauſſa agente motum, non negans ab alio moueri poſſe *quodammodo*, vt ait D. Thomas, hoc eſt h metaphorice, vt ait Ariſtoteles, tanquam ab appetibili, atque a fine; quoniam Simplicius illud extrinſecum a quo moueri ponit cælum, quod ait eſſe animatum, & moueri a ſeipſo, ſtatuit eſſe mouens ſub ratione finis, atque appetibilis; ait enim loco a te citato, *Nam etſi, inquit, corpus circulare animatum moueatur ſecundum animam, quæ eſt in ipſo, tamen etiam quodam alio eget, quod confert principium motus ipſi: nam in omnibus animatis, quum ſit aliquid extrinſecus, eorum ſit motus cauſſa, atque principium, qui ſane motus proficiſcens ab anima fit ſecundum locum: ſiquidem alicuius appetitione motus animatorum ſecundum locum fiat.* LIL. Poteſt ad eumdem ſenſum fortaſſe non inuitus duci Auerr. lib. 12. meta. com. 41. vbi ait, *motum cæli fieri a duobus motoribus; quorum alter eſt anima exiſtens in cælo motionis finitæ; alter eſt potentia non in materia, motionis infinitæ*: dum alibi dixit Auerr. videlicet in 8. phyſ. 17. cælum mouere ſeipſum, poſſumus intelligere ratione iſtius animæ in cælo exiſtentis; ſed quia præter animam datur alius motor non exiſtens in materia, quia non informat corpus; video propterea cælum moueri etiam ab alio, quia mouetur a principio extrinſeco, ratione cuius cælum non mouet ſe; imo ad hoc mouens infinitæ virtutis ſe habet ſicut animal ſubcæleſte ſe habet ad continens, a quo mouetur. VL. Primam autoritatem

h 1. de gen. t. 55.

Auer-

Auerrois, quam ſine mutatione verborum ita proponere debemus, *Iſte motus,* nimirum cæli, *componitur, vt declaratum eſt, ex duobus motoribus, quorum vnus eſt finitæ motionis, & eſt anima exiſtens in eo; & alter eſt infinitæ motionis, & eſt potentia, quæ non eſt in materia;* ſic interpretantur, quod Auerroes reſpiciens ad mouens tum ſub ratione efficientis, tum ſub ratione finis; quia motus cæli fit a motore efficiente ipſum, ad eum edendum impulſo a fine; propterea conſtituit in motu cæleſti conuenire duos motores; quorum alterum ait eſſe finitæ motionis, & eſſe animam exiſtentem in cælo; taliſque motor eſt propria cuiuſque cæli motrix Intelligentia, quam *i* alibi ſtatuit, vt antea vidimus, viuificare cælum; & eſt anima non quidem informans, ſed aſſiſtens; dicitur autem finitæ motionis, non ratione temporis; nam æterno tempore mouet, ſed ratione mobilis, quia mouet vnum mobile finitæ magnitudinis: alterum vero motorem dicit eſſe infinitæ motionis, & eſſe potentiam, quæ non eſt in materia, cæli, ſ. quod mouetur, determinate: taliſque motor eſt ille, qui mouet ſub ratione finis, & impellit animam cæli, propriamque illius intelligentiam ad mouendum ſuum orbem; & eſt reuera Deus ſub ratione finis mouens omnia; dicitur autem motionis infinitæ, quia in momento æternitatis ſimul incuſſo ſui deſiderio cunctis agentibus, quæ, ſtante mundi æternitate in Peripato ſunt infinita, ſimul ex ſe motiones infinitas promouet, etſi recipiantur in mobilibus non ſimul, ſed ſucceſſiue per totam infiniti temporis durationem: dicitur autem eſſe potentia non exiſtens in materia, quia finis formaliter mouet vt *k* abſens; Deus autem, cui vt aſſimiletur anima cæli gyrans proprium orbem, non mouet illum orbem, nec eius animam phyſice penitus, ac efficienter; adeoque non facit ad propoſitum noſtræ quæſtionis, quia ego dico, tu vero negas, cælum ſupremum moueri ſic a ſeipſo, vt non moueatur ab alio motore motum efficiente: nam Deus mouet ſub ratione finis eo loci apud Auerroem. ROS. Sed poteſt dici Deus quoque mouere efficienter, quia eſt prima cauſſa efficiens concurrens cum omnibus cauſſis ſecundis ad omnes earum effectus producendos. VL. Ita quidem res ſe ſe habet, o Roſa; ſed hic agimus de cauſſa motus proxima & propria, non de remota, & communi,

i de ſub. orb. cap. 1.

k 1. phyſ. t. 81.

ni. Quin etiam Lilium non poteſt hoc afferre, qui vult omne mouens ſeipſum moueri alio quopiam motu ab externo mouente: ſed ſi Deus conſideretur vt cauſſa communis concurrens cum Intelligentia primi mobilis ad illud rotandum, eundem prorſus motum efficiet cum Intelligentia propria illius ſphæræ; vt motus idem Diurnus pendeat tum ab Intelligentia, quæ eſt anima propria illius orbitæ, vt ab efficiente proprio; tum a ſummo Deo non ſolum ſub ratione finis, cuius gratia, vt illi aſſimiletur in gubernandis ſubcæleſtibus, orbem ſuum gyrat; ſed etiam vt ab efficiente primo communiſſimo concurrente cum ſingulis efficientibus ſecundis ad proprias cuiuſque functiones promouendas. Sed noſtra quæſtio eſt de alio mouente extrinſeco particulari. Alteram autem Auerrois autoritatem, quam tu, o Lilium, trahis inuitam ad cælum prout a mundo toto contradiſtinguitur, Auerroes ipſe protulit de toto mundo, quod etiam cæli nomine nuncupatur; ait enim Auerroes, vt antea quoque notaui, *l Et quum poſuit hanc propoſitionem, dicentem quod in habentibus animas ſit motus ſine motu præcedente, dixit poſſibile eſt hoc in toto. Deinde induxit ſimilitudinem inter ea, & dixit quoniam ſi hoc eſt in mundo, &c. i. quoniam animal, quod mouetur ex ſe, aſſimilatur toti in hoc, quod totum mouetur ex ſe, ſcilicet corpus cæleſte. ſimilitudo enim inter animalia, & corpus cæleſte eſt, quoniam vtrumque mouetur ex ſe: & quemadmodum alij motus reducuntur in animali ad primum motorem, qui non mouetur, ita eſt in mundo magno, & ideo dicitur quod homo eſt mundus paruus.* Ex quibus apertiſſime conſtat Auerroem de mente Ariſtotelis conſtituere mundum magnum, totumque vniuerſum habere animam, & in hoc ſimilitudinem habere cum animali ſubcæleſti, ſpeciatimq; cum homine, qui dicitur mundus paruus, quod vtrumque mouetur a ſeipſo: mundumque magnum appellat nomine cæli, totumque vocat corpus cæleſte iuxta tertiam cæli ſignificationem ab Ariſtotele *m* propoſitam. quare falſo ſtatuis Auerroem hic nomine cæli ſignificare ſolum partem æthream Vniuerſi prout a toto mundo, & ab elementari corpore contradiſtinguitur. Deinde vt concedo præter animam cæli cuiuſque particularis dari alium motorem non exiſtentem in materia; ſic primo non admitto talem motorem eſſe in eodem genere

l 8. phy. com. 17.

m 1. cæl. t 56.

genere mouentis cum anima cæli; nam anima cæli mouet efficienter, alter autem motor eumdem orbem cæli, ſiue ipſius animam mouet non vt efficiens, ſed vt finis ſub ratione appetibilis; de quo non agimus in propoſita quæſtione quærentes num cęlum ita moueatur a ſe efficienter, vt non moueatur ab alio motore pariter effectiue. Deinde non admitto motorem hunc alium externum ideo non eſſe in materia, quia non informat corpus; nam n Auerroi anima cæli non eſt forma informans, ſed aſſiſtens tantum, & tamen in materia cæleſti ponitur vt in ſubiecto ſuo, quod ſupra late probaui: ſed ideo non eſt in materia, quia eſt finis; finis autem mouet vt abſens; non vt conſtituens rem a ſe motam. Inſuper non tibi dedero, cælum relatione habita ad motorem externum infinitæ virtutis non moueri a ſe; nam a ſe mouetur propter illum finem vt conſequatur ſimilitudinem cum eo mouente virtutis infinitæ; vt eiuſdem numero motus orbicularis cauſſa ſit tum efficiens anima cæli, quæ motor eſt motionis finitæ; tum finalis motor alter ille non in materia, quem dicit potentiam motionis infinitæ. Denique non eſt probandum, ad hoc mouens motionis infinitæ cælum ſe habere, ſicut ſe habet animal ſubcæleſte ad continens, a quo mouetur: nam animal ſubcæleſte mouetur a continente velut a cauſſa efficiente, vnde motus principium; at cælum ab illo extrinſeco motore motionis infinitæ mouetur velut a cauſſa finali, ac tanquam ab appetibili; quod eſt diuerſum genus mouentis. Nec omittendum eſt, Auerroem non dicere motorem illum extrinſecum eſſe virtutis infinitæ, vt ais, ſed motionis infinitæ; quod longe diuerſum eſt. Ita ergo non probas cælum, quod a ſeipſo mouetur, præſertim primum mobile, moueri alio motu ab alio externo motore, tanquam ab efficiente, contra meam poſitionem diſputandi gratia nunc aſſumptam. Sed videamus quomodo probes mundum moueri ab extrinſeco motore. LII. Venio nunc ad mundum, & intendo probare, mundum habere aliquod extrinſecum, a quo moueatur. Primo accipio quid nomine mundi debeamus intelligere; docet Ariſt. 1. cæl. t. 96. contentum corpus ab extrema circulatione, totum ac vniuerſum appellari. VL. Ibi Magiſter agit de mundi materia; quæ non eſt illud a ſeipſo mobile, quod quæri-

n de ſub. or. c. 1.

Digitized by Google

mus an ab alio moueatur. LIL. Clarius idem lib. de mund.
cap. 2. *Mundus, ait, eſt compages & aggregatio corporum, videlicet*
cæli & terræ, & aliarum naturarum, quæ inter ea continentur.
VL. Hæc itidem eſt ſola mundi materia; perinde dicere poſ-
o 1. de an. t. 94 ſes hominem eſſe compaginem o oſſium, & carnium. Sed hoc
non eſt totum aggregatum à ſeipſo mobile, de quo quærimus,
an debeat etiam ab alio moueri. LIL. Deus itaque non in-
cluditur in mundo tanquam vera pars, ſed eſt tantum Autor, &
conſeruator mundi; & colligitur ex eodem Ariſt. citato cap. 2.
illis verbis, *Dicitur etiam ordo & digeſtio vniuerſorum, quæ a Deo,*
& per Deum aſſeruatur. Hic obſeruo Deum eſſe cauſſam mun-
di, non mundi partem. VL. Ita poſſes obſeruare animam
hominis eſſe cauſſam hominis, non partem hominis; nam ho-
mo vere dicitur ordo & digeſtio carnium oſſium & aliarum om
nium tam ſimilarium, quam diſſimilarium partium, quę ab ani-
p 2. de an. t. 39. ma, & per animam p aſſeruantur in humano corpore, ſed mala
fuerit hæc obſeruatio; quum anima ſit vere pars eſſentialis ho-
minis. At viceuerſa debemus ex hoc Ariſtotelis loco deducere
q 1. meta. ſu. 2. c. 2. Deum eſſe naturam; etenim Ariſtoteles alibi docuit, vt in ani-
malibus, ita in natura tota intellectum ineſſe cauſſam mundi,
r 12. meta. t. 52. totiusque ordinis: & multo poſt, r Ducem eſſe cauſſam ordinis
in exercitu, adeoque Deum eſſe cauſſam ordinis in natura vni-
ſ 8. phy. t. 15. uerſi: ſed multo prius aſſeruerat idem Ariſtoteles, ſ Naturam
eſſe cauſſam ordinis omnibus: vnde iam conſtat Ariſtoteli
Deum eſſe naturam totius mundi, proptereaque mundi par-
tem; quia natura eſt pars eſſentialis corporis naturalis; eſt enim
u 2. phy. t. 4 & ſeqq. Ariſtotele u doctore, ſemper vel ſubiectum, vel in ſubiecto, ni-
mirum vel materia, vel forma. LIL. x Atque ita explico
x pag. 44. eundem Ariſt. dum eodem lib. de mund. cap. 7. appellat *Deum*
partem mundi, dicitur enim improprie pars; quum ſit vera cauſſa
efficiens, a qua mundus eſt, & conſeruatur. VL. Ariſtote-
y 6. top. c. 1. loc. 7. les, qui damnat y improprie loquentes, non debet explicari
quaſi ſumat improprie nomen partis: neque vero ponens ipſe
z 8. phy. t. 3. & ſeqq. mundum z æternum conſtituere poteſt Deum eſſe cauſſam effi-
cientem, a qua mundus eſt. Immo vero ſi tale quid conſtituiſ-
ſet, non proinde negaſſet Deum eſſe formam, & animam vni-
uerſi, adeoque mundi partem eſſentialem; ſiquidem qui pro-
duxit

Digitized by Google

duxit mundi materiam, poteſt ſeſe illi exhibere formam ſubſtantialem, atque adeo mundum conſtituere? non ne in noſtratibus animantibus eadem anima eſt efficiens, & forma? id quidem aperte ſanxit Ariſtoteles aſſerens, *a* animam eſſe viuentis *a* 2. de an. t. 36. 37.
corporis cauſſam ſecundum tres modos determinatos, nimirum effectricem, formalem, atque finalem: oſtendit idipſum ratio; nam in augmento viuentis anima ſemetipſam communicans alimento forinſecus aduenienti *b* generat vt efficiens ma- *b* 1. de gen. t. 32. 33. 34. & ſeqq.
iorem carnem v. g. quam genitam actuat velut eius forma ſubſtantialis, adeoque proprie pars eſſentialis. Quin & in generatione fœtus anima præexiſtens in ſemine fecundo vere cauſſa efficiens *b* conceptum, & *c* generans nouum viuens, aſſerente *b* 2. de gen. an. cap. 3.
Magiſtro tum, conceptum fieri quando excrementum feminæ ſuſceperit a ſemine maris principium, quo animatum eſt: tum, *c* 2. phy. t. 31. & alibi ſæpe.
ſemen eſſe cauſſam effectricem animantis generandi; cui ſeminis anima ſemetipſam communicat in formam, & partem eſſentialem; vt late probaui dudum in opere de *d* ortu animæ hu- *d* lib. 2. c. 8. & lib. 3. c. 15.
manæ. Immo vero poſt actum conceptionis anima conceptus organizando corpus generat in eo vt efficiens oſſa, neruos, arterias, venas, & alias omnes animalis partes, quibus eadem ſemetipſam exhibens formam ſubſtantialem, eſt earum pars eſſentialis, quas vt efficiens produxit. Quam doctrinam vt omnes vltro profitentur & Philoſophi, & Medici, ſic vnus omnium elegantiſſime promulgauit olim Themiſtius inquiens. *e Anima* *e* 1. de an. cap. 22.
fabricatur, architectaturque ſibi conueniens, accommodatumque inſtrumentum; deformat ipſa ſibi, & præparat domicilium non deformatum ante, & præparatum demum ſubit: non enim quemadmodum cithara dedolatur prius, & conditur, tum demum adhibetur ad muſicam; ita & corpus ornatur, inſtruiturque, mox animæ ſi mandum affertur: & poſt Themiſtium Ficinus aſſerens. *f Priuſquam adul-* *f* in Tim.
tum ſit corpus, animam totam in fabrica illius occupari. Quare ex eo, quod Ariſtoteli Deus eſt cauſſa efficiens, a qua mundus eſt, & conſeruatur, colligere non potes, Deum non eſſe proprie partem eſſentialem, & animam mundi: ſecus enim quum anima noſtratium animalium ſit cauſſa efficiens, a qua eſt, & conſeruatur eorum vnumquodque; iam tibi dicenda foret anima viuentis noſtratis eſſe pars improprie, ac vere non anima:

quod quam abſurdum ſit, tu ipſe iudica. LIL. D. Tho. 1. con.gen.cap.13. Deus, inquit, non eſt pars mouentis ſeipſum. V L. Ibidem D. Tho. ex Ariſtotelis mente decernit vnumquemque orbium cæleſtium moueri a ſeipſo, quia conſtituitur ex parte mouente immobili, quæ eſt aſſiſtens intelligentia; & ex parte mota; quæ eſt illi menti motrici ſubdita cæli corpulentia: ſed quia cenſuit Deum nulli ſphæræ determinatæ aſſiſtere; verum toti mundo; quem ſeipſum mouere non putauit, at ſemper quieſcere, ſolumque partes illius moueri; propterea

g pag.47. vt contra te ſtatuentem g mox Deum immediate mouere ſupremam ſphæram, motorem illum non eſſe proprie partem:

h pag.42. ita contra me, cui h ſupra dediſti mundum mouere ſeipſum, non potes afferre hanc D. Thomæ ſententiam; quia dato, licet non conceſſo, quod mundus ex ſententia D. Thomæ ſeipſum moueret; iam ille de mente Philoſophi eo loco ſtatueret componi ex parte mouente immobili, quæ foret Deus totum mundum mouens, & ex parte mota, quæ eſt mundi globus, cui Deus aſſiſtit vt forma. LIL. Nec non poteſt colligi ex 12. meta. t.52. vbi S. Tho. dicit eſſe aliquod bonum ſeparatum, quod eſt primum mouens; & ideo vniuerſum habere duplex bonum, alterum ſeparatum, & alterum in ipſo ordine vniuerſi; ſicut apparet in exercitu, cuius bonum eſt in ordine exercitus, & in Duce. V L. Quamuis non ſit neceſſe me ſubſcribere D. Thomæ gloſſæ; dicendumque rear Ariſtotelem ibi tractare de duplici forma vniuerſi, quarum altera ſe habeat ad alteram vt diſpoſitio materiæ ad formam præcipuam; nimirum vt in homine

i 8. phyſ. t.17. qui paruus i mundus eſt, temperamentum eſt forma miſti, qua diſponitur corpus humanum ad animam, velut ad formam principalem; & idem dici valeat de parte animæ vegetali erga ſenſitricem, & de ſenſitrice erga rationalem; quod connotat

k 2.de gen. an.cap.3. Ariſtoteles k alibi: ſic in magno mundo naturalium corporum ordo eſſentialis eſt forma minus præcipua, qua diſponitur mundi materia ad primum motorem Deum, tanquam ad formam principalem: nam ratio boni conuenire formæ erga materiam,

l 1.phy.t.81 clare docuit l Ariſtoteles aſſerens materiam appetere formam tanquam ſui bonum: quoniam vero ordo dependet in eſſe a rebus ordinatis, primus vero motor non dependet in eſſe a mate-

Digitized by Google

ria; cui aſſiſtit; ideo primus motor dicitur bonum ſeparatum; non quia non ſit intimum rei; ac eſt mundi forma, & pars eſſentialis eius, quod a ſe mouetur. Attamen ſi D. Thomas hac in parte ſit audiendus, cenſet ille Magiſtrum hic agere de duplici fine vniuerſi; dicit enim, *Oritur autem iſta quæſtio ex hoc, quod ſupra dictum eſt, quod primum mouens mouet ſicut bonum & appetibile: Bonum enim ſecundum quod eſt finis alicuius, eſt duplex: eſt enim finis extrinſecus ab eo quod eſt ad finem, ſicut ſi dicimus locum eſſe finem eius quod mouetur ad locum: eſt etiam finis intra, ſicut forma finis generationis, & alterationis; & forma iam adepta eſt quoddam bonum intrinſecum eius, cuius eſt forma. Forma autem alicuius totius, quod eſt vnum per ordinationem quandam partium, eſt ordo ipſius: vnde relinquitur, quod ſit bonum eius. Quærit ergo Philoſophus vtrum natura totius vniuerſi habeat bonum & optimum, id eſt finem proprium quaſi aliquid ſeparatum à ſe: vel habeat bonum & optimum in ordine ſuarum partium, per modum quo bonum alicuius rei naturalis eſt ſua forma. Soluit propoſitam quæſtionem: Primo enim oſtendit quod vniuerſum habet bonum ſeparatum, & bonum ordinis. Secundo oſtendit qualiter partes vniuerſi ſe habent ad ordinem. Dicit ergo primo quod vniuerſum habet vtroque modo bonum & finem: eſt enim aliquod bonum ſeparatum, quod eſt primum mouens, ex quo dependet cælum & tota natura, ſicut ex fine & bono & appetibili, vt oſtenſum eſt* &c. Ex quibus aperte conſtat D. Thomam hic velle primum motorem eſſe finem vniuerſi ſeparatum: at non ait vniuerſum a tali fine ſeparato moueri; quod tu probare intendis; nam de motu vniuerſi ne verbum quidem ibi D. Thomas, nec Ariſtoteles; quare nihil ad rem hæc autoritas. Deinde ſi diſputationi dedero D. Thomam velle mundum totum moueri ab eo primo motore ſeparato, qui moueat ſub ratione finis; nihilominus extra propoſitum fuerit iſta citatio; nam mihi ſtatuenti mundum eſſe primum mouens ita mobile a ſeipſo, vt ab alio externo motore non moueatur; loquentique vtrobique de motore ſub ratione agentis, non autem ſub ratione finis; nam vt mundus a ſe mouetur effectiue, ſic non habet extra ſe motorem alium, a quo ſimiliter effectiue moueatur: tu, Fl. incl. non apte opponis D. Thomam agentem de mouere ſub ratione finis extrinſeco: nam ego cum Ariſtotele citra termino-

rum

rum æquiuocationem aſſerui mundum ſic a ſeipſo moueri, nimirum effectiue, vt non moueatur ab alio pariter effectiue: tu vero terminos vniuoce dictos, quaſi æquiuoce prolatos accipis; mouere namque efficienter, & ſub ratione finis non conueniunt vniuoce, ſed æquiuoce mouentia ſunt efficiens, & finis. L I L. Vide S. Tho. 1. p. q. 103. ar. 2. ad 3. Notum eſt neque ducem eſſe partem exercitus, neque Deum partem mundi, ſed Deum eſſe bonum ſeparatum. V L. D. Tho. ibi nullam omnino mentionem facit de motore effectiue; de quo nos diſputamus: immo neque de motore omnino; ſed tantum de fine; ſtatuitque Deum eſſe bonum ac finem extrinſecum mundi, ad quem finem ordinatur finis internus, qui dicitur ordo vniuerſi; nulla facta mentione motus: nec inconueniens eſt Deum ſub ratione finis eſſe bonum externum, quia finis agit vt abſens; at ſub ratione motoris efficienter eius, quod mouetur a ſeipſo, eſſe partem internam; vt *m* ipſe cum *n* Ariſtotele docuit antea. Quin etſi Deus comparatus ad ordinem partium vniuerſi dicitur extrinſecus, quia non exoritur ex interna natura vniuerſi, nec informat vniuerſum, nec ab eo in eſſe dependet, vt ordo; tamen abſolute vt forma vniuerſo aſſiſtens, & illi ſpeciei *o* vnitatem tribuens, ac intime ſingulas mundi partes conſeruans, conſtituensque mundum a ſeipſo mobilem, eſt intrinſeca mundi pars. De eo vero, quod eſt, Ducem non eſſe partem exercitus, neque Deum eſſe partem mundi, nihil omnino dicit ibi D. Tho. eius ipſiſſima verba ſunt, *Ad tertium dicendum, quod finis quidem vniuerſi eſt aliquod bonum in ipſo exiſtens, ſcilicet ordo ipſius vniuerſi: hoc autem bonum non eſt vltimus finis; ſed ordinatur ad bonum extrinſecum, vt ad vltimum finem; ſicut etiam ordo exercitus ordinatur ad Ducem, vt dicitur in 12. meta.* Non ne ibi aliud eſt, ordinem exercitus ordinari ad Ducem, & Ducem non eſſe partem exercitus? mihi quidem aliud eſt: nec D. Tho. ibi ponit ſimilitudinem inter Deum & Ducem, quod vterque ſit bonum ſeparatum; ſed quod vterque ſit bonum ad quod ordinatur ordo exercitus, & ordo mundi: licet ponat inter eos diſſimilitudinem, quod Deum dicit eſſe bonum ſeparatum, de Duce non dicit eſſe ſeparatum. & quod tibi, Fl. incl. notum eſt, Ducem non eſſe partem exercitus, id mihi, credoque cunctis alijs ignotiſſimum

mum

m 1. par. q. 70. ar. 3.

n 8. phy. t. 41. & ſeqq.

o 12. meta. t. 49.

mum eſſe; nam Dux materialiter ſumptus eſt pars integralis exercitus, vt cor eſt pars integralis hominis, in quo decretis Ariſtotelis ſe habet erga cætera membra vt Dux & Princeps erga ſubditos: at Dux formaliter acceptus eſt vere pars in exercitu eſſentialis, a qua exercitus habet eſſe; quia ſine Duce exercitus non eſt, ſed ſola hominum collectio, quæ nomen exercitus non meretur. Neque vero, vt ingenue fatear pace tanti Doctoris, a D. Thoma recipio, Ordinem eſſe finem tum mundi, tum exercitus; quia ratio finis non in ſolo bono conſiſtit, ſed in bono vltimo, adueniente rei, cuius finis dicitur: at ordo non superuenit exercitui, vel mundo præexiſtenti; ſed præcedit mundi conſtitutionem, exercitusque complementum: nam vt ordinata rerum ſeries adhuc mundus proprie non eſt, niſi Deus illi aſſiſtat; ita prorſus ordinata militum ſeries exercitus non eſt proprie, niſi præſit ei Dux, ac Imperator. Sed hæc obiter. Tu vero Flincl. perge. L I L. Quo poſito, ſic arguo, Quod mouetur a mouente ſeparato, vt ſic mouetur ab alio: mundus mouetur a mouente ſeparato, ex ſupra notatis: ergo mundus vt ſic mouetur ab alio, quomodocunque fingatur animatus eſſe, quia ſemper erit verum, hoc ita animatum mouetur a ſeparato motore, id eſt a Deo. V L. Quum hęc ratio nitatur ſupra notatis, quæ nuper euerſa ſunt, iam & ipſa ſine viribus euerſa corruit. Sed tamen addere liceat, mouens bifariam eſſe poſſe ſeparatum ab eo quod mouetur, vel reipſa, & loco, vt nihil omnino ſit, eius quod mouetur; vel ſola ratione, quum reuera ſit pars eſſentialis eius, quod mouetur: ſi de prima ſeparatione ſermo ſit, vt vltro concedo, quod mouetur a mouente ſeparato, vt ſic moueri ab alio; ita nego mundum moueri a Deo tanquam a mouente ſeparato; nam Deus intime toti mundo aſſiſtit, & eſt eius forma mundo tribuens vnitatem numeri ac ſpeciei, vt ait *p* Ariſtoteles; cui Deus eſt mundi *q* pars præcipua, & illius *r* anima. Sin autem ſermo ſit de ſeparatione ſecundi generis, vt lubens concedo mundum moueri a Deo velut a motore ſecundum rationem ſeparato; quia non dependet in eſſe a mundo, in quo *ſ* ineſt; ita nego, quod mouetur a motore ſic ſeparato, vt ſic moueri ab alio; nam differentia rationis non facit aliud. L I L. Sed fortaſſe melius erit conſulere Platonicos, qui ſunt

p 12. meta. t. 49.
q de mundo c. 7.
r 1. meta ſu. 2. cap 2.
ſ 7. eud. cap. 18

de-

defenſores acerrimi huius mundanæ animæ, &c. VL. Tu, Fl.incl. qui tibi t propoſuiſti quæſtionem hanc non Academice
t pag. 22. tractare, conuocas auxiliares Platonicos? mihi tecum intra ſepta Peripati diſputanti non audiuntur Platonicorum voces; quare tibi non erant adducendi, qui contra mentem Ariſtotelis animam Mundi a Deo contradiſtinguunt; licet, ne temporis iacturam vitarem, facile mihi foret oſtendere nil tibi proficere, quæ proponis e Platonicis. At quomodo inter Platonicos enu-
u pag. 45. meres u Annæum Senecam, qui non fuit Platonicus, verum Stoicus extitit, ego quidem non aſſequor. At vero miſſis his,
x pag. 46. mecum peripatetice loquere, vt pollicitus es. LIL. x Ad t. itaque 34. lib. 8. phyſ. credo ſic reſpondendum eſſe, id quod mouet ſeipſum non moueri ab alio eo motu quo mouet ſe, ceterum alio motu moueri ab alio, etiamſi ſit cælum, vel mundus. VL. Hæc reſponſio tum nugatoria eſt, vt antea notaui; tum deſtruit doctrinam Ariſtotelis eo loco quærentis primum motorem abſolute, qui non mouetur nec a ſe, nec ab alio ſimpliciter;
y 8. phy. t. 41. & ſeqq. & y oſtendit hoc eſſe partem mouentem eius quod mouetur a ſeipſo: quod ſi ab alio moueri poſſet aliquo motu, iam ab eodem illius etiam pars moueretur; adeoque non eſſet penitus immobilis. Quin & Ariſtoteles in textu loquitur abſolute de mobili a ſe, & non ab alio, nulla prorſus facta limitatione motus eiuſdem. LIL. Nota dictum Auer. 2. phyſ. t. 73. in fine, Motores ſub primo principio non mouent niſi moueantur ab eo: & innitendo t. 52. lib. 8. phyſ. ſic arguo. Illud, quod nullo modo mouetur ab alio, eſt primaria radix æterni motus: quod mouet ſeipſum, qualecumque ſit, non eſt prima radix æterni motus: ergo quod mouet ſeipſum non eſt nullo modo motum ab alio: imo aliquo motu motum ab alio: Vtraque propoſitio habetur in t. 52. lib. 8. phy. ſi recte, & profunde intelligatur. VL. Certe nec inter Delios natatores, qui profundiſſime ſciat vrinari, tales propoſitiones inueniet in eo textu, qui ſolum hæc habet
z 8. phy. t. 52. ipſiſſima, z *Ex quibus credere licet, quod, ſi quid eſt immobilium quidem, mouentium autem, & ipſorum, quæ mouentur ſecundum accidens, impoſſibile eſt continuo motu mouere. Quare, ſi neceſſe eſt quidem continue eſſe motum, eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundum accidens, ſi futurum eſt (vt diximus) in ijs, quæ*

ſunt,

ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam, & immortalis motus; & manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem: principio enim manente, neceſſe eſt omne manere, continuum exiſtens ad principium. Non eſt autem idem moueri ſecundum accidens a ſeipſo, & ab altero: moueri enim ab alio, & eorum, quæ ſunt in cælo, quibuſdam principijs ineſt, quæ ſecundum plures feruntur lationes: alterum autem corruptibilium ſolum. In quibus habentur ſolæ ſeptem propoſitiones longe diuerſæ ab ijs, ex quibus tuam rationem contexiſti; quarum ſane prima eſt, Mouentia immobilia per ſe tantum, at mobilia per accidens, non poſſunt mouere motu continuo in æternum. Secunda eſt, Motus inceſſabilis neceſſario prouenit a motore, qui non ſit mobilis per ſe, nec etiam per accidens. Tertia eſt, Motus immortalis prouenit ab eo principio, quod manet in ſeipſo, & in eodem; quod eſt dicere, non mouetur per ſe, nec per accidens ad motum eius mobilis, in quo eſt. Quarta eſt, Principio manente, neceſſe & omne manere, continuum exiſtens ad principium. Quinta eſt, Non eſſe idem ſecundum accidens moueri a ſeipſo, & ab altero. Sexta eſt, Moueri ſecundum accidens ab alio conuenit, quibuſdam principijs in cælo degentibus, quæ ſecundum plures feruntur lationes, nimirum omnibus orbibus intra primi mobilis concauitatem comprehenſis; qui mouentur per ſe a ſeipſis, hoc eſt a propria Intelligentia motu proprio ab occaſu in ortum ſupra polos Zodiaci, & per accidens a primo mobili rotati ad motum continentis motu diurno ſupra polos mundi ab ortu in occaſum. Septima & vltima eſt, Moueri ſecundum accidens a ſeipſis conuenire ſolum principijs motus corruptibilibus, cuiuſmodi ſunt animæ motrices viuentium noſtratium. De eo vero, quod eſt, *Illud, quod nullo modo mouetur ab alio, eſt primaria radix æterni motus*: & de eo, quod eſt, *Quod mouet ſeipſum, qualecumque ſit, non eſt primaria radix æterni motus*: quæ ſunt duæ tui ſyllogiſmi præmiſſæ, ne veſtigium quidem habetur in hoc textu Ariſtotelico: quare † citatio pariter hęc inter Pleſſiacas enumeranda eſt cum multis alijs antea notatis: & reuera quomodo maiorem illam ponere potuit Ariſtoteles, quæ falſa eſt euidentiſſime? nam, vt ad tuæ rationis examen accedam, concedens, Quod mouet ſeipſum, non eſſe primariam radicem æterni motus; quia Magiſter an-

† 71. falſ. cit.

a 8. phy. t. 34. 41. & ſeqq.

b 1 meteo. ſu. 2. c. 2.

a antea reſoluit quod mouet ſeipſum in partem mouentem immobilem, & partem motam; quarum illam ſolum ſtatuit primam principium æterni motus: nego ſimpliciter, illud, quod nullo modo mouetur ab alio, eſſe primariam radicem æterni motus; nam centrum nullo modo mouetur ab alio; quum tamen non ſit primaria radix æterni motus: quinimmo totum cęlum ſub ratione totius nullo modo mouetur ab alio, quum ſemper quieſcat in eodem loco, ſolumq; moueatur ſecundum partes; etenim circulatio eſt motus non totius, ſed partium totius quieſcentis; & nihilominus cælum totum non eſt primaria radix æterni motus; ſed cælo aſſiſtens Intelligentia: Liceat addere, non ens ſimpliciter nullo modo moueri ab alio, quum tamen aſſerere non poſſimus non ens ſimpliciter eſſe primariam radicem æterni motus. Quare falſum eſt primum dogma vniuerſaliter acceptum: falſum eſt etiam coarctatum ad principia motus, & omnino ad mouentia; tum quia cælum totum eſt principium b mouens omnia ſubcæleſtia, quum tamen ſecundum ſe totum nullo modo moueatur, & non ſit primaria radix æterni motus: tum quia Intelligentia, v.g. ſphæræ Lunæ aſſiſtens non mouetur vllo modo ex propoſitis ab Ariſtotele in textu a te citato; quia nec mouetur per ſe, nec per accidens, neque a ſe, quia non eſt corruptibilis; neque ab alio, quia non fertur in cęlo pluribus lationibus; & nihilominus non eſt primaria radix motus æterni; ſed eiuſcemodi primaria radix eſt prima omnium motrix Intelligentia, non autem infima; qualis eſt aſſiſtens orbitæ Lunæ. ROS. Intelligentia Lunæ ſaltem mouetur ab alio tanquam a fine, nimirum ab Intelligentia ſuperiori, cui vt aſſimiletur orbem ſuum mouet, impelliturque ad illum circumducendum. VL. Ariſtoteles in textu producto ab incl. Fl. tractat de motore ſolum ſub ratione efficientis, non autem de motore ſub ratione finis; nam conſtituit mouentium alia eſſe immobilia per ſe, ſed non per accidens; alia eſſe immobilia quoque per accidens; immobilia vero per ſe, quæ per accidens moueri poſſunt, adhuc ſubdiuidit in ea, quæ mouentur per accidens ab alio, & hæc ait eſſe quædam principia in cælo, quę pluribus feruntur lationibus; cuiuſmodi non poſſunt eſſe vllæ Intelligentiæ; nam harum nulla poteſt pluribus lationibus moue-

ri; & in ea, quæ mouentur per accidens à ſeipſis, cuiuſmodi ſtatuit Ariſtoteles eſſe corruptibilia; quum in genere corruptibilium non ſit Intelligentia Lunæ. Quin Ariſtoteles æterni motus nomine ſignificat hic motum phyſicum, & proprie localem; finis autem Intelligentiam mouet motu non phyſico, & locali, ſed *c* metaphorico: Quare non poteſt ex hoc textu colligi Intelligentiam Lunæ, quæ mouetur a ſuperiori mente velut a fine, eſſe aliquo motu mobilem per accidens. At vero ſi contendis eam aliquo motu, ac proinde aliquo modo moueri per ſe a fine, cuius gratia operatur; iam quum ſuprema omnium intelligentia, te *d* decernente, moueat immediate ſupremam ſphæram; quumque certum ſit *e* Ariſtoteli Deum nihil fruſtra facere, propter eaque propter aliquem finem; neceſſario cogeris confiteri Deum adeoque ſupremam omnium intelligentiam per ſe moueri a fine, cuius gratia operatur; & ideo ab alio, ſi finis ille ſit ab eo diuerſus; vel a ſeipſo, ſi gratia ſui agat, & propter ſeipſum; atque ſic nulla iam tibi fuerit primaria radix æterni motus, qui eam ponis eſſe mouens, quod nullo modo mouetur ab alio; contendisque omne quod mouet ſeipſum etiam ab alio moueri, & non eſſe radicem primam motus æterni. Sed, incl. Fl. non illa propoſitio, Illud, quod nullo modo mouetur ab alio, eſt primaria radix æterni motus, vera eſt; at vel eius conuerſa, Illud, quod eſt primaria ratio æterni motus, nullo modo mouetur ab alio: vel alia hæc, Illud, quod nullo modo mouetur ab alio, nec a ſeipſo, nec per ſe, nec per accidens, eſt primaria ratio æterni motus; quæ propoſitio vere colligitur in textu a te citato. Sed harum neutra tuæ fauet opinioni, rationive: non quidem illa conuerſa, quæ vera eſt; quia vt ad primam radicem æterni motus non ſufficit quod nullo modo moueatur ab alio; ſed oportet inſuper quod nullo modo moueatur a ſeipſo; quæ duo diſtincta ſunt ab inuicem; ita ex ea conuerſa ſophiſma texeres in prima figura ex minori negatiua: perinde ſiquidem ex eo, quod primaria radix æterni motus eſt illud quod nullo modo mouetur ab alio, colligitur mouens ſeipſum, quod non eſt primaria ratio motus æterni, non eſſe id quod nullo modo mouetur ab alio; ac ex eo quod homo eſt animal, deducitur Leonem, qui non eſt homo, non eſſe animal.

c 1. de gen. t. 55.

d pag. 47.

e 1. cæl. t. 32.

Nec vero tibi poteſt opitulari propoſitio altera vera & Ariſtotelica, qua dicitur, Illud, quod nullo modo mouetur ab alio, nec a ſeipſo, nec per ſe, nec per accidens, eſt primaria radix motus æterni; quia ſubdens huic tuam minorem, Quod mouet ſeipſum qualecumque ſit non eſt prima radix æterni motus; colliges, Quod mouet ſeipſum non eſſe id, quod nullo modo mouetur ab alio, nec a ſeipſo, nec per ſe, nec per accidens: quod non eſt contra meum dogma ſtatuens, dari mouens ſeipſum, quod non mouetur ab alio, quare tua nota nil me notat in hoc

f pag. 47. loco. LIL. In *f* pag. 7. 8. & 9. aſſeritur, Deum ſecundum Ariſ. non mouere primum orbem immediate, ſed hoc munus demandatum alicui Intelligentiæ ſecundæ: Deum autem tanquam communem, & vniuerſalem cauſſam aſſiſtere toti mundo, nec eſſe motorem immediatum alicuius particularis orbis. VL. Id quidem ego dixi, & rationibus ductis ex autoritate Ariſtotelis confirmaui; tu vero quid ais de propoſito? LIL. Quamuis ſciam hanc ſententiam valde probabilem eſſe, & doceri a grauiſſimis viris, præcipue a Theologis; tamen ſemper coactus fui dubitare an ſit omnino conformis menti & ſententiæ Ariſ. proferam ergo hic breuiter ea, quæ me inclinant probabiliter in contrariam ſententiam, & quibus adducor, vt facile credam apud Ariſt. Deum mouere effectiue primum orbem immediate. VL. Dum tu meum placitum aſſeris eſſe valde probabile, docerique a grauiſſimis viris; ſi contra rationes afferes, eas conſiderabo; ſed ſi autoritates interpretum, nihil proficies; quum liberum mihi ſit alteri parti adhærere, potiſſimum, quæ firmatur dictis Ariſtotelis olim a me propoſitis; quibus rationes addam, in primis enim mouens immediate ſphæram aliquam efficienter, eſt pars eſſentialis immobilis eius

g 8. phy. t. 41. & ſeqq. quod mouetur a ſeipſo; quod & Ariſt. *g* aperte fatetur, & ex

h 1. p. q. 70 ar. 3. Ariſtotele conteſtatur non ſemel *h* D. Thomas: ſed vel tibi ſæpius in hoc opere Deus non eſt pars vllius cæli: ergo Deus Ariſtoteli non mouet ſupremum orbem immediate. Deinde in-

2. con. gen. cap. 70. ter effectricem cauſſam motus & finalem ea differentia eſt, quod efficiens mouet immediate, finis mouet mediante efficiente; immo potius mouet effectricem cauſſam ad mouendum mobile, quam vere moueat ipſum mobile, certe mouet mobile mediante

Digitized by Google

diante cauſſa efficiente; ſed *i* Ariſtoteli, tibique, vt ſupra viſum eſt; Deus mouet ſupremam ſphæram vt amatum, & intellectum, adeoque ſub ratione finis: ergo Deus Ariſtoteli non mouet immediate ſupremam ſphæram. Sed audiamus quid opponis. L I L. S.Tho. 12.meta.l.9.expo.t 43 de opinione Ariſt. hoc profert iudicium, *Exiſtimauit quod octaua ſphæra, in qua ſunt ſtellæ fixæ, eſſet primum mobile, & motor eius eſſet primum principium:* & paullo poſt addit, *& ſatis conueniens videtur vt primus motus rerum corporalium, a quo omnes alij dependent, habeat pro cauſſa principium immaterialium ſubſtantiarum.* Nemo negat principium ſubſtantiarum immaterialium eſſe Deum. V L. D. ipſe Thomas hanc dubitationem diluit; quum enim duplex ſit ordo ſubſtantiarum immaterialium, vtriuſque ſuum eſt principium: aliæ namque ſunt ſubſtantiæ immateriales in ordine mouentium effectrice corpora cæleſtia; & harum prima, ſeu principium eſt ſecunda Intelligentia primum mobile mouens immediate; de qua loquitur D. Tho. in loco citato: aliæ ſunt ſubſtantiæ immateriales in ordine mouentium ſub ratione finis; & harum omnium prima, ſeu principium eſt Deus; quem ſupra motrices orbium immediate collocauit ex Ariſtotelis doctrina D.Tho. tum paullo antea dicens, *k Dicitur autem primum mouens mouere ſicut appetibile, quia motus cæli eſt propter ipſum, ſicut propter finem, cauſſatus ab aliquo proximo mouente, quod mouet propter primum mouens immobile, vt aſſimilet ſe ei in cauſſando, & explicet in actum id quod eſt virtute in primo mouente,* &c. quibus apertiſſime D.Tho. contradiſtinguens mouentes proxime cælum a Deo, qui mouet ſub ratione finis, contra te ſtatuit a Deo cælum non moueri proxime ac immediate: tum alibi ſcribens, *l Relinquitur ergo quod mouentis ſeipſum oportet vnam partem eſſe immobilem, & mouentem aliam partem: ſed quia in mouentibus ſe, quæ ſunt apud nos, ſ. in animalibus, pars mouens, ſ. anima, etſi ſit immobilis per ſe, mouetur tamen per accidens; ideo vlterius oſtendit quod primi mouentis ſeipſum pars mouens non mouetur, neque per ſe, neque per accidens;* & mox: *Sed quia Deus non eſt pars alicuius mouentis ſeipſum, vlterius Ariſtoteles in ſua Metaphyſica m inueſtigat ex hoc motore, qui eſt pars mouentis ſeipſum, alium motorem ſeparatum omnino, qui eſt Deus: quum enim omne mouens ſeipſum moueatur*

i 12. meta. t. 36.

k 12. meta. com. t. 36. 37.

l 1. con. gēt. cap. 13.

m 12. meta. 36.

per

per appetitum; oportet quod motor, qui eſt pars mouentis ſeipſum, moueat propter appetitum alicuius appetibilis, quod eſt eo ſuperius in mouendo &c. Sic ergo D. Tho. ponit Deum in ordine mouentium ſub ratione finis, & excludit eum ab ordine mouentium immediate cælos, ſeu ſub ratione cauſſæ mouentis effectiue; proptereaque duos cognoſcit ordines in ſubſtantijs immaterialibus; alter quorum eſt ordo mouentium proxime, ac immediate cælos efficienter, in quo quidem ordine non eſt Deus; ſed principium talium ſubſtantiarum immaterialium eſt infra Deum Intelligentia proxime mouens ac immediate ſupremam ſphæram, cuius mouentis ſeipſum illa intelligentia eſt pars: de qua loquitur D. Tho. loco nuper a te citato: ſed alter eſt ordo mouentium ſub ratione finis, adeoque mediate, in quo ordine primum mouens eſt Deus, de quo non eodem loco, ſed alibi tractat D. Thomas; vt oſtendi; qui propterea non tibi, ſed mihi fauet aperte decernens cælum ſupremum proxime moueri non a Deo, ſed ab alia intelligentia, quæ cęli forma & pars eſt eſſentialis. L I L. Io: Grammaticus 2. phy. t. 73. Primo omnium tribuit circumducere octauam ſphæram. V L. Si ſententiam

† 72. falſit. † Philoponi more Pleſſiaco non mutilaſſes, Lector intelligeret ex te primi omnium nomine, non Deum, ſed infra Deum primam omnium Intelligentiarum ſecundarum ibi Io: Grammaticum intellexiſſe; nempe mouens effectiue, ad differentiam mouentis ſub ratione finis, & appetibilis; ſcribit enim, *Omnium autem primum vocat id, quod circumducit ſphæram ſtellarum fixarum; quod etiam primum in duodecimo metaphyſices volumine appellauit. Poteſt quoque intelligi primum omne id, quod ſuum cælum mouet, & illud ſummum eſſet maxime omnium mouentium primum immobiliter.* Quare loquitur Io: Grammaticus hic non de omnium mouentium primo abſolute, ſed de primo omnium mouentium ſuas ſphæras determinatas: quum Deus non vni ſphęræ determinatæ mouendæ coarctetur. L I L. Auerr. 12. meta. com. 38. ſic loquitur de motore primi motus, *illud, quod mouet primum motum, quia eſt actus purus, ſine aliqua potentia, impoſſibile eſt vt habeat aliam diſpoſitionem ab ea, quam habet:* ex quo loco ſic arguo, Actus purus ſine omni potentia apud Auerr. eſt ſolus Deus, ita in 3. de an. com. 5. in 3. quæſt. Mouens immediatum

primi

primi orbis eſt actus purus ſine aliqua potentia; citato com. 38. ergo motor primi orbis ſecundum Auerr. eſt Deus. V L. Incl. Fl. in hoc argumento video vitium paralogiſmi ex medio † æquiuoco; nam mihi longe aliud eſt actus ſine omni potentia, † 6. ſophiſma. quod eſt medium in maiori præmiſſa; & actus ſine aliqua potentia, quod eſt medium in minori; & eo magis, quia quum termini ſint in ſcientijs accipiendi coarctati ad ſubiectam materiam, qua de agitur, vt monet *n* Ariſtoteles: etenim Auerroes *n* 1. poſt. t.90. priori loco tractans de natura intellectuali in genere entis, vere ait, *o Opinandum eſt enim, quod iſtud eſt quartum genus eſſe; quemadmodum enim ſenſibile eſſe diuiditur in formam & materiam, ſic intelligibile eſſe oportet diuidi in conſimilia his duobus, ſ. in aliquod ſimile formæ, & in aliquod ſimile materiæ. Et hoc neceſſe eſt in omni intelligentia abſtracta, quæ intelligit aliud: & ſi non, non eſſet multitudo in formis abſtractis: & ideo declaratum eſt in prima Philoſophia, quod nulla eſt forma liberata a potentia ſimpliciter, niſi prima forma, quæ nihil intelligit extra ſe.* *o* 3. de an. com. in dol 3. qu. ſed ſecundo loco Commentator tractans de natura mouentis in relatione ad motum, ait, non quidem primum mouens eſſe purum ab omni potentia ſimpliciter, ſed ſolum eſſe ſine aliqua potentia, nimirum ſine potentia ad motum, quia ſcilicet eſt penitus immobile tam per ſe, quam per accidens, his notis, *p Si igitur aliquid mouetur, poſſibile eſt vt ſit diuerſarum diſpoſitionum: & hæc propoſitio eſt vera in modis tranſmutationum: quod enim tranſmutatur in ſubſtantia, inuenitur diuerſarum diſpoſitionum in ſubſtantia, & ſimiliter in qualitate, & in loco. D. d. Si igitur allatio, &c. i. Si igitur motus tranſmutationis, quo mouetur primum motum, fuerit, poſſibile eſt vt hoc motum habeat diuerſitatem in loco, non habendo diuerſitatem in ſubſtantia, ſ. quod poſſibile eſt inuenire aliquod æternum non tranſmutabile in ſubſtantia, & tranſmutabile in loco: & eſt quaſi medium inter primum, in quo nulla tranſmutatio eſt, & inter tranſmutabilia in ſubſtantijs ſuis. Et hoc intendebat, quum d. Et quia illud, quod mouet ipſum, eſt non motum, quum ſit in actu, impoſſibile eſt omnino vt ſit ſecundum aliam diſpoſitionem, i. quod illud, quod mouet primum motum, quum ſit non motum, quia eſt actus purus ſine aliqua potentia, impoſſibile eſt vt habeat aliam diſpoſitionem ab ea, quam habet.* *p* 12. meta. com.t.38. Sic ergo nunc Auerroes tollit a mouente primum orbem; non

omnem potentiam ſimpliciter, quam alibi ſuſtulit a prima forma in genere entis intellectualis, ſed ſolum potentiam aliquam ad motum, qua poſſit habere variam diſpoſitionem ad motum, vt ſit vel mobile per accidens, & immobile per ſe, vel quomodocumque aliter, & huiuſmodi motor eſt intelligentia infra Deum immobilis omnino, tam per ſe, quam per accidens, nullam habens potentiam paſſiuam ad motum phyſicum ſubeundum: Dum ergo tu duas iſtas Auerrois aſſertiones aſſumis tanquam præmiſſas tui ſyllogiſmi dicens, Actus purus ſine omni potentia apud Auerroem eſt ſolus Deus, 3. de an. com. 5. in 3. quæſt. ſed mouens immediatum primi orbis eſt actus purus ſine aliqua potentia, ex Auerr. 12. meta. com. 38. ergo motor primi orbis ſecundum Auerroem eſt Deus: euidentiſſime paralogizas cum Euthydemo nixus medio æquiuoco. L I L. Idem Auer. citato com. 38. de hoc eodem motore ſic ait, *Et primus motor mouet iſtum motum tantum ſine medio*; & intelligit per primum motorem illum, quem paullo antea dixerat eſſe actum purum ſine † omni potentia. V L. Falſo citas Auerrois dogma, nam primum motorem hunc paullo antea dixerat in relatione ad motum actum purum, non ſine omni, ſed ſine aliqua potentia, ſecundum quam ſcilicet poſſet habere variam diſpoſitionem ad motum. Et dum ſtatuit hunc motorem primum mouere iſtum motum tantum ſine medio, ipſum contradiſtinguit a ſummo Deo, qui ſiue ſumatur vt mouens primum orbem ſub ratione finis, ſiue accipiatur vt mouens vniuerſale, cauſſaque communis concurrens cum omni mouente particulari, & omni cauſſa ſecunda ad quoſcumque motus, & effectus producendos, ſemper mouet vt alia omnia, ſic primum mobile mediantibus motoribus proprijs; & reuera primum cælum, quod *q* Ariſtoteli ponitur animatum, & *r* moueri a ſeipſo, mouetur immediate ab anima propria, ſiue ab Intelligentia ſecunda; ſed a Deo mediante illa Intelligentia, cui ſui deſiderium incutit, & quam gubernat in operando, cuique cooperatur in mouendo. L I L. Idem Auerr. 12. meta. 44. totum mundum aſſimilat magnæ ciuitati optime *ſ* gubernatæ, in qua princeps habet actionem propriam, quæ eſt nobiliſſima actionum, *& ſi non, eſſet*, inquit, *ocioſus; & hanc actionem intendunt per ſuas actiones omnia*, quæ

[Margin notes: † 73. falſ. cit. — *q* 2. cæl. 13. — *r* 8. phy. 41 & ſeqq. — *ſ* pag. 48.]

quæ ſunt ſub Principe: manifeſte ſecundum hanc ſimilitudinem aſſignat Deo actionem propriam imitabilem a reliquis inferioribus motoribus: & hæc actio non poteſt eſſe niſi motus primi orbis, qui ab Ariſ. 2. de gen. t. 56. & 2. de cæl. 20. appellatur motus totius; nam eo motu mouetur totus mundus dependenter a prima ſphæra. VI. In primis hoc argumentum a ſimilitudine nullam vim probationis habere docuit olim Themiſtius, inquiens, *t Ego vero primum illud demiror eorum, qui hoc audent dicere, quod arbitrantur exempla vim probationum habere; quum tamen exemplum ad faciendam fidem infirmiſſimum argumentum ſit. Deinde illud reprehendo, quod ne efficiunt quidem quod volunt*. Hæc ille dicens, quaſi de hoc argumento diceret, a me militat; etenim nec ob id a contraria ſententia, quam valde probabilem *u* faſſus es, & a grauiſſimis viris edoctam, recedere debueras; nec voti compos effeceris; nam vt actio propria Principis non eſt ſolius domus Regiæ gubernatio, ſed totius Reipublicæ, Regniue optima adminiſtratio; quam actionem ipſe molitur eminenter iubendo latis legibus, quid quiſque in toto regno agere debeat; ad quam Principis actionem omnes actiones miniſtrorum, & ſubditorum in vniuerſo Principatu reſpiciunt, vel ei ſeruientes, vel eam conſequentes: ita ſummi Dei actio propria eſt, qua primus motor eſt, non mouere ſupremam ſphæram, vt putas, at bene *x* gubernare omnia mundi entia; quam functionem perficit non ſolius primæ ſphæræ motu; quia non ſufficit hic ad omnia recte gubernanda; ſecus enim fruſtra forent alij motus: at tum ſub ratione cauſſæ efficientis communiſſimæ gubernando cauſſas effectrices ſingulas in proprijs cuiuſque functionibus obeundis, concurrendoque cum ſingulis cauſſis ſecundis ad quoſlibet earum effectus producendos: tum ſub ratione cauſſæ finalis incutiendo deſiderium ſingulis agentibus operandi ea, per quæ quomodocumque ſummo Deo conformari valeant. Et vt Principis actionem æmulantur viri in poteſtate conſtituti ſecundum legum præſcriptum iura dicentes; & actionem Principis audiunt, & ſequuntur omnes omnium ordinum ſubditi; ſic actionem Dei motrices Intelligentiæ mouendo ſphæras imitantur, quod eo motu, ſiue diurnum ſumas, ſiue quemuis inferiorum orbium, gubernant, &

t 1. de an. cap. 24.

u pag. 47.

x 12. metaph. t. 56.

conſeruant omnia elementaria; & audiunt omnia agentia reliqua. Quare falſum eſt actionem Dei propriam ſub ratione primi motoris eſſe ſupremæ ſphæræ rotationem; quum ſit gubernatio totius mundi per eius concurſum & cooperationem cum omnibus cauſſis ſecundis ad quoſlibet effectus producendos, & earumdem cauſſarum in iiſdem effectibus producendis moderationem, & rerum abſolute omnium conſeruationem. Neque
y 2. cæl t. 20. vero tibi concedendum eſt motum diurnum ab y Ariſtotele dici motum totius, quia eo motu moueatur totus mundus dependenter a prima ſphæra; nam motus ille ſolum attingit vſque ad
z 2. de gen. t. 56. ſupremam regionem aeris; vt inquit z Ariſtoteles, negans pro-
& 1. meteo. cap. 4. inde non impediri nubium conſiſtentiam in media regione aeris, vt impeditur in ſuprema, a circulari motu, quo cælum rotat elementum ignis, & aerem, qui non continetur infra montium altiſſimorum cacumina deſcribentia circumferentiam, qua terra tota ſphærica dici valeat: & quum diurno motu terra non circumferatur, nec aqua, nec aer intra montium celſiſſima iuga contentus; iam tibi dici non debuit motus primæ ſphæræ talem eſſe, quo totus mundus moueatur. Sed ille dicitur motus
a 1. meteo. cap. 4. totius ab Ariſtotele locis allatis, & a alibi, facta denominatione a maiori, & nobiliori mundi parte; quia licet vere totus mundus eo non moueatur; quia tamen eo rotantur ſingulæ ſphæræ cæleſtes, & elementum ignis, & ſuprema pars elementi aeris, quæ maxima eſt; ideo nuncupatur motus totius, iuxta doctri-
b 4. meta. t. 23. nam b Ariſtotelis aſſerentis attributa maximarum & præcipuarum partium vniuerſi, licet minoribus, & vilioribus partibus non conueniant, prædicari tamen de toto: vt antea notaui. L I L. Et ideo Auer. diſp. 3. in ſol. 18. dub. appellat *hunc vniuerſalem motum*, propterea maxime congruentem primæ vniuerſali cauſſę. V L. Nihil omnino de propoſito tradit Auerroes in loco a te citato; quare citatio tua referenda cum multis
† 74. falſ. cit. alijs eſt ad † Pleſſiacas: at ſi velis ea, quæ ſcribit Auerroes in ſol. dub. 17. nec ibi ſtatuit motum primæ ſphæræ diurnum maxime congruere primę cauſſę vniuerſali, nec talem motum appellat vniuerſalem; ſed ait ſolum primum principium dare vnitatem toti mundo, & dare motum corporibus cęleſtibus, motus nomine circulationem omnem indicans, non diurnam tantum,

tum,qua de agimus;en eius verba ſuperius etiam relata, *Et coacti ſunt ſequaces Ariſ. reſpondere reſponſionibus determinantibus Ariſtotelem tenuiſſe mundum habere faciens, & agens: & hoc eſt manifeſtum in rei veritate in loco ſuo. Et fundamentum in eo eſt, quod motus apud eos in corporibus cæleſtibus eſt, quo conſiſtit eſſe eorum: & dans motum eſt agens motum in rei veritate: &, cum corpora cæleſtia non perficiatur eſſe eorum, niſi motu, tunc dans motum eſt agens corporum cæleſtium. Vlterius iam declaratum eſt apud eos, quod ipſe dat vnitatem, quia mundus eſt vnus; & dans vnitatem, quæ eſt conditio in eſſe rei compoſitæ, dat eſſe partium, ex quibus fit compoſitio: compoſitio enim eſt cauſſa eorum, vt declaratum eſt: & hæc eſt diſpoſitio primi principij cum mundo toto.* Quum igitur nihil hic dicat Auer. de motu primæ ſphæræ, neque de motu vniuerſali, neque de motu vniuerſali maxime conuenienti primæ vniuerſali cauſſæ; ſed ſolum aſſerat primum principium ita ſe habere ad mundum totum, vt illi tribuat vnitatem eſſentialem, & eſſe partibus eius, & motum corporibus cæleſtibus, tanquam cauſſam agentem; nulla facta mentione primę ſphæræ; iam falſa citatione proponis Auerroem hic appellare *hunc*, diurnum ſcilicet quo de agimus, *vniuerſalem motum*, & propterea maxime conuenientem primæ vniuerſali cauſſę. Ceterum vt nomine primi principij ſignificat ſummum Deum, ita ponit eum eſſe cauſſam efficricem motuum cæleſtium omnium communem, ac mediatam, quatenus eos promouet mediantibus cauſſis ſecundis, quæ ſunt intelligentiæ proprię infra Deum ſingulis corporibus cęleſtibus aſſiſtentes: vnitatis autem eſſentialis mundi cauſſam ponit immediatam cum *a* Ariſtotele. LIL. Et quod iſti cauſſæ tribui debeat hic motus immediate deduco ex Ariſ. lib. 12. meta. t. 43. *Principium*, inquit, *& primum entium, tum per ſe, tum per accidens immobile eſt, mouens autem primo, & ſempiterno, & vno motu.* Obſeruo motum primum tribui principio, quod eſt primum entium, quod eſt tantum Deus. VL. Ariſtoteles hic intendit oſtendere non vnam, ſed plures eſſe ſubſtantias abſtractas; earumque numerum colligit ex numero motuum cæleſtium; ſiue cælos illę moueant immediate, ſiue mediate, vel ſub ratione finis, vel ſub ratione efficientis remoti; quod colligitur ex Alexandro decernente Philoſophum hic agere de pri- *a* 12. meta. t. 49.

mo principio entium, quod mouet vt deſiderabile, ſeu ſub ratione finis; finis autem non immediate mouet, mobile, ſed mediante motore efficiente proximo, quem impellit ad mouendum, ipſi deſiderium incutiens ſuæ imitationis. Quare concedens principium primum entium eſſe Deum; & mouere ſupremam ſphæram; nego tamen eam mouere immediate; nam ipſam mouet mediante Intelligentia ſecunda illi appropriata, & determinate aſſiſtente; tum quia mouet ſub ratione finis, vt ſupra docuit *d* Ariſtoteles; tum quia mouet vt cauſſa omnium prima, & vniuerſalis concurrens cum cauſſa ſecunda, & particulari ad peculiarem hunc primi ſempiterni & vniformis motus effectum producendum. Tu vero, Fl. incl. non probas ex hoc loco Deum immediate mouere ſupremam ſphæram, quod tibi probandum aſſumpſeras; at ſolum a Deo primum mobile moueri; quod aliud eſt. Deinde vero licet Deus ſit principium primum entium abſolute, ſiue in genere entis; tamen allato loco Magiſter agit de principio primo entium non abſolute, ſed in genere primi motoris immobilis tum per ſe, tum per accidens mouentis determinatum mobile; qui motor primus entium mouentium determinatum mobile non eſt Deus, ſed infra Deum prima ſecundarum Intelligentiarum. LIL. Cui Deo etiam in 2. de gen. t. 59. Ariſ. aſſignat facere continuam generationem mediante videlicet hoc motu, dicens eodem Ariſ. 2. de gen. t. 56. motum, qui vocatur *totius, & eſt motus primæ ſphæræ eſſe cauſſam continuitatis generationis*. VL. Similiter hoc argumentum duplici reſponſione tollitur; altera quidem eſt, quia eiuſdem continuitatis generationis duplex cauſſa poteſt aſſignari, efficiens nimirum, & finalis; quarum illa immediate operetur, hæc non immediate; ſane latio ſupremæ ſphæræ cauſſa efficiens eſt immediata continuæ generationis; Deus autem eſt cauſſa continuæ generationis ſub ratione finis; quod aperte docet Ariſt. in eodem contextu dicens, *e Quoniam enim in omnibus inquimus quod melius eſt deſiderare naturam ſemper: melius autem eſſe, quam non eſſe: eſſe autem quot modis dicimus in alijs dictum eſt: hoc autem in omnibus impoſſibile exiſtere, propterea quod longe a principio diſtant: reliquo modo compleuit totum Deus, continuam faciens generationem: ita enim maxime continuabitur ipſum eſſe, quia* pro-

d 12. meta. t. 36.

e 2. de gen. t. 59.

proxime eſt ſubſtantiæ fieri ſemper generationem : huius autem cauſſa, vt dictum eſt ſæpe, circulolatio : ſola enim continua. Sic ergo Deus quatenus eſt complementum ac perfectio totius orbis, quam cupit æmulari prima ſecundarum Intelligentiarum ſupremæ ſphæræ aſſiſtens; vt Deus ſimplici ſui præſentia mundum vniuerſum complet, ita ſecunda Intelligentia motu ſupremæ ſphæræ continuam faciens generationem Deo ſe ſimilem reddit conſeruans corruptibilium ſubſtantias æternas in ſpecie. Deus itaque non immediate rotando primum orbitam, ſed impellendo ſecundam intelligentiam ad primi cæli circulationem vniformiter æternam, facit continuam generationem. Altera vero reſponſio eſt, quia continuæ generationis duplex cauſſa efficiens, vel etiam triplex aſſignari poteſt, ſed ſubordinata; nam immediate promouetur a circulatione primi mobilis, & ea mediante ab Intelligentia infra Deum illi primo mobili aſſiſtente; aſt a Deo remotius tanquam a cauſſa prima vniuerſali concurrente cum ſingulis cauſſis ſecundis ad ſuos quoſlibet effectus producendos. Nec Ariſ. in locis a te prolatis vllam omnino mentionem facit de motore immediato, quem probare contendis. Quare tertia reſponſione tibi concedere poſſum, Deum facere continuam generationem mediante motu ſupremæ ſphæræ: non tamen inde colligere potes, Deum immediate mouere talem orbitam: nam Deus mediantibus actionibus cauſſarum ſecundarum efficit omnes earum effectus; illæ namque ſine Dei concurſu nihil omnino facerent; non tamen ideo dici poteſt, Deum immediate ſecundarum cauſſarum operationes edere: quare tuum argumentum eſt ſophiſma a ſimpliciter ad ſecundum quid, Deus motu primi cæli continuam facit generationem: ergo Deus immediate mouet primum cælum. Sophiſma.
L I L. Modum autem expreſſit egregie Auerr. ſecundum quem opinari poſſumus Deum mouere primum orbem effectiue, & nihilominus eſſe cauſſam finalem omnium motuum. V L. Id quidem ego lubens eo ſenſu concedo, quo nuper obſeruaui Deum eſſe finem omnium motuum ac ſpeciatim diurni, & eiuſdem cauſſam effectricem, quatenus concurrit cum Intelligentia propria illius orbis ad eum motum edendum, quia eſt agens vniuerſale, cauſſaque prima cooperans vnicuique cauſſæ ſecun-

dæ

dæ ad ſuas operationes obeundas. LIL. In 12. meta. com. 37. obſeruo hæc verba, *Alia videntur eſſe electa & deſiderata propter alia ſcilicet principia aliorum motuum cæleſtium præter motum diurnum. Quod autem hunc motum facit videtur eſſe electum per ſe*. & paullo poſt, *eſt enim electum per ſe, & amatum omnibus, tale autem eſt perfectum ſecundum finem*: hic manifeſtum eſt Auerr. loqui de Deo, quem vocat electum propter ſe, & perfectum ſecundum finem; hic eſt amatus ab omnibus alijs mouentibus inferioribus, & tamen hic vltimus finis facit motum diurnum eodem com. 37. ideo mouet effectiue, & immediate hunc motum. VL. Flos incl. in hoc tuo ſyllogiſmo notare poſſum elenchum,
† 7. Sophiſ. & Pleſſiacam citationem: elenchum ſuperiori ſimilem † paralogizantem a ſimpliciter ad ſecundum quid; ſiue a genere ad ſpeciem. Auerroes vult Deum facere motum diurnum; ergo mouere immediate primum orbem? ſic enim arguere poſſes, homo eſt animal, ergo eſt animal aquatile. Pleſſiacam vero ci-
† 75. fal. cit. tationem, hoc eſt † falſam, quia mutilam parte neceſſaria noſtræ quęſtioni; ſiles enim quæ paullo antea dicit Auer. inquiens, *D.d. etiam illud, quod eligitur propter ſe in vnitate elementorum iſtorum, eſt nobile valde: id eſt, & etiam illud, quod eligitur propter ſe, & deſideratur inter hæc principia abſtracta, quorum vnumquodque eſt aliquid vnum ſimplex, & elementum corporis, quod mouet, eſt illud quod eſt ex eis in fine nobilitatis, & ſimplicitatis & vnitatis. & intendit per hunc ſermonem diſtinguere inter primum principium & alia principia abſtracta: Alia enim* &c quæ tu propoſuiſti: ſed in his dicens Auerroes vnumquodque horum principiorum abſtractorum eſſe elementum corporis, quod mouet, ac maxime illud, quod eſt ex eis in fine nobilitatis, & ſimplicitatis, & vnitatis; quum elementum alicuius ſit eius pars eſſentialis; clare determinat hic Auerr. Intelligentias abſtractas, & ſpeciatim Deum eſſe partem eſſentialem cæli, quod ab ſe mouetur. Tu enim Auerroem affers vt oſtendas Deum non eſſe naturam, quia non ſit principium motus internum, ac omnino pars eſſentialis mobilis, quod mouet: quum tamen expreſſe Commentator immediate præcedentibus verbis ſententiam a te citatam afferat vnumquodque principiorum abſtractorum, & maxime illud, quod eſt ex eis in fine nobilitatis, & ſimplicitatis, & vnitatis;

tatis; quod tu cenſes de mente Auerrois eſſe Deum, eſſe elementum corporis quod mouet; adeoque partem eius eſſentialem, ac illi prorſus intrinſecum; nemo ſiquidem ignorat elementum omne partem eſſentialem eſſe, ac intrinſecum ei, cuius dicitur elementum; vt conſtat t. x *f* Ariſtot. l., ac ex ipſomet Auerroe, ſcribente, *g* *Elementum enim non dicitur de cauſſis extrinſecis; & dicitur de intrinſecis.* LIL. In com. etiam 41. lego hæc verba; *Quod autem Moderni dicunt ſubſtantiam primam eſſe priorem motore totius falſum eſt; quælibet enim ſubſtantia iſtarum eſt principium ſubſtantiæ ſenſibilis & ſecundum motorem, & ſecundum finem.* Obſeruo hic ab Auerroe affirmari ſubſtantiam primam eſſe motorem totius: motus autem totius eſt motus diurnus primæ ſphæræ, vt habetur 2. de gen. t. 56. & 2. de cæl. t. 20. VL. Obſeruo hic ab Auerroe dici, non quidem, vt ais, ſubſtantiam primam eſſe motorem totius, ſed non eſſe priorem motore totius, quod longe aliud eſt: an tibi, quod alio prius non eſt, idem eſt cum eo? mihi certe, quod non eſt prius aliquo, poteſt ab eo diſtinctum ac diuerſum eſſe, vel quia ſit eo poſterius, vel quia ſit cum eo ſimul: *h* Ariſtotelis decreto duæ ſpecies, quæ ex eodem genere e diuerſo ab inuicem diuiduntur, ſunt ſimul natura, neutra earum prior ac poſterior eſt, audi verba Magiſtri, *Dicuntur autem ſimul natura & quæ ex eodem genere e diuerſo ab inuicem diuiduntur: E diuerſo autem diuidi ab inuicem dicuntur, quæ ſecundum eandem ſunt diuiſionem; vt volatile, greſſibili, & aquatili: hæc enim ab inuicem e diuerſo diuiduntur, quum ſint ex eodem genere: & nihil horum prius, vel poſterius eſt, ſed ſimul hæc natura eſſe videntur*, &c. Et Auer. in huius loci com. ait, *Secundus modus eſt, vt ſpecies, quæ idem genus diuidunt diuiſione prima, vt volatile, aquatile, & greſſibile: hæc enim ſunt quidem ſpecies diuidentes ipſum animal, quod eſt earum genus; & nullum ipſorum eſt prius altero, neque poſterius; & ideo hæc dicuntur eſſe ſimul natura.* Secundum tuam quidem obſeruationem Auerroes hic affirmat aquatile eſſe volatile: quare falſa eſt obſeruatio, & in obſeruatione falſa † citatio. Lubet autem mihi ſecus obſeruare duplicem eſſe ſubſtantiam primam, duplicem motorem totius, duplicemque motum totius; & vt a notioribus exordiar, motus alter eſt totius ſimpliciter, alter eſt totius ſecundum quid;

f 5. meta. t.4.

g ibid. in com.

h præd. cap. de ſimul.

† 76. falſ. cit.

motus totius ſimpliciter eſt motus generatim acceptus, ſecundum quem mouentur per ſe primo ſingulæ mundi partes æqualiter; quo motu mouet ſolus Deus, qui eſt primus motor abſolute omnia mouens tum ſub ratione primæ cauſſæ mouentis concurrentis cum omnibus motoribus infra ſe poſitis ad quoſcumque motus edendos; quo nomine dicitur omnium primum

i 2. phy. t.73. omnia mouens ab *i* Ariſtotele agente de cauſſa phyſice mouente, proindeque ſub ratione efficientis, tum ſub ratione finis,

12.meta t. 24.& 7.eud.cap. 18. quem imitari cupiunt omnia quæcunque agunt ſecundum naturam; quod Ariſtoteles clare monet aſſerens, *k* omnia appetere participare ſecundum quod poſſunt æternitatem, &

k 2.de an. t.34. diuinitatem, & iſtius gratia agere quæcumque agunt ſecundum naturam. Motus vero totius ſecundum quid eſt motus diurnus, qui per ſe primo conuenit ſoli ſupremæ ſphæræ, reliquis vero inferioribus vſque ad mediam regionem aeris ſecundario, at fere per accidens; nam eo motu mouentur vt contentæ ad motum continentis; quum talis motus terræ non conueniat, nec aquam rotet, nec aerem infimum, nec medium: cuius quidem motus cauſſa efficiens proxima eſt Intelligentia determinate aſſiſtens orbi ſupremo cæleſtium; quæ prima ſubſtantia eſt inter aſſiſtentes orbibus cæli, & primus motor inter motores orbium cæleſtium: quum Deus ſit ſubſtantia prima inter ſubſtantias abſolute, motor primus inter motores abſolute. Quæ duæ primæ ſubſtantiæ commune id habent cum ceteris Intelligentijs abſtractis, vt ſint principia conſtituentia, & mouentia ſubſtantiam ſenſibilem tam ſub ratione motoris, quam

l 12.meta. com.37. ſub ratione finis, ſed cum eo diſcrimine, quod notauit *l* Auerroes in verbis a te paullo antea prolatis; quorum ſenſus eſt, Intelligentias motrices orbium ſecundorum eſſe fines non propter ſe ac primarios, ſed propter alia; nam cenſuit Auerroes intelligentiam Lunæ mouere quidem ſubcæleſtia ſub ratione finis, ac effectiue, ſed proprium orbem effectiue, ac propter finem alium a ſe vt aſſimiletur motori ſuperioris orbis, & eo mediante reliquis omnibus celſioribus: intelligentiam Mercurij, & vniuſcuiuſque alterius planetæ mouere orbem ſuum efficienter, at orbem inferiorem tanquam amatam ac intellectam non propter ſe, ſed propter alia ſuperiora; & quum Auerroes aſſe-

rat ſingulas Intelligentias infra motricem motu diurno eſſe electa & deſiderata propter alia, in numero multitudinis, non autem propter aliud in numero ſingulari; ſcribit enim, vt recte notaſti, *Alia videntur eſſe electa & deſiderata propter alia, ſcilicet principia aliorum motuum cæleſtium præter motum diurnum*; clare ſupponit præter Intelligentiam aſſiſtentem orbi ſupremo, eumque mouentem motu diurno, quæ prima eſt inter appropriatas orbibus cæli, corporaque ſphærarum immediate mouentes; dari alteram Intelligentiam nulli orbi cælorum appropriatam, nullumque cęleſte corpus immediate mouentem; quæ nulla eſt alia, quam Deus omnia mouens mediantibus motoribus ſecundis, ſiue conſideretur vt mouens ſub ratione finis, ſiue ſpectetur vt mouens efficienter ſub ratione agentis communis concurrentis cum ſingulis agentibus particularibus immediate mouentibus ad quoſlibet motus edendos. Atque vt Deus ſub ratione finis communis mouet vt electus & deſideratus propter ſe, quia nihil habet in eo genere motoris nobilius ac melius ſe: ſic Intelligentia ſupremæ ſphærę appropriata ſub ratione finis mouet inferiores intelligentias vt electa, & deſiderata propter ſe in genere mouentis immediati, quo nullum aliud reperitur melius inter mouentia immediata, cui ſe ſe ſimiles fieri ſtudeãt.
L I E. Soleo *m* etiam ad idem ſic argumentari, Immobile principium mouens, ad quod aſcendit Ariſtoteles in 8. phyſ. eſt motor alicuius cæleſtis orbis, & pręcipue primi; motor inquam primus effectiuus, & immediatus: ſed immobile, ad quod aſcendit Ariſ. in 8. phyſ. eſt Deus: ergo Deus eſt motor primus effectiuus & immediatus cęleſtium orbium, præcipue primi; nam mouendo primum mouet reliquos. V L. Ego quidem in hoc ſyllogiſmo falſas vtraſque propoſitiones video, & concluſionem indicantem vitium formæ ex maiori extremo † æquiuoco; nam maius extremum in præmiſſa fuit, *motor alicuius orbis, & præcipue primi effectiuus, & immediatus*; in concluſione eſt, *motor primus effectiuus & immediatus orbium cæleſtium, & præcipue primi*; longe namque aliud eſt motor orbium cęleſtium, & motor alicuius orbis cęleſtis. Deinde, quod ais primum motorem immediatum effectiue orbium cęleſtium, ideo eſſe motorem immediatum pręcipue primi orbis, quia mouendo primum

m pag. 49.

† 1. ſophiſma.

mouet reliquos, id tuam concluſionem deſtruit, & nouum paralogiſmi vitium aduehit; etenim motor, qui mouendo primum orbem motu diurno reliquos mouet, eſt motor immediatus primi ſolius orbis, at reliquos mouet mediate: quod enim mouet immediate cæleſtes orbes, & præcipue primum, debet omnes immediate mouere, ſed primaria ratione vnum, reliquos ſecundaria; ſic in locutione loquentis anima mouet immediate linguam, & labia, ſed præcipue linguam, in qua maxime conſiſtit locutio, ſecundario labia: Quare aliud ponitur in concluſione, & aliud, immo repugnans in eius explicatione. Sed abſolute falſum eſt, Immobile principium mouens, ad quod aſcendit Ariſt. in 8. phy. eſſe motorem immediatum alicuius orbis cæleſtis, & præcipue primi; nam Ariſt. ibi aſcendit ad immobile principium mouens per motus æternitatem, vt omnes norunt, & ipſemet aperte fatetur, aſſerens *n* conſiderandum eſſe de motus æternitate *o* nuper propoſita in quæſtione, quomodo ſe habet; quia operæpretium eſt non ſolum ad vniuerſam ſcientiam de natura, ſed ſpeciatim ad eam illius partem, quæ tractat de primo principio, nimirum de primo motore: Ceterum Ariſt. in 8. phy. tractat de duplicis motus æternitate; nempe de perpetuitate motus generatim ſumpti, de quo quæſtionem propoſuit ab initio libri; & eam diligenter examinauit vſque ad t. 45. ex inde tractat de perpetuitate motus cæleſtis generatim ſumpti, non potius ſupremæ ſphæræ, quam aliarum, vnicuique conſtat legenti contextum Ariſtotelis: Quum itaque certum ſit Ariſtotelem ex æternitate motus vniuerſim accepti aſcendere non poſſe niſi ad cauſſam efficientem primam vniuerſalem omnium motuum; quum cauſſa efficiens vniuerſalis prima non efficiat motum immediate, ſed neceſſario concurrens cum cauſſis ſecundis particularibus; iam liquido conſtat Immobile principium ad quod aſcendit Ariſtoteles in 8. phyſ. non eſſe neceſſario mouens immediatum orbium cæleſtium, præcipue primi: Pariter ſi de motu circulari ſermo ſit, ex cuius æternitate Magiſter indagare ſatagit in 8. phyſ. primum motorem immobilem omnino, nempe tam per ſe, quam per accidens; quum manifeſto pateat Ariſtotelem ibi ſemper egiſſe de motu circulari generatim, nec magis de diur-

n 8. phy. t. 3.
o 8. phyſ. t. 1.

no,

ſo, quam de reliquis: cumque nemo neſciat vnumquemque motum indicare proprium principium effectiuum, non alienum; iam colligendum eſt, im mobile principium, ad quod aſcendit Ariſt. in 8.phy. non eſſe præcipue motorem immediatum primi orbis: quare falſa eſt maior illa tui ratiocinij. LIL. Maior propoſitio probari poteſt, quia phyſicus non cognoſcit in primo motore rationem vltimi finis, & mouere in ratione finis, ſed tantum ratione mouentis effectiui &c. VL. Hoc non eſt probare maiorem in ea parte, quæ continet argumenti tui cardinem, & a me negata fuit: nam concedens diſputationi Phyſicum, potiſſimum in 8.phy. non conſiderare, nec, ſi placet, cognoſcere primum motorem ſub ratione vltimi finis; ob hæc non probaſti, Mouens immobile, ad quod aſcendit Ariſt. in 8. phyſicorum mouere immediate, præcipue primam ſphæram: nam nuper oſtendi, mouens illud eſſe geminum; alterum effectiue mouere, ſed mediate omnia mundi mobilia, & alterum multiplicatum ad numerum orbium effectiue mouere ſingulas cæli ſphæras, non primam magis, quam reliquas. Verum falſa penitus eſt aſſertio, qua dicis Phyſicum non cognoſcere in primo motore rationem vltimi finis, & mouere in ratione finis. LIL. Id ſępe docuit Auerr. præcipue in proœm. 1. phy. & 3. meta.com.3. quocirca in 1. de gen. 14. fatetur Ariſt. ſe in 8.phy. tantum egiſſe de immobili cauſſa effectiua generationis; finalis autem ratio cauſandi, quæ eſt in primo principio, eſt incognita Phyſico, declarata a Metaphyſ. lib. 12. t.36. Cognoſcit quidem Phyſicus quomodo moueant hi fines proximi, qui ſunt in materia, 3. de an. t.54. ſed quomodo abſtractum a materia moueat vt finis, non cognoſcit: cognoſcit mouere effectiue, & ideo in 8. phyſ. reſoluitur ad immobile mouens effectiuum, quod mouet cęleſtes orbes motu perpetuo, vt bene deducitur ex 8.phy.53. VL. Phyſicum non cognoſcere in primo motore rationem finis, falſum eſſe conſtat ex Ariſtotele non vno in loco; primum enim Deus ſub ratione primi motoris eſt cauſſa vt mundus maneat, ſiue permaneat, quod etiam tu mox dicturus es; & Ariſt. aperte ſcribit 8.phy. t.52. quę manſio eſt quies totius mundi in eodem; permanſio dici poteſt mundi perpetua duratio, ſiue conſeruatio: ſed cauſſa quietis, & con-

Digitized by Google

ſeruationis in eſſe eſt proprie cauſſa finalis; nam elementa pro-
pterea mouentur ad ſua loca vt in ijs maneant, & conſeruen-
tur procul a contrarijs, mundumque conſtituant; & omnino
quies in loco propria eſt finis, cuius gratia mobile mouetur: ita-
que primus motor vt manens, quod eſt dicere vt immobilis, eſt
cauſſa finalis vniuerſi ab Ariſt. in 8. phyſ. conſiderata: duo enim
ibi Magiſter attributa de primo motore præcipua tradit, quod
ſit primus motor, & quod ſit primus immobilis; qua primus
motor eſt, effectiue mouet; qua primus immobilis eſt, mouet
ſub ratione finis. Deinde perſpicuis verbis Ariſtoteles phyſicus
p 2. de an. t.34.35. alibi *p* fatetur, omnia appetere vt ipſo ſemper, & diuino parti-
cipent, ſecundum quod poſſunt, & illius gratia agere omnia,
quæcumque agunt ſecundum naturam; quod eſt dicere Deum
eſſe vltimum finem omnium, cui ſaltem in æternitate, quam
conſequi ſtudent ſecundum ſpeciem, appetunt euadere ſimilia.
Deinceps autem, vt antea quoque notaui, Deum eſſe finalem
cauſſam vniuerſi, & mouere ſub ratione finis, cognoſci a natu-
rali Philoſopho clariſſime teſtatur Ariſtoteles, dum in Phyſio-
logico libro de generatione ſcribit, agens de cauſſa finali gene-
rationis in vniuerſum, ac omnino de fine totius mundi, talia
verba, quibus reſoluit cauſſam effectricem æternitatis, conti-
nuitatisque generationis, & corruptionis naturalis in eiuſdem
q 2. de gen. t.58.59. cauſſam finalem. *q Semper vero, vt dictum eſt, continua erit gene-*
ratio, & corruptio, & nunquam deficiet, propter eam, quam *r* *diximus*
r 2. de gen. t.56.57. *cauſſam.* (effectricem ſcilicet, quæ eſt motus æternus primi mo-
bilis abducentis, & adducentis ſemper principium generati-
ſ 2. de gen. t.59. uum, Solem nimirum.) *ſ Hoc autem rationabiliter contingit: quo-*
niam enim in omnibus inquimus quod melius eſt deſiderare naturam
ſemper: melius autem eſſe quam non eſſe: eſſe autem quot modis dici-
mus in alijs dictum eſt: hoc autem in omnibus impoſſibile exiſtere,
propterea quod longe a principio diſtant: reliquo modo compleuit to-
tum Deus continuam faciens generationem: ita enim maxime conti-
nuabitur ipſum eſſe, quia proxime eſt ſubſtantiæ fieri ſemper generatio-
nem. Huius autem cauſſa, vt dictum eſt ſæpe, circulo latio; ſola enim
continua. Ideo & alia, quæcumque tranſmutantur ad inuicem ſe-
cundum paſſiones, & potentias, vt ſimplicia corpora, imitantur cir-
cularem lationem; quum enim ex aqua aer generetur, & ex aere ignis,

& rur-

Digitized by Google

& rurſus ex igne aqua, circulo dicimus reuertiſſe generationem, quia rurſus reflectitur: quocirca & recta latio, imitans circularem, continua eſt. Quibus aperte conſtituit Ariſtoteles continuæ generationis, quæ ſemper fit in ſubcæleſti mundo, cauſſam effectricem quidem proximam eſſe motum diurnum, finalem item proximam eſſe motum cæli circularem, quem ipſa, ſecundum quod poteſt, imitatur per reflexionem ad idem; nam quod mouet vt imitabile, mouet ſub ratione finis; quia nihil imitatur niſi bonum; at eiuſdem generationis continuæ cauſſam effectricem remotam eſſe Deum, qui concurrit tanquam cauſſa efficiens prima cum omnibus cauſſis efficientibus ſecundis ad quoſlibet earum effectus producendos; finalem itidem remotam & vltimam eſſe pariter Deum, qui complet vniuerſum continuam faciens generationem, per cuius continuitatem, ſeu continuationem res materiales, quæ non poſſunt eſſe ſemper in indiuiduo, nanciſcuntur eſſe ſemper ſecundum ſpeciem; quo ſemper eſſe ſortiuntur ſimilitudinem cum Deo. Sic igitur ex Ariſt. conſtat, falſum eſſe dogma, quo ſtatuis, Phyſicum non cognoſcere in primo motore rationem finis; ſeu finalis cauſſæ rationem, quæ eſt in primo principio, eſſe incognitam Phyſico; nec tibi ſuffragatur Auerr. tum dicens, t *Et intentio huius libri eſt cognoſcere de iſtis cauſſas communes omnibus rebus naturalibus, ſ. materiam, formam, finem, & efficientem; & cognoſcere cauſſas primas ſecundum quod eſt poſſibile ſciri in hac ſcientia, ſicut materiam, & mouens primum: forma autem prima, & finis primus a Metaphyſico conſiderantur.* tum aſſerens, u *Scientia enim naturalis conſiderat etiam de duabus primis cauſſis, ſcilicet motore, & materia; iſta autem* prima Philoſophia *de duabus cauſſis vltimis, ſcilicet forma, & fine: &, quia hæ duæ cauſſæ ſunt meliores illis, ideo iſta ſcientia eſt melior Naturali:* non vult, vt opinaris, Phyſicum abſolute nihil agere de prima forma, & de vltimo fine; non ſolum quia ſimiliter vellet Metaphyſicum nihil agere de prima materia, & de primo mouente; quod tamen conſtat eſſe falſum, quia Magiſter in Metaphyſicis multa tractat tam de materia prima, quam de primo mouente: ſed etiam quia Commentator ipſe decernit, x attinere ad Phyſicum determinare formas abſtractas, adeoque primam formam eſſe. Verum hoc ſolum vtrobique

t 1. phy. in proœm.

u 3. meta. com. 3.

x 1. phy. com. 83.

bique voluit Auerroes, Phyſici munus eſſe diligenter agere de prima materia, & de primo efficiente; leuiter autem de prima forma, & de vltimo fine; viceuerſa Methaphyſici munus eſſe diligenter agere de prima forma, & de vltimo fine; leuiter autem de prima materia, & de primo motore: quam doctrinam

y 1. phyſ. t. 83.

habere potuit ab ipſomet Ariſt. dicente, y *De principio autem ſecundum formam, vtrum vnum, an plura, & quot, aut quæ ſunt, cum diligentia primæ Philoſophiæ opus eſt determinare: quapropter in illud tempus reponatur.* quibus interdicit Phyſico, & refert ad Metaphyſicum, non quidem omnem conſiderationem primæ cauſſæ formalis abſolute ſumptæ; ſed ſolum diligentem conſiderationem primæ formæ, & ſpeciatim quantum ad hæc attributa, an ſit vna, vel plures; & quot, & quæ ſint. Ceterum quod addis, Ariſtotelem 1. de gen. t. 14. fateri ſe in 8. phyſ. tantum egiſſe de immobili cauſſa effectiua generationis, falſum eſt omnino; quia teſtatur ibi Magiſter ſe in 8. phyſ. egiſſe quidem de immobili cauſſa effectrice generationis, at non ait ſe tantum de hac eo loco tractaſſe; quare tu verbis Ariſtotelicis adiungens particulam *tantum*, vt contra me cauſſam finalem Phyſico in-

† 77. falſit.

terdiceres, † falſa penitus citatione nunc vteris; vin Ariſtotelis verba? ea ſunt ipſiſſima,

z 1. de gen. t. 13.

a tex. 14.

z *Et de his igitur quantum fieri poteſt tractandum eſt, & quæ cauſſa ſit, vt generatio ſemper ſit; & quæ ſimpliciter, & quæ ſecundum partem.* a *Quum autem ſit cauſſa, vna quidem, vnde principium motus eſſe dicimus, vna autem, materia, talem cauſſam dicere oportet: de illa enim dictum eſt prius in de motu ſermonibus, quod eſt quidem illud immobile per omne tempus, hoc vero, quod mouetur ſemper: horum autem de immobili quidem principio diſtinguere, prioris eſt Philoſophiæ. De eo autem, quod propterea quod continue mouetur, alia mouet, poſterius aſſignandum eſt, quà talis eorum, quæ ſingularia dicuntur, cauſſa eſt.* Quum itaque fateatur hic Ariſt. ſe in 8. phyſ. quem appellat ſermones de motu, tractaſſe de cauſſa effectiua generationis continuæ tum immobili, tum etiam ſemper mota; tu duplici ratione falſa prorſus citatione ſcribis Ariſtotelem hic fateri ſe in 8. phyſ. tantum egiſſe de immobili cauſſa effectiua generationis, excludens adiectu tuæ particulæ *tantum* non ſolum cauſſam finalem æternæ generationis, quam Ariſ. hic non excludit, ſed etiam cauſ-

ſam

ſam effectricem ſemper motam, quam Ariſ. hic diſertis verbis includit. Falſa eſt ergo tui ſyllogiſmi maior cum omni ſua probatione. Verum falſa ſimiliter eſt minor, qua dicebas, Immobile principium motus, ad quod aſcendit Ariſ. in 8 phy. eſſe Deum; quia Magiſter ibi aſcendit ad immobile per ſe, & per accidens, quod aliqua ratione dici poteſt vnum, & aliqua ratione dici poteſt plura, ſed tamen non infinita: tale vero non eſt Deus ſolus, ſed etiam omnis Intelligentia motrix infra Deum; audi verba Magiſtri, *b Si igitur perpetuus motus eſt, perpetuum erit & mouens primum, ſi vnum eſt; ſin vero plura, plura perpetua: vnum autem magis, quam multa; & finita, quam infinita oportet exiſtimare: eiſdem enim accidentibus ſemper finita magis accipere oportet: in ijs enim, quæ natura ſunt, oportet finitum, & id quod melius eſt, ſi contingit, eſſe magis: ſufficiens autem eſt, etiam ſi vnum, quod, quum primum immobilium perpetuum ſit, erit alijs principium motus.* Quibus apparet primum mouens Ariſtoteli dici vnum, & plura; nimirum vnum genere, plura ſpecie, ſed numero finita: Genus vnum eſt mouens immobile penitus, tam per ſe, quam per accidens; ſpecies plures ſunt ad numerum orbium cæleſtium. Vel potius dicendum eſt hic Ariſtotelem agere de primi motoris perpetui vnitate, ac pluralitate numerica; & quum talis vnitas, & pluralitas poſſit non ſolum in relatione ad ſpeciem conſiderari, ſed etiam ſimpliciter; exacte determinans hoc attributum Ariſtoteles, vtrumque modum reſpexit: nempe ſi tractemus de vnitate, ac pluritate primi motoris perpetui in relatione ad ſpeciem, ait Ariſ. oportere nos exiſtimare in ſingula ſpecie ſpecialiſſima primi motoris immobilis perpetui eſſe potius vnum numero indiuiduum primum mouens immobile perpetuum, quam multa numero indiuidua; cuius rationem mox afferet: vi ergo prioris decreti ſanxit Ariſtoteles, primum mouens immobile perpetuum eſſe vnum numero in vnaquaque ſpecie, non multiplex numero in eadem ſpecie, ſicut ſub cælo primum mouens immobile per ſe in eadem ſpecie animæ multiplex eſt indiuiduum. Sin autem agamus de vnitate, ac pluralitate numerica ſimpliciter, ſupponens hic Ariſ. quod c alibi proprio loco demonſtraturus eſt, mouentia immobilia perpetua eſſe plura, nunc decernit oportere nos exiſtimare potius eſſe finita, quam in-

b 8. phy. t. 48.

c 12. meta. t. 43. & ſequentib.

infinita, ad noſtratium indiuiduorum diſcrimen, quæ ſunt infinita de mente Magiſtri ponentis mundum æternum. Sic igitur Ariſ. hic determinat primum mouens immobile perpetuum in ſingula ſpecie vnum eſſe, non multa; ſed abſolute multa quidem eſſe numero prima mouentia immobilia perpetua, verum finita, non autem infinita; Totque numero eſſe, quot etiam ſpecie ſunt: adeoque conſtat Ariſtotelem in 8. phyſ. aſcendiſſe ad illud immobile principium motus, quod eſt, non quidem ſolus Deus, vt arbitraris; aſt vniuerſum genus Intelligentiarum mouentium cælos; quum Deo nullam multitudinem numericam vſquam tribuat Ariſtoteles, nec finitam, nec infinitam, ſed meram *d* vnitatem numeri ac ſpeciei. Et reuera tuis e dictis etiam colligitur, immobile principium, ad quod aſcendit Ariſ. in 8. phyſ. non eſſe Deum ſolum immediate rotantem ſupremam ſphæram, ſed aggregatum ex omnibus intelligentijs orbes cæleſtes circumducentibus; ais enim (Fl. incl.) poſtremis tuis verbis allatis, *e & ideo in octauo phy. reſoluit ad immobile mouens effectiuum, quod mouet cæleſtes orbes motu perpetuo, vt bene deducitur ex 8. phyſ. t. 13.* nam Intelligentia immediate mouens orbem ſupremum, non mouet effectiue ſphæras inferiores motibus proprijs, qui ſunt diurno contrarij; de quibus motibus agit Ariſ. in t. a te citato; vbi ex eo quod neceſſe eſt dari primum mouens immobile perpetuum, colligit neceſſarium eſſe dari primum corpus ab eo motum, quod pariter perpetuum ſit; quia ſecus non eſſet generatio & corruptio in ſubcæleſtibus; quas mutationes contrarias, vt *f* alibi, ſic in præſentia ſtatuit fieri non a primi mobilis motu diurno, ſed a motibus planetarum; alibi quidem inquiens, *Quoniam autem ſuppoſitum eſt, & demonſtratum continuam eſſe rebus generationem, & corruptionem; dicimus autem lationem cauſſam eſſe generationis; manifeſtum eſt, quod vna exiſtente latione non contingit fieri ambo; quia contraria ſunt: idem enim, & ſimiliter ſe habens ſemper idem natum eſt facere. Quocirca generatio erit ſemper, aut corruptio: oportet autem multos eſſe, & contrarios motus, aut latione, aut inæqualitate: contrariorum enim contraria cauſſæ: ideoque non prima latio cauſſa generationis, & corruptionis eſt, ſed quæ ſecundum obliquum circulum: In hac enim & continuum vnum eſt, & moueri duobus motibus: neceſſe enim, ſi* erit

d 12. meta. t. 49. 55.

e pag. 49.

f 2. de gen. t. 6.

erit ſemper continua generatio, & corruptio, ſemper aliquid moueri, vt non deficiant ipſæ tranſmutationes: duobus autem, vt non ſolum contingat alterum: Continuitatis igitur, quæ eſt totius, latio cauſſa eſt: accedendi vero, & recedendi, inclinatio: contingit enim quandoque fieri longe, quandoque vero prope: inæquali vero diſtantia exiſtente inæqualis erit motus: quocirca ſi in adueniendo, & in prope eſſe generat; & in recedendo, & longe fieri id ipſum corrumpit: & ſi in ſæpe adueniendo generat, & in ſæpe recedendo corrumpit: contrariorum enim contrariæ cauſſæ. in præſentia vero dicens, g *At vero ſi aliquid eſt ſemper huiuſmodi, mouens quidem, immobile autem, & ipſum perpetuum, neceſſe eſt & ipſum primum, quod ab hoc mouetur, perpetuum eſſe: eſt autem hoc manifeſtum quidem & ex eo, quod non aliter eſſet generatio, & corruptio, & mutatio in alijs, niſi aliquid moueat id, quod mouetur; immobile enim eodem & vno motu ſemper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipſum mutetur ad id, quod mouetur: quod autem mouetur ab eo quidem, quod mouetur, ab immobili autem mouetur iam, propterea quod aliter, ac aliter ſe habet ad res ipſas, non eiuſdem motus erit cauſſa, ſed propterea, quod in contrarijs eſt locis, aut formis, contrarie præſtabit vt moueatur vnumquodque aliorum; & aliquando quidem quieſcat, aliquando autem moueatur. Manifeſtum igitur factum eſt ex dictis & quod in principio dubitabamus, cur nam non omnia aut mouentur, aut quieſcunt; aut alia quidem mouentur ſemper, alia vero quieſcunt; ſed quædam aliquando quidem, aliquando autem non: huius enim cauſſa manifeſta nunc eſt, quod alia quidem ab immobili ſempiterno mouentur; quapropter ſemper mutantur; alia vero ab eo, quod mouetur, & mutatur; quare & ipſa neceſſarium eſt mutari. Immobile autem, vt dictum eſt, tanquam ſimpliciter, & eodem modo, & in eodem permanens, ſecundum vnum, & ſimplicem mouebit motum.* Ex quibus apparet Ariſ. in 8. phyſ. aſcendere ad eum primum motorem, qui eſt vniuerſum genus intelligentiarum mouentium per motum cæleſtem abſolute, qui cauſſa dicitur generationis & corruptionis ſubcæleſtium ſimpliciter, & eſt ſimplex & vnus formaliter, nimirum circularis; nam contextus in huiuſmodi rationem reſoluitur, Si præter mouens immobile perpetuum non eſſet corpus primum perpetuum item ab eo ſemper motum; iam non eſſet in elementari mundo, ſubcælestibusque corporibus

g 8. phy. t. 53.

generatio, & corruptio, mutatioque viciſſitudine perpetua generatim, at ſigillatim in vnoquoque terminata quietibus: ſed nos videmus in noſtratibus ſemper aliquid generari, & poſtea corrumpi, & aliquando moueri, aliquando quieſcere: igitur neceſſe eſt præter primum mouens immobile perpetuum eſſe primum corpus perpetuum ab eo ſemper motum. conſequentiam deducit Ariſt. ex differentia intercedente inter mouens immobile,& mouens motum ab immobili erga id, quod proxime ab vtroque ſeorſum moueri dicitur, quia primum mouens omnino immobile, quum immutabilem, inuariabilemque, ac ſemper eandem habitudinem obtineat ad id, quod ab ipſo immediate mouetur, neceſſario mouet ſemper illud vno & eodem motu,& eodem modo, ſine vlla varietate, contrarietateve, aut quiete; ſic enim ſemper eodem motu mouetur tum orbita Lunę a ſua intelligentia, tum cælum Mercurij a ſua, tum cælum Veneris a ſua, tum orbis Solis a ſua, tum ſphæra Martis a ſua, tum globus Iouis a ſua, tum orbita Saturni a ſua, & ita de ſingulis alijs: ex aduerſo cælum totum, ſpeciatimque ſub primo mobili rotatum, quod eſt mouens motum a motore immobili, quum ſecundum varias ſui partes poſſit eſſe in contrarijs locis, borealibus nimirum,& auſtralibus, vnde hiems,& æſtas, aut formis, quæ variæ deſignantur in Zodiaco, proindeque in varijs contrarijsque diſpoſitionibus ad res ipſas ſubcæleſtes, quas cęlum mouet, atque adeo aliter aliterque ſe habeat ad ſuum mobile; poteſt ipſum varijs, contrarijsque motibus, & quiete interpolatis agitare; quod aſſeuerare non poſſumus de primo mobili ſupra planetas; quum id ſemper ſe habeat in eadem diſpoſitione ad noſtratia. Sed in noſtratibus quum res quælibet modo generetur, poſtea corrumpatur; contrarijs alterationibus moueatur, & modo moueatur, modo quieſcat, fiunt motus non ſemper ijdem, ſed contrarij. Ergo ſi præter primum mouens immobile perpetuum, non eſſet mouens aliud perpetuum motum vno ſemper motu ſimplici ab immobili, non eſſet in ſubcæleſtibus generatio, corruptio, & mutatio cum viciſſitudine perpetua, & quiete, vt videtur. Sic igitur primus motor, ad quem aſcendit Ariſt. in t.a te citato eſt ille, a cuius mobili moto per contraria loca, & ſigna Zodiaci fiunt contrarij motus

Digitized by Google

generationum, corruptionum, & quietes in ſubcæleſti mundo; propatereaque non motor immediatus orbitæ ſupremæ, quod exiſtimas; at motor immediatus omnium orbium cæleſtium, præſertimque planetarum; & ideo chorus vniuerſus intelligentiarum mouentium cælos. Quare falſa penitus illa tui ſyllogiſmi maior. Nec minus a veritate minor abeſt, qua ſubdis, Immobile, ad quod aſcendit Ariſ. in 8. phyſ. eſſe Deum, ſi cenſes a primo motore immobili ibi conſiderato excludi debere Intelligentias ſecundas infra Deum, vt videtur. LIL. Minor propoſitio probatur ex pond. t. 52. lib. 8. phy. vbi immobili principio, ad quod aſcenderat, tribuit Ariſ. eſſe cauſſam permanentiæ, & ſtabilitatis vniuerſi dicendo, *& manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem; principio enim manente neceſſe eſt omne manere continuum exiſtens ad principium:* vbi Simpl. per ens ipſum intelligit mundum, & ita communiter exponi ſolet ille locus: ſed permanentia mundi non habetur ab alio, quam a Deo, qui illius eſt cauſſa, & conſeruator: ergo immobile, de quo in 8. phy. eſt Deus. VL. Concedens ego mundi permanentiam ab alio non haberi, quam a Deo, qui mundi cauſſa eſt, & conſeruator: primum ex hoc aperte colligo in Ariſtotelis doctrina Deum eſſe mundi formam eſſentialem, licet aſſiſtentem: tum quia conſeruare proprium eſt formæ, ac animæ erga ſuam materiam, vt ait *h* Ariſ. proprium eſſe formæ continere, & materiæ contineri ſtatuens: tum quia ſi Deus eſt mundi conſeruatrix cauſſa, quum nec materia mundi ſit, nec efficiens Ariſ. *i* ponenti mundum non factum; nec finalis; quia finis non conſeruat, ſed perficit rem a forma conſeruatam. Deinde vero negandum eſt, Ariſtotelem in t. 52. dicentem *ens ipſum manere in ſeipſo, & in eodem,* per ens ipſum intelligere mundum; quia mox Ariſtoteles ipſe in t. 53. monet ſe per ens ipſum permanens ſimpliciter, & in eodem intellexiſſe primum mouens immobile, non autem mundum inquiens, *Immobile autem, vt dictum eſt, ſ. t. 52. tanquam ſimpliciter, & eodem modo, & in eodem permanens, ſecundum vnum & ſimplicem mouebit motum:* & reuera vbi ſemetipſum Ariſtoteles interpretatur, & explicat, alienæ non ſunt audiendæ interpretationes: ſapienter autem nunc immobile mouens primum appellatur *ipſum ens,* quaſi quod vere ac

h 2. de an. t. 39. 3. phy. t. 63.
i 4 phy. t. 35. 4. cæl. 23. & 35. 8. phy. t. 2 & ſeqq.

k 1. phy. c.61. proprie eſt, quo nomine formam ſignificauerat *k* pridem Ariſtoteles; nunc autem Neceſſarium eſt, inquit, *ipſum ens*, puta primum mouens, quod eſt forma & anima cæli motrix, *manere inſeipſo*, hoc eſt eſſe immobile per ſe; *& in eodem*; hoc eſt eſſe immobile per accidens ad motum eius corporis, in quo eſt; adeoque eſſe penitus immobile, tum per ſe, tum quoque per accidens, ad animarum noſtratium diſcrimen, quæ in ſeipſis quidem conſideratæ manent, quum per ſe immobiles ſint; at conſideratæ prout in corpore ſunt, non manent, ſed ad corporis ſui motum mouentur; vt *l* ſuperius, & *m* alibi docuit Ariſtoteles: hoc autem æque conuenit tum motori ſupremæ ſphæræ, tum ſingulis alijs inferiorum orbium motoribus, tum etiam vniuerſi motori. Quemamodum enim ſi motus inceſſabilis eſt in vniuerſo, neceſſe eſt ipſum ens, a quo ille velut a cauſſa efficiente proficiſcitur, *manere*, hoc eſt non moueri *in ſeipſo* ſpectatum, quod eſt eſſe immobile per ſe; *& in eodem* vniuerſo conſideratum item manere, vt ſit immobile quoque per accidens, quia non moueatur ad motum rei a ſe motæ; cuiuſmodi eſt Deus, de quo Magiſter aliquando ſcribit, *n Deus eſt in vniuerſo, & viciſſim cuncta in illo; mouenturque omnia ab inexiſtente in nobis numine:* ſic non ſolum ſi motus inceſſabilis eſt in ſuprema ſphæra, neceſſe eſt ipſum ens, a quo motus ille diurnus proficiſcitur, *manere in ſeipſo*, hoc eſt quieſcere per ſe, *& in eodem* primo mobili, vt non moueatur per accidens ad motum ſuæ ſphæræ; ſed etiam ſi motus inceſſabilis eſt in quolibet orbe planetarum, neceſſe eſt ipſum ens, quo motus Zodiaci, ſeu planetarum in Zodiaco prouenit, manere in ſeipſo, & in eodem, hoc eſt eſſe penitus immobile, tam per ſe, quam per accidens: Quæ mouentis immobilitas cauſſa eſt vt & vniuerſum, & ſuprema ſphæra, & ſingulus orbis æthereus infra illam ſitus, etſi ſecundum partes moueatur aſſidue, ſecundum totum tamen quieſcat ſemper immobiliter: Quod illico ſubdit Ariſ. addens, *principio enim manente, neceſſe & omne manere continuum exiſtens ad principium*. vt in hoc t. ex motus continuitate colligat Ariſ. primi motoris immobilitatem: & ex mouentis immobilitate immobilitatem totius, quod ſecundum partes ab eo ſemper mouetur: ſed non ſolus Deus eſt immobilis per ſe, & per acci-

l 8. phy. c.51.

m 4. phy. t. 1. de an. t.

n 7. eudem. cap. 18.

dens, nec ſolum vniuerſum, aut cælum ſupremum quieſcit immobile ſecundum totum, ſemper motum ſecundum partes; at vero quælibet Intelligentia motrix infra Deum eſt immobilis omnino, tam per ſe, quam per accidens; & quælibet orbita cæleſtis infra ſupremam etiam quieſcit immobilis ſecundum ſe totam, ſemperque mouetur ſecundum partes: quare primus motor immobilis, de quo tractat Ariſt. 8. phyſ. t. 52. a te citato, non eſt ſolus Deus, at vniuerſus Intelligentiarum mouentium chorus. I I L. Confirmo idem, quia dum Ariſ. in 8. phy. 84. quærit locum conuenientem motori primo, & illum collocat in circulo magis quam in medio, creditur quærere locum Dei tanquam primi motoris: Quocirca Auerr. in illo com. 84. dicit, *omnes leges conuenire in hoc, quod Deus habitat in cælo*. Et Simpl. in 8. phy. com. 107. longe clarius dicit, *primum mouens, quod ponitur in cælo eſſe, id, quod continet totum mundum ſua infinita potentia ac vi*: huiuſmodi autem non eſt niſi Deus. Neque timendum eſt ne ponendo ſic Deum in primo orbe, immenſitatem eius, per quam eſt vbique deſtruamus; nam vt bene obſeruat S. Tho. in expoſ. illius t. 84. *primum mouens non dicitur eſſe in aliqua parte mobilis per determinationem ſuæ ſubſtantiæ, ſiue per aliquam affixionem, ſed per efficientiam ſui motus*: poterit ergo mouere immediate primum cælum, & nihilominus continere totum mundum ſua infinita potentia ac vi, vt ait Simpl. 8. phyſ. com. 107. & eſſe vbique per immenſitatem. V L. Adeo tibi, Fl. inclyte, gliſcit animus contradicendi meis dogmatibus, vt dummodo carpas eorum aliquod, non cures tua pariter infringere. Satagis contra me in hac diſputatione præcipue probare, Deum ſub ratione primi motoris non eſſe proprie naturam ab Ariſt. p definitam principium motus in eo in quo eſt, quia Deus non ſit principium motus in quo eſt: & tamen vt contra me ſtatuas Deum non mouere primam ſphæram immediate, conſtituis nunc Deum ſub ratione primi motoris eſſe in ſupremo cælo, ipſumque mouere immediate, quod euidenter eſt contra tuum principale dogma mecum conſtituere Deum eſſe principium motus in eo in quo eſt, adeoque proprie naturam a Phyſiologo definitam. Deinde quum cælum Ariſtoteli ſit animatum, q & habeat in ſe motus ſui principium, quod eſt illius

pag. 50.

p 2. phy. t. 3

q 2. cæl. t. 13

Digitized by Google

r 8.phy.t. 41.& ſeqq. lius r pars eſſentialis & anima; motu ſuo naturali non poteſt immediate moueri effectiue niſi ab anima ſua; nam ab externo motore, ſeu mediato, ſiue moueat ille ſub ratione finis, ſiue ſub ratione motoris vniuerſalis, cauſſæque communis, moueri ſecundum naturam non poteſt niſi remote, ſeu mediate; ac omnino mediante anima ſua: ſi ergo vis Deum mouere primam ſphæram motu diurno effectiue immediate, vt nunc mihi contradicens aſſeris, neceſſe prorſus eſt te confiteri Deum eſſe animam primi mobilis, quod eſt corpus ſ naturale, proindeque proprie naturam; quod vtrumque dogma eſt contra tuum principale placitum. Sin autem vis Deum non eſſe cæli partem, nec animam; iam cogeris confiteri Deum non mouere ſupremam ſphæram immediate, quam ab anima propria, & ab eſſentiali ſua parte moueri conſtituit t Ariſtoteles, & ex Ariſtotele D. Th. u cui te profiteris addictiſſimum: adeoque tibi contradicere, qui contendis in hoc opere Deum non eſſe partem eſſentialem corporis vllius, nec animam mundi, aut cæli. Deinceps autem Ariſt. in loco a te citato non collocat primum motorem in circulo magis quam in medio, vti falſa † citatione dicis, quaſi ponat eum vtrobique; ſed magis in circulo, quam in medio; nam ipſum abſolute ponit in circulo, non in medio, ſcribit enim, *Neceſſe eſt autem aut in medio, aut in circulo eſſe; hæc enim principia ſunt: ſed celerrime mouentur, quæ proxima ſunt mouenti: huiuſmodi autem eſt ipſius totius (vel circuli) motus: illic ergo ipſum mouens:* tu vero textum corrumpis, aſſerens Ariſtotelem dicere primum mouens eſſe magis in circulo quam in medio, peruertens Ariſtotelis propoſitionem abſolutam in comparatiuam. Præterea negare facile recteque poſſum ibi Magiſtrum agere de ſummo Deo ſub nomine primi motoris ad aliarum Intelligentiarum excluſionem; quia poteſt agere de primo motore generatim adeoque de toto motricum Intelligentiarum choro; atque vt nomine medij terram ſignificat, in qua Pythagorici ponebant Atlantem veluti primum motorem cæli, vt hic obſeruat Simplicius, & y alibi Magiſter adnotauit: ſic nomine circuli cælum vniuerſum indicat ſecunda ſignificatione z alibi propoſita: & quum ibi decernat non eſſe a ſubſcribendum Antiquis ponentibus primum motorem Atlantem in terra, proinde hic

ſ 1.cæl.t.5. & ſeqq.

t 8.phy.41 & ſeqq.

u 1.par.q. 70.ar.3. 2.con.gen. c.70.

† 78.fal. cit.

a 8. phy. t.84.

y 2.cæl.t.4.

z 1.cæl.t. 96.

a 2.cæl.t.4.

ne-

negat primum motorem eſſe in medio: & eo magis, quo moueas vt motens mobili *b* copulatum eſſe debet, aut illi proximum ex hoc t. 84. modo centrum non eſt mobile, & diſtantiſſimum eſt a motu diurno celerrimo, quo ſuprema ſphæra voluitur: vnde colligendum eſt primum motorem non eſſe in centro, ſed ſolum in cælo; proindeque nomine primi motoris hic Ariſtotelem non agere de Deo; ſed de Intelligentia cælo appropriata: quare Magiſter ſemetipſum explicans agere ſe primi motoris nomine de eo, quem antiqui ponebant in mundi medio, & inde cælum omne ſuſtinens cunctas orbitas ætheris circa mundi centrum voluebat, aperte docet ſe loco a te producto primi mouentis nomine non intelligere Deum ſolum, ſed vniuerſum mouentium intelligentiarum chorum: & vbi ſemetipſum Ariſt. explicat, non eſt vt Interpretibus ipſum ſecus explicantibus adhæreamus. Addere liceat me poſſe diſputationi dare, Magiſtrum hic nomine primi motoris agere de Deo; & nomine motus totius agere de motu diurno, qui eſt motus proprius vltimæ ſphæræ; ſtatuereque Deum ſub ratione primi motoris eſſe magis in circulo, ſeu ſuprema ſphæra quam in centro, ſeu medio, ac omnino in terra; quia moueat ſupremum orbem motu velociſſimo: negabo tamen inde colligi Deum mouere immediate primam orbitam motu diurno; non enim ſi Deus mouet primam ſphęram, in qua magis eſſe dicitur quam in centro, ideo illam mouet immediate: ſecus argumentum foret in † elenchorum genere, a ſimpliciter ad ſecundum quid: non ne tibi ſophiſma eſt? Deus mouet primam ſphæram: ergo illam mouet immediate. Quin etiam, quod vltimo concludis de Deo primo motore, *poterit, ergo immediate mouere primum cælum, & nihilominus continere totum mundum ſua infinita potentia ac vi*, ſi tibi dedero, non inde colliges Deum actu ac reipſa mouere primum cælum immediate; quia noſtra lis non eſt de eo quod poſſit facere Deus, ſed de eo quod actu facit; non nego Deum poſſe immediate mouere primum orbem, ſed in Peripato dico Deum non mouere immediate primum orbem; tu vero probans Deum poſſe mouere immediate primum orbem, nil contra me probas; contra quem tamen hæc adduxiſti. Denique tu, Fl. incl. *c* aſſeris cum Alex. cælum præter Intelligentiam habere

b 7. phy. t. 9 & ſeqq.

† Sophiſ.

c pag. 101. & ſeqq.

pro-

propriam quandam animam informantem, a qua moueatur: quod ſi verum eſt, iam tibi Deus, niſi ſit anima cæli, quod renuis, non poterit mouere primum cælum efficienter immediate motu diurno, ſed ſolum mediante anima, quam vel ſub ratione finis, vt ait Alex. impellit ad motum diurnum edendum; vel ſub ratione efficientis communis gubernat in ſuo munere obeundo: nam Ariſt. aperte ſcribit finem non mouere immediate

d 7. phy. t. 9. ad efficientis differentiam dicens, d *Primum autem mouens, non vt id, cuius cauſſa, ſed vnde principium motus eſt, ſimul cum eo eſt quod mouetur: ſimul autem dico, quia nihil inter ipſa eſt: hoc enim commune eſt in omni, quod mouetur, & quod mouet.* Mouens autem vniuerſale, ſiue commune concurrens cum mouente proprio ad mouendum, non mouere immediate, ſed mediante motore proprio, cuilibet notum eſt per ſe. Sic ergo non probas Deum mouere immediate ſupremam ſphæram motu diurno, quam mouet mediante anima propria illius orbitæ. Profer tuas alias notas in mea dicta, Fl. incl. LII. In eadem pag. 9. afferuntur verba Ariſt. 1. meta. ſu. 2. cap. 2. in quibus laudatur Anax. dicens, *vt in animalibus, ita in natura intellectum eſſe cauſſam mundi totiusque ordinis:* hic obſeruo Ariſtotelem laudare Anaxagoram quatenus intellectum ponit in natura, velut cauſſam efficientem, non velut cauſſam formalem. VI. In primis lege diligentius, inclyte Flos, illam meam nonam pagel-

† 79. falſ. cit. lam, & videbis in ea tuam hanc eſſe † falſam citationem: ibi ego non affero verba Ariſtotelis 1. meta. ſu. 2. cap. 2. in quibus laudatur Anaxagoras dicens, *Vt in animalibus, ita in natura intellectum eſſe cauſſam mundi totiusque ordinis*: quod mihi adſcribis: at ſolum innuo eum locum in nota marginali cum alijs inquiens, *Modo Deus Ariſtoteli non eſt appropriatus determinate ve-*

l 2. de par. cap. 5. m 7. eud. 18 n 1. meta. ſu. 2. c. 2. 2. de an. t. 92. *lut alligatus vni parti mundi, ſed vbique l præſens ponitur in vniuerſo, ac in ſingulis m mundi partibus, vt intellectus n humanus eſt in toto homine, ac in ſingulis corporis humani partibus æqualiter.* Quare textum illum Ariſtotelis adduxi non ad oſtendendum Deum eſſe formam mundi, vt mihi imponis; at ad probandum intellectum humanum eſſe in ſingulis humani corporis partibus, ac in toto homine; ſique placet etiam ad probandum Intellectum Diuinum, mentemque Anaxagoræ toti mundo præ-

ſentem

ſentem eſſe, ſingulisque mundi partibus; non autem alligari vni tantummodo parti mundi; abſtrahens ab eo quod mundo vniatur vel tanquam forma, vel tanquam efficiens; de quibus cauſſis, ſeu de quarum cauſſarum formalitate tunc nulla mihi mentio fit: Ceterum quia hoc, quod in præſentia reprobas, arbitror eſſe verum, & alibi tanquam verum affero; propterea cedo rationem tuæ obſeruationis; nam Ariſt. abſolute loquitur; & e alibi docet in animalibus intellectum eſſe velut cauſſam & effectricem, & formalem, & finalem. LIL. Ita 8. phyſ. t. 77. e 2. de an. t. 36. 37.

VL. Ariſt. ibi conſiderat mentem Anaxagoræ in relatione ad motum diſcretionis elementorum in generatione mundi abſolute; at loco citato f conſiderat mentem Anaxagoræ in relatione ad mundum iam conſtitutum comparatam intellectui exiſtenti in homine iam genito: quare in generatione mundi mens formæ eſſe non poteſt, quæ ſolum eſt in termino generationis; ſed efficiens, quod mundo a ſe genito ſemetipſam exhibet in formam; vt de anima in generatione hominis olim notauimus ex g Themiſtio. Eſt ſane Deus in mundi generatione cauſſa efficiens, ſed mundo genito ſe ſe exhibet in formam. LIL. Et hoc oportet bene animaduertere pro dicendis in ſeqq. cap. 10. n. 2. f 1. meta. ſu. 2. c. 2. g 1. de an. cap. 22.

VL. Liberas me ab eorum confutatione; nam hoc euerſo, ſponte corruunt illa hoc nixa fulcro. LIL. Conſtat hoc ex illo cap. 2. cui titulus eſt, *Veterum opiniones de cauſſa efficiente.*

VL. Infirma, ſeu nulla probatio ducitur ex titulo capitis; tum quia licet indicet rubrica in eo capite potiſſimum agi de veterum opinionibus circa effectricem cauſſam; non ob id tamen fit quin conſiderari queat in illo ea cauſſa efficiens, quæ coincidit cum formali, atque finali; quinimmo id neceſſarium eſt effici: tum maxime quia tituli capitum non ſunt Ariſtotelis, qui continuata ſerie ſcripſit; cuius continuatam ſcripturam diuiſerunt Interpretes, vt obſeruauit Patricius, & conſtat ex antiquis exemplaribus Græcis; & ex varia capitum diuiſione; ſcribit etenim Patricius, h *Intulit Auerroes proprios tres Ariſtotelica verba ſecandi modos: libros enim in ſummas quaſdam eſt partitus: ſummas vero in capita; capita etiam in textus. Quam diuiſionem poſteriores eius ſectatores omnes ſunt amplexati. Inter eos vero, qui Ariſtotelicos libros ex Græcis Latinos fecerunt, Theodorus Gaza ſuo quo-* h diſ. perip. t. 1. l. 11. in f.

dam modo, ab Auerroico differente libros in capita ſecuit; quod itidem & Argyropilum, & Beſſarionem, & alios exiſtimo feciſſe: vt varijs modis Ariſtotelis libri pro cuiuſque arbitrio ſint diuiſi; quum ipſe integros atque continuatos ſcripſerit, quales Aldus, eiusque hæredes bis eos, Baſileæ ſemel impreſſerunt. Quanquam poſtea Baſilienſes hi eos impreſſerint in capita, partim Theodori, aliorumque diuiſione; partim ſua quadam partitos, &c. Nil igitur opis habes ab inſcriptione capitis. LIL. Atque ideo grauiſſimi expoſitores illius cap. 2. omnes in hoc conueniunt, vt intellectus in natura ponatur tanquam cauſſa efficiens de mente Anaxagoræ. VL. Attamen non negant mentem eamdem in natura poni tanquam cauſſam formalem: quare nil mihi obſunt, qui non nego intellectum Anaxagoræ poni tanquam cauſſam effectricem mundi; nec tibi proſunt, qui negas eum eſſe mundi formam. LIL. Videndus D. Tho. 1. Meta. lect. 5. Alex. Alenſ. 1. meta. t. 21: vbi exponit tantum de cauſſa efficiente. VL. Illi rationem habuerunt eius, quod principaliter Ariſtoteles intendit ibi declarare; ſed tamen tecum non negant id, quod conſequitur ex dicto Anaxagoræ laudato ab Ariſtotele, nimirum de cauſſa formali, & finali. Quinimmo clariſſimis verbis in t. Magiſter intellectui Anaxagoræ tribuit rationem cauſſæ non ſolum efficientis, ſed etiam formæ, ac finis; vt etiam de fine notauit Alen-

i 1. meta. com. 20. k 1. meta. ſu 2. c. 2.

ſis: verba Magiſtri ſunt, k *Poſt hos autem, & huiuſmodi principia* (materiale, ſ. ac effectiuum) *tanquam non ſufficientia vt entium naturam generarent, rurſus ab ipſa veritate, vt diximus, coacti, illud, quod ſequitur, quæſiuerunt principium* (hoc autem eſt forma, & finis, quæ materiam & efficiens ſequitur) *vt enim entia bene ſe partim habeant, partim fiant, nec ignem fortaſſis, nec terram, nec aliud huiuſcemodi quicquam veriſimile eſt cauſſam eſſe* (nam hæc materia mundi ſunt, entia vero habent vt fiant ab efficiente, vt bene ſint a forma, & a fine) *nec illos veriſimile eſt arbitrari: nec rurſus caſui & fortunæ* (quæ in genere cauſſæ efficientis l locantur) *tantam attribuere rem bene ſe habet*, vt ab ijs entia cuncta id habeant, partim vt bene ſe habeant, quod eſt munus formæ, ac finis, partim fiant. *Quare, qui vt in animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſſam mundi, totiusque ordinis dixerat, quaſi ſobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes apparuit: Iſtas autem rationes*,

l 2. phy. t. 65.

tiones; (ſcilicet cauſſæ effectricis, vnde habent entia vt fiant;.& formalis, atque finalis, vnde habent entia vt bene ſint) *qui palam attigit Anaxagoram fuiſſe ſcimus*.. Vnde luce meridiana clarius eſt Ariſtotelem hic Anaxagoram laudare, quod Intellectui diuino tribuerit; non quidem vnicam rationem principij generantis, ac efficientis entia; ſed rationes plures, quarum vna eſt, vt ſit principium efficiens, a quo mundus habuit vt fieret ab initio; altera eſt, vt ſit principium tum formale, tum etiam finale, vnde mundi entia habent hoc vt bene ſint; quod vniuerſi bonum in ordine conſiſtit partium mundi, qui mundi formam conſequitur: vt in animalibus rationalibus intellectrix anima eſt forma conſtituens hominem, ad quam ſequitur ordo partium mirus in humano corpore; & eſt finis terminans generationem hominis, & cuius gratia ſunt inſtituta omnia membra corporis organici, vt ait *m* alibi Magiſter; quin & cauſſa efficiens gubernans vegetalem, & ſenſitricem animam in omnibus earum functionibus obeundis, adeoque generans prolem; ac ſi D. Thomæ credis, cauſſa primaria generationis ſobolis, vt & aliarum omnium humanarum functionum.. Dum igitur hic Ariſ. fatetur Antiquos veritate coactos nouiſſe materiam, & effectricem cauſſam non eſſe principia ſufficientia rerum generationi; ſed vlterius quæſiuiſſe principium, a quo entia habent vt bene ſint; quum hoc ſit forma, & finis prout contradiſtinguitur a materia, & ab efficiente; dumque propterea laudat Anaxagoram ſupra ceteros, quod vt in animalibus, ita in natura dixerit intellectum ineſſe cauſſam mundi, & ordinis totius; aperte conſtituit Anaxagoram poſuiſſe Intellectum Diuinum eſſe mundi cauſſam non ſolum effectricem, vt ais, aſt etiam formalem, & finalem, quod tenuis.: Secus enim quid laudari debuit Anaxagoras ſupra Antiquiores; qui rerum generationi dabant cauſſam materialem, & effectricem; quæ duo principia non eſſe ſufficientia ſcribit Ariſtoteles? L I L. Albertus etiam Mag. 1. meta. tr. 3. cap. 10. V L. Immo vero ibi M. Alb. fatetur ex Ariſtotelis hoc loco veteres, ac ſpeciatim Anaxagoram poſuiſſe intellectum in genere cauſſæ formalis, & efficientis, licet formalem ab efficiente non omnino ſeiunxerint; vnde citatio hæc inter † Pleſſiacas locum habet; ait enim Albertus,

m 2. de an. t. 36. 37.

† fo. falſ. cit.

a 1. meta. t.3.c.10. *a Dicens autem aliquis inter antiquos intellectum immiſtum et purum vnum eſse principiorum, quod eſt principium mouens; intellectum dico dantem formas ſuo lumine, quod ad res naturales eſt forma, ſicut ars ad materiam arti operatiuæ ſubiectam, & habet eſſe vnum primum principium, ſicut cauſſa in animalium generatione, & in natura generabilium; & habet eſſe cauſſa totius mundi, & ordinis omnium formarum ſecundum ſuas formas, hic pro certo talia dicens apparuit ſicut purificans priores philoſophos circa principia aliquid præter conuenientia dicentes; palam autem eſt quoniam Anax. hos tetigit ſermones: videns enim quoniam intellectus agentis lumine formæ conſtituuntur & determinantur ſecundum quod lumen illud miſcetur corporibus ſicut lux Solis miſta cum perſpicuo & terminato conſtituit colorum formas, dicebat intellectum agentem ſic eſſe cauſſam animalium & naturæ mundi, & ordinis vniuerſi. & licet primus clare dixerit Anaxag. tamen alium ante conciuem & compatriotam ſuum habuit cauſſam hæc dicendi: Hermotimus enim, ſicut Anax. ciuis Clazomenius, cauſſam hæc dicendi dedit. Omnes ergo ſic opinantes pariter vno conſenſu ſimul poſuerunt principium exiſtentium eſſe cauſſam, quæ eſt cauſſa ipſius bene in rebus*(ecce formam, & finem) *& tale principium eſt cauſſa vnde motus ineſt exiſtentibus mouentibus ſecundum formæ ſuæ conuenientem proportionem*: Albertus igitur in loco a te producto ſtatuens Anaxagoram ex Ariſt. velle Intellectum Diuinum vniri mundo vt lumen perſpicuo terminato, & eſſe cauſſam ipſius bene eſſe in rebus, & principium vnde motus productiuum omnium formarum; quum lumen erga

b 2. de an. t.69. perſpicuum ſe habeat vt b forma, non vt efficiens; & bene eſſe rebus inſit tum a forma, tum a fine, quæ vtraque habent rationem p boni, certo certius eſt te falſo citaſſe M. Alb. quaſi dicen-

p 1. phy. t.81. tem hic Ariſtotelem ponere Anaxagoram velle intellectum eſſe

a phy. t.23 in mundo cauſſam efficientem tantum, non autem formalem, neque finalem. L I I. Et clariſſime omnium Alex. Aphr. 1.

† 81. fal. cit. meta. com. 29. V I. Nec ab ſit iſta citatio a † Pleſſiacis; nam Alex. ibi præter cauſſam efficientem atque liteam, quæ habet rationem boni; ſeu cauſſam efficientem memorat, quæ ſimul mouet vt bonum, adeoque vt finis. & forma, ſcribit enim de intellectu Anaxagoræ, *Anaxagoras igitur, qui mentem eſſe dixit principium generandarum rerum, admirationi fuit hominibus, quaſi ſolus*

ra-

rationem fuerit ſecutus, ceteris placita ſua temere tradentibus, quum huiuſmodi cauſſam præterirent. Sed addit, (atque animalibus) quoniam in animalibus mente præditis mens eſt principium & cauſſa eorum, quæ ab ipſis recte fiunt. Ergo Anaxagoras, inquit, primus in hanc cauſſam manifeſto veniſſe videtur, quanquam Hermotimus eius ciuis huiuſmodi cauſſæ mentionem feciſſe videri poteſt. Hi ergo cum efficiente cauſſa, cauſſam recte mouendi & efficiendi, principium & cauſſam rerum eſſe ſtatuunt: talis eſt mens; & huiuſmodi motum pertinentem ad recte efficiendum, qui a cauſſa procedere videtur efficiente; quoniam cauſſam recte mouendi, & efficiendi, non autem cauſſam efficiendi ſolum & mouendi principium eſſe ponebant: talis eſt enim mens. Quanquam Heſiodus, inquit, ante hos de his quæſiuiſſe cuipiam videri poteſt; & ſi quis alius amorem aut cupiditatem in hiſce quæ ſunt, vti principium poſuit (vt Parmenides dicere videtur) & aſcripſit ipſorum carmina, quibus hæc dicunt: amor enim & deſiderium pulchri ex horum ſententia motus principium fuit. Atque hi quidem bonorum cauſſam in principijs ponunt. Anaxagoras enim bonum cauſſam facit efficientem. Dum ergo in loco a te citato ſcribit Alex. difertis verbis, Anaxagoram cum efficiente cauſſa, cauſſam recte mouendi & efficiendi, principium & cauſſam rerum eſſe ſtatuiſſe; talemque mentem eſſe: cauſſamque recte mouendi & efficiendi (quæ forma eſt, quam ceu finem generationis efficiens intendit) & bonum non autem cauſſam efficiendi ſolum & mouendi principium poſuiſſe, clare te coarguit de falſa citatione, qui ſcribis Alexandri hic exponere Ariſtotelem quaſi laudet Anaxagoram quod ſtatuerit mentem eſſe rerum cauſſam efficientem ſolum, non item formalem; quum rationem boni Ariſtoteles attribuerit tum *q* formæ, tum *r* finali cauſſæ, q 1. phyſ. t.81.
non autem effectrici. Quin & paullo poſt Alexander addit hæc r 2.phy. t.23.
de propoſito, *ſ De Anaxagora vero eadem dicit* Ariſtoteles, *quæ* ſ 1. meta. com.30.
Plato in Phædone: ceterum ibi Plato ſtatuit Anaxagoram poſuiſſe mentem eſſe cauſſam omnium tum formalem, tum effectricem inquiens, *Verum quum audiſſem aliquando ex libro, vt ille aiebat, Anaxagoræ, legentem quemdam hanc Anaxagoræ ipſius ſententiam, videlicet mentem omnia exornare, omniumque cauſſam eſſe; hoc vtique cauſſæ genere magnopere ſum delectatus, exiſtimans quodammodo conſentaneum mentem eſſe omnium cauſſam: putabamque*

que

Digitized by Google

que ſi id ita eſſet, vt mens omnia exornaret, ſingula per hanc ita eſſe diſpoſita, vt optime diſponi potuerant. Propterea ſi quis vellet cauſſam inuenire, qua ſingula fiant, atque pereant, aut ſint, hoc ipſum eſſe inueniendum, qua videlicet ratione optimum ſit vnicuique, aut eſſe, aut quoduis aliud pati, vel agere: atque hoc pacto nihil aliud conſiderandum homini, vel de ſeipſo, vel de aliis, niſi quod potiſſimum ſit, & optimum: neceſſe vero eſt eum, qui id norit, illud quoque quod eſt deterius, cognouiſſe; quippe quum eadem horum ſcientia ſit. Hac vtique mecum ipſe reputans, gaudebam ratus Anaxagoram magiſtrum, qui me id, quod tantopere cupiebam cauſſas rerum doceret, &c. Quum igitur Alexander in loco a te citato & paullo poſt aſſerat Ariſtotelem hic de mente Anaxagoræ ex Anaxagoræ ſententia eadem protuliſſe, quæ retulit in Phædone Plato: quumque Plato ſtatuat Anaxagoram ſtatuiſſe mentem eſſe omnium cauſſam, qua tum ſingula fiant, quæ eſt cauſſa efficiens; tum ſingula ſint, quæ eſt formam, quam definimus rationem eius quod quid erat eſſe, ſeu principium tribuens eſſe rei; tum qua vnumquodque habet in ſe optimum, & potiſſimum quid quo agit; quæ eſt cauſſa formalis, & finalis; immo quum Plato conſtituat ſe rerum cauſſas, non cauſſam, ſed potiores cauſſarum ſpecies ex Anaxagoræ dicto in mente putaſſe cogniturum; iam certo certius eſt Alexandrum ſtatuere de Anaxagoræ ſententia mentem apud Ariſtotelem habuiſſe rationem non ſolum cauſſæ efficientis, ſed finalis, & formalis, contra id quod ais Alexan-
* pag. 51. drum fateri. LII. Et * non poteſt aliter exponi opinio Anaxagoræ, qui ponebat mentem impaſſibilem, & immiſtam, tanquam principium motus; ex Ariſt. 8. phy. t. 37. vbi ſic de Anaxagora, *quapropter & Anaxagoras recte dicit mentem impaſſibilem inquiens, & immiſtam eſſe, quoniam principium motus ipſam facit eſſe, ſic enim mouebit, cum ſit immobilis, & vincet cum ſit immiſta*. Ecce quomodo Anaxagoras intellectum in mundo conſtituebat vt cauſſam effectricem, non tanquam cauſſam formalem. VL. Ex Ariſtotele nuper habuimus Anaxagoram intellectui ſuo tribuiſſe rationem cauſſæ tum agentis, tum formalis, tum quoque finalis: at quod hic agens de motore laudet Ariſtoteles Anaxagoram quod tribuerit Intellectui rationem efficientis nulla facta mentione formæ, aut finis; quia hoc non

ſibi

ſibi conferebat ad præſens inſtitutum; nil meum dogma lædit; non enim ait Intellectum ſic eſſe motorem vt non ſit forma; quod tibi probandum erat: aliud enim eſt Ariſtotelem hic non laudare Anaxagoram quod poſuerit Intellectum eſſe formam; ſed eum laudare quod poſuerit eſſe motorem; quod vltro concedo tanquam verum: aliud eſt, Ariſtotelem laudare hic Anaxagoram quod poſuerit Intellectum eſſe cauſſam ſolum effectricem, & putauerit non eſſe formam; quod aperte negandum eſt; quum paullo poſt Ariſtoteles conſtituturus ſit hunc primum motorem, quem Anaxagoras mentem appellat, ſeu cui Magiſter comparat mentem Anaxagoricam, *u* eſſe partem eius quod mouetur a ſeipſo, proindeque formam iis ſius eſſentialem. *u* 8 phy.t. 41.& ſeqq.

LIL. Etiam in 1. de an.t.34. VL. Profecto Magiſter ibi conſtituit oppoſitum eius, quod aſſeris; tu enim vis inde colligere, Ariſtotelem fateri mentem Anaxagoræ poſitam fuiſſe cauſſam effectricem, non autem formalem; quum tamen in textu a te falſa citatione † producto Philoſophus hæc habeat, *x* *Quicumque igitur vnam aliquam dicunt cauſſam, & elementum vnum, & animam vnum ponunt; vt ignem, aut aerem; qui vero plura dicunt principia, & animam plura dicunt. Anaxagoras autem ſolus impaſſibilem eſſe dicit intellectum, & nihil commune vlli aliorum habere: huiuſmodi autem quum ſit, quomodo cognoſcit, & propter quam cauſſam, neque ille dixit, neque ex iis, quæ dicta ſunt conſpicuum eſt.* *y* *Quicumque autem contrarietates faciunt in principiis, & animam ex contrariis conſtituunt.* Quibus apertiſſime conſtat Ariſtotelem hic Antiquorum opiniones de anima comparare inter ſe, ſtatueroque cunctos dixiſſe animam eſſe eiuſdem naturæ cum eo principio, quod afferebant pro rerum generatione; vt qui ponebant principium rerum vnum, ſeu ignem, ſeu aerem, illi pariter dicebant animam eſſe vnum illud, ſeu ignem, ſeu aerem: qui vero ſtatuebant principia eſſe plura, iidem aſſerebant animam eſſe plura, ſeu ex illis principiis conſtitutam; quæ putabant eſſe principia materialia, & paſſibilia: ſolus Anagoras poſuit Intellectum eſſe impaſſibilem, nihilque commune habere cum atomis, quas ipſe ponebat rerum principia materialia. Quicumque vero contraria faciunt principia, ii animam ex contrariis faciunt. Quare ſupponit Ariſt. hic Anaxag. cenſuiſſe

† 81. falſ. cit.

x 1. de an. t.34.

y t.35.

r 8.phy.t. 41.& ſeqq. lius *r* pars eſſentialis & anima; motu ſuo naturali non poteſt immediate moueri effectiue niſi ab anima ſua; nam ab externo motore, ſeu mediato, ſiue moueat ille ſub ratione finis, ſiue ſub ratione motoris vniuerſalis, cauſſæque communis, moueri ſecundum naturam non poteſt niſi remote, ſeu mediate, ac omnino mediante anima ſua: ſi ergo vis Deum mouere primam ſphæram motu diurno effectiue immediate, vt nunc mihi contradicens aſſeris, neceſſe prorſus eſt te confiteri Deum eſſe animam
ſ 1.cæl.t.5. & ſeqq. primi mobilis, quod eſt corpus *ſ* naturale, proindeque proprie naturam; quod vtrumque dogma eſt contra tuum principale placitum. Sin autem vis Deum non eſſe cæli partem, nec animam; iam cogeris confiteri Deum non mouere ſupremam ſphæram immediate, quam ab anima propria, & ab eſſentiali
t 8.phy.41 & ſeqq. ſua parte moueri conſtituit *t* Ariſtoteles, & ex Ariſtotele D. Th.
u 1.par.q. 70.ar.3. *u* cui te profiteris addictiſſimum: adeoque tibi contradicere, qui contendis in hoc opere Deum non eſſe partem eſſentialem
x 2.con.gen. c.70. corporis vllius, nec animam mundi, aut cæli. Deinceps autem Ariſt. in loco a te citato non collocat primum motorem in circulo
† 78.fal. cit. magis quam in medio, vti falſa † citatione dicis, quaſi ponat eum vtrobique, ſed magis in circulo, quam in medio; nam ipſum abſolute ponit in circulo, non in medio, ſcribit enim,
a 8. phy. t.84. *Neceſſe eſt autem aut in medio, aut in circulo eſſe; hæc enim principia ſunt: ſed celerrime mouentur, quæ proxima ſunt mouenti: huiuſmodi autem eſt ipſius totius (vel circuli) motus: illic ergo ipſum mouens*: tu vero textum corrumpis, aſſerens Ariſtotelem dicere primum mouens eſſe magis in circulo quam in medio, peruertens Ariſtotelis propoſitionem abſolutam in comparatiuam. Prȩterea negare facile recteque poſſum ibi Magiſtrum agere de ſummo Deo ſub nomine primi motoris ad aliarum Intelligentiarum excluſionem; quia poteſt agere de primo motore generatim adeoque de toto motricum Intelligentiarum choro; atque vt nomine medij terram ſignificat, in qua Pythagorici ponebant Atlantem veluti primum motorem cæli, vt hic obſeruat Sim-
y 2.cæl.t.4. plicius, & *y* alibi Magiſter adnotauit: ſic nomine circuli cæ-
z 1.cæl.t. 96. lum vniuerſum indicat ſecunda ſignificatione *z* alibi propoſita: & quum ibi decernat non eſſe *a* ſubſcribendum Antiquis
a 2.cæl.t.4. ponentibus primum motorem Atlantem in terra, proinde hic

ne-

negat primum motorem eſſe in medio: & eo magis, quo moueas vt mouens mobili *b* copulatum eſſe debet, aut illi proximum ex hoc t. 84. modo centrum non eſt mobile, & diſtantiſſimum eſt a motu diurno celerrimo, quo ſuprema ſphæra voluitur: vnde colligendum eſt primum motorem non eſſe in centro, ſed ſolum in cælo; proindeque nomine primi motoris hic Ariſtotelem non agere de Deo; ſed de Intelligentia cælo appropriata: quare Magiſter ſemetipſum explicans agere ſe primi motoris nomine de eo, quem antiqui ponebant in mundi medio, & inde cælum omne ſuſtinens cunctas orbitas ætheris circa mundi centrum voluebat, aperte docet ſe loco a te producto primi mouentis nomine non intelligere Deum ſolum, ſed vniuerſum mouentium intelligentiarum chorum: & vbi ſemetipſum Ariſt. explicat, non eſt vt Interpretibus ipſum ſecus explicantibus adhæreamus. Addere liceat me poſſe diſputationi dare, Magiſtrum hic nomine primi motoris agere de Deo; & nomine motus totius agere de motu diurno, qui eſt motus proprius vltimæ ſphæræ; ſtatuereque Deum ſub ratione primi motoris eſſe magis in circulo, ſeu ſuprema ſphæra quam in centro, ſeu medio, ac omnino in terra; quia moueat ſupremum orbem motu velociſſimo: negabo tamen inde colligi Deum mouere immediate primam orbitam motu diurno; non enim ſi Deus mouet primam ſphęram, in qua magis eſſe dicitur quam in centro, ideo illam mouet immediate: ſecus argumentum foret in † elenchorum genere, a ſimpliciter ad ſecundum quid: non ne tibi ſophiſma eſt? Deus mouet primam ſphæram: ergo illam mouet immediate. Quin etiam, quod vltimo concludis de Deo primo motore, *poterit, ergo immediate mouere primum cælum, & nihilominus continere totum mundum ſua infinita potentia ac vi*, ſi tibi dedero, non inde colliges Deum actu ac reipſa mouere primum cælum immediate; quia noſtra lis non eſt de eo quod poſſit facere Deus, ſed de eo quod actu facit; non nego Deum poſſe immediate mouere primum orbem, ſed in Peripato dico Deum non mouere immediate primum orbem; tu vero probans Deum poſſe mouere immediate primum orbem, nil contra me probas; contra quem tamen hæc adduxiſti. Denique tu, Fl. incl. *c* aſſeris cum Alex. cælum præter Intelligentiam habere

b 7. phy. t. 9 & ſeqq.

† Sophiſ. 9.

c pag. 101. & ſeqq.

pro-

propriam quandam animam informantem, a qua moueatur: quod ſi verum eſt, iam tibi Deus, niſi ſit anima cæli, quod renuis, non poterit mouere primum cælum efficienter immediate motu diurno, ſed ſolum mediante anima, quam vel ſub ratione finis, vt ait Alex. impellit ad motum diurnum edendum; vel ſub ratione efficientis communis gubernat in ſuo munere obeundo: nam Ariſt. aperte ſcribit finem non mouere immediate

d 7. phy. t. 9. ad efficientis differentiam dicens, d *Primum autem mouens, non vt id, cuius cauſſa, ſed vnde principium motus eſt, ſimul cum eo eſt quod mouetur: ſimul autem dico, quia nibil inter ipſa eſt: hoc enim commune eſt in omni, quod mouetur, & quod mouet.* Mouens autem vniuerſale, ſiue commune concurrens cum mouente proprio ad mouendum, non mouere immediate, ſed mediante motore proprio, cuilibet notum eſt per ſe. Sit ergo non probas Deum mouere immediate ſupremam ſphæram motu diurno, quam mouet mediante anima propria illius orbitæ. Profers tuas alias notas in mea dicta, Fl. incl. LIL. In eadem pag. 9. afferuntur verba Ariſt. 1. meta. ſu. 2. cap. 2. in quibus laudatur Anax. dicens, *vt in animalibus, ita in natura intellectum eſſe cauſſam mundi totiusque ordinis*: hic obſeruo Ariſtotelem laudare Anaxagoram quatenus intellectum ponit in natura, velut cauſſam efficientem, non velut cauſſam formalem. VL. In primis lege diligentius, inclyte Flos, illam meam nonam pagel-

† 79. falſ. cit. lam, & videbis in ea tuam hanc eſſe † falſam citationem: ibi ego non affero verba Ariſtotelis 1. meta. ſu. 2. cap. 2. in quibus laudatur Anaxagoras dicens, *Vt in animalibus, ita in natura intellectum eſſe cauſſam mundi totiusque ordinis*: quod mihi adſcribis: at ſolum innuo eum locum in nota marginali cum alijs inquiens, *Modo Deus Ariſtoteli non eſt appropriatus determinate ve-*

l 2. de par. an. cap. 5.
m 7. eud. 18.
n 1. meta. ſu. 2. c. 2.
2. de an. t. 92.

lut alligatus vni parti mundi, ſed vbique l præſens ponitur in vniuerſo, ac in ſingulis m mundi partibus, vt intellectus n humanus eſt in toto homine, ac in ſingulis corporis humani partibus æqualiter. Quare textum illum Ariſtotelis adduxi non ad oſtendendum Deum eſſe formam mundi, vt mihi imponis; at ad probandum intellectum humanum eſſe in ſingulis humani corporis partibus, ac in toto homine; ſique placet etiam ad probandum Intellectum Diuinum, mentemque Anaxagoræ toti mundo præ-

ſentem

ſentem eſſe, ſingulisque mundi partibus; non autem alligari vni tantummodo parti mundi; abſtrahens ab eo quod mundo vniatur vel tanquam forma, vel tanquam efficiens; de quibus cauſſis, ſeu de quarum cauſſarum formalitate tunc nulla mihi mentio fit: Ceterum quia hoc, quod in præſentia reprobas, arbitror eſſe verum, & alibi tanquam verum affero; propterea cedo rationem tuæ obſeruationis; nam Ariſt. abſolute loquitur; & e alibi docet in animalibus intellectum eſſe velut cauſſam & effectricem, & formalem, & finalem. L I L. Ita 8. phyſ. t. 77. e 2. de an. t. 36. 37.

V L. Ariſt. ibi conſiderat mentem Anaxagoræ in relatione ad motum diſcretionis elementorum in generatione mundi abſolute; at loco citato f conſiderat mentem Anaxagoræ in relatione ad mundum iam conſtitutum comparatam intellectui exiſtenti in homine iam genito: quare in generatione mundi mens formæ eſſe non poteſt, quæ ſolum eſt in termino generationis; ſed efficiens, quod mundo a ſe genito ſemetipſam exhibet in formam; vt de anima in generatione hominis olim notauimus ex g Themiſtio. Eſt ſane Deus in mundi generatione cauſſa efficiens, ſed mundo genito ſe ſe exhibet in formam. L I L. Et hoc oportet bene animaduertere pro dicendis in ſeqq. cap. 10. n. 2. f 1. meta. ſu. 2. c. 2. g 1. de an. cap. 22.

V L. Liberas me ab eorum confutatione; nam hoc euerſo, ſponte corruunt illa hoc nixa fulcro. L I L. Conſtat hoc ex illo cap. 2. cui titulus eſt, *Veterum opiniones de cauſſa efficiente.*

V L. Infirma, ſeu nulla probatio ducitur ex titulo capitis; tum quia licet indicet rubrica in eo capite potiſſimum agi de veterum opinionibus circa effectricem cauſſam; non ob id tamen fit quin conſiderari queat in illo ea cauſſa efficiens, quæ coincidit cum formali, atque finali; quinimmo id neceſſarium eſt effici: tum maxime quia tituli capitum non ſunt Ariſtotelis, qui continuata ſerie ſcripſit; cuius continuatam ſcripturam diuiſerunt Interpretes, vt obſeruauit Patricius, & conſtat ex antiquis exemplaribus Græcis; & ex varia capitum diuiſione; ſcribit etenim Patricius, h *Intulit Auerroes proprios tres Ariſtotelica verba ſecandi modos: libros enim in ſummas quaſdam eſt partitus: ſummas vero in capita; capita etiam in textus. Quam diuiſionem poſteriores eius ſectatores omnes ſunt amplexati. Inter eos vero, qui Ariſtotelicos libros ex Græcis Latinos fecerunt, Theodorus Gaza ſuo quo-* h diſ. perip. t. 1. l. 11. in f.

M *dam*

dam modo, ab Auerroico differente libros in capita ſecuit; quod itidem & Argyropilum, & Beſſarionem, & alios exiſtimo feciſſe: vt varijs modis Ariſtotelis libri pro cuiuſque arbitrio ſint diuiſi; quum ipſe integros atque continuatos ſcripſerit, quales Aldus, eiusque hæredes bis eos, Baſileæ ſemel impreſſerunt. Quanquam poſtea Baſilienſes hi eos impreſſerint in capita, partim Theodori, aliorumque diuiſione, partim ſua quadam partitos, &c. Nil igitur opis habes ab inſcriptione capitis. * L I L. Atque ideo grauiſſimi expoſitores illius cap. 2. omnes in hoc conueniunt, vt intellectus in natura ponatur tanquam cauſſa efficiens de mente Anaxagoræ. VL. Attamen non negant mentem eamdem in natura poni tanquam cauſſam formalem: quare nil mihi obſunt, qui non nego intellectum Anaxagoræ poni tanquam cauſſam effectricem mundi; nec tibi proſunt, qui negas eum eſſe mundi formam. L I L. Videndus D. Tho. 1. Meta. lect. 5. Alex. Alenſ. 1. meta. t. 21: vbi exponit tantum de cauſſa efficiente. VL. Illi rationem habuerunt eius, quod principaliter Ariſtoteles intendit ibi declarare; ſed tamen tecum non negant id, quod conſequitur ex dicto Anaxagoræ laudato ab Ariſtotele, nimirum de cauſſa formali, & finali. Quinimmo clariſſimis verbis in t. Magiſter

i 1. meta. com. 10. intellectui Anaxagoræ tribuit rationem cauſſæ non ſolum efficientis, ſed etiam formæ, ac finis; vt etiam de fine notauit Alenſis: verba Magiſtri ſunt, k *Poſt hos autem, & huiuſmodi principia* (materiale, ſ. ac effectiuum) *tanquam non ſufficientia vt entium naturam generarent, rurſus ab ipſa veritate, vt diximus, coacti, illud, quod ſequitur, quæſiuerunt principium* (hoc autem eſt forma, & finis, quæ materiam & efficiens ſequitur) *vt enim entia bene ſe partim habeant, partim fiant, nec ignem fortaſſis, nec terram, nec aliud huiuſcemodi quicquam veriſimile eſt cauſſam eſſe* (nam hæc materia mundi ſunt, entia vero habent vt fiant ab efficiente, vt bene ſint a forma, & a fine) *nec illos veriſimile eſt arbitrari: nec rurſus caſui & fortunæ* (quæ in genere cauſſæ efficientis l locantur) *tantam attribuere rem bene ſe habet*, vt ab ijs entia cuncta id habeant, partim vt bene ſe habeant, quod eſt munus formæ, ac finis, partim fiant. *Quare, qui vt in animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſſam mundi, totiusque ordinis dixerat, quaſi ſobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes apparuit: Iſtas autem rationes*,

k 1. meta. ſu 2. c. 2.

l 2. phy. t. 65.

tiones; (ſcilicet cauſſæ effectricis, vnde habent entia vt fiant; & formalis, atque finalis, vnde habent entia vt bene ſint) *qui palam attigit, Anaxagoram fuiſſe ſcimus*. Vnde luce meridiana clarius eſt Ariſtotelem hic Anaxagoram laudare, quod Intellectui diuino tribuerit; non quidem vnicam rationem principij generantis, ac efficientis entia; ſed rationes plures, quarum vna eſt, vt ſit principium efficiens, a quo mundus habuit vt fieret ab initio; altera eſt, vt ſit principium tum formale, tum etiam finale, vnde mundi entia habent hoc vt bene ſint; quod vniuerſi bonum in ordine conſiſtit partium mundi, qui mundi formam conſequitur: vt in animalibus rationalibus intellectrix anima eſt forma conſtituens hominem, ad quam ſequitur ordo partium mirus in humano corpore; & eſt finis terminans generationem hominis, & cuius gratia ſunt inſtituta omnia membra corporis organici, vt ait *m* alibi Magiſter; quin & cauſſa efficiens gubernans vegetalem, & ſenſitricem animam in omnibus earum functionibus obeundis, adeoque generans prolem; ac ſi D. Thomæ credis, cauſſa primaria generationis ſobolis, vt & aliarum omnium humanarum functionum. Dum igitur hic Ariſ. fatetur Antiquos veritate coactos nouiſſe materiam, & effectricem cauſſam non eſſe principia ſufficientia rerum generationi; ſed vlterius quæſiuiſſe principium, a quo entia habent vt bene ſint; quum hoc ſit forma, & finis prout contradiſtinguitur a materia, & ab efficiente; dumque propterea laudat Anaxagoram ſupra ceteros, quod vt in animalibus, ita in natura dixerit intellectum ineſſe cauſſam mundi, & ordinis totius; aperte conſtituit Anaxagoram poſuiſſe Intellectum Diuinum eſſe mundi cauſſam non ſolum effectricem, vt ais, aſt etiam formalem, & finalem, quod renuis. Secus enim quid laudari debuit Anaxagoras ſupra Antiquiores; qui rerum generationi dabant cauſſam materialem, & effectricem; quæ duo principia non eſſe ſufficientia ſcribit Ariſtoteles? L I L. Albertus etiam Mag. 1. meta. tr. 3. cap. 10. V L. Immo vero ibi M. Alb. fatetur ex Ariſtotelis hoc loco veteres, ac ſpeciatim Anaxagoram poſuiſſe intellectum in genere cauſſæ formalis, & efficientis, licet formalem ab efficiente non omnino ſeiunxerint; vnde citatio hæc inter † Pleſſiacas locum habet; ait enim Albertus,

m 2. de an. t. 36. 37.

† fo. falſ. cit.

n 1. meta. t.3.c.10. *n Dicens autem aliquis inter antiquos intellectum immiſtum et purum vnum eſſe principiorum, quod eſt principium mouens; intellectum dico dantem formas ſuo lumine, quod ad res naturales eſt forma, ſicut ars ad materiam arti operatiuæ ſubiectam, & habet eſſe vnum primum principium, ſicut cauſſa in animalium generatione, & in natura generabilium; & habet eſſe cauſſa totius mundi, & ordinis omnium formarum ſecundum ſuas formas, hic pro certo talia dicens apparuit ſicut purificans priores philoſophos circa principia aliquid præter conuenientia dicentes; palam autem eſt quoniam Anax. hos tetigit ſermones: videns enim quoniam intellectus agentis lumine formæ conſtituuntur & determinantur ſecundum quod lumen illud miſcetur corporibus ſicut lux Solis miſta cum perſpicuo & terminato conſtituit colorum formas, dicebat intellectum agentem ſic eſſe cauſſam animalium & naturæ mundi, & ordinis vniuerſi. & licet primus clare dixerit Anaxag. tamen alium ante conciuem & compatriotam ſuum habuit cauſſam hac dicendi: Hermotimus enim, ſicut Anax. ciuis Clazomenius, cauſſam hac dicendi dedit. Omnes ergo ſic opinantes pariter vno conſenſu ſimul poſuerunt principium exiſtentium eſſe cauſſam, quæ eſt cauſſa ipſius bene in rebus* (ecce formam, & finem) *& tale principium eſt cauſſa vnde motus ineſt exiſtentibus mouentibus ſecundum formæ ſuæ conuenientem proportionem*: Albertus igitur in loco a te producto ſtatuens Anaxagoram ex Ariſt. velle Intellectum Diuinum vniri mundo vt lumen perſpicuo terminato, & eſſe cauſſam ipſius bene eſſe in rebus, & principium vnde motus productiuum omnium formarum; quum lumen erga o 2. de an. t.69. perſpicuum ſe habeat vt o forma, non vt efficiens; & bene eſſe rebus inſit tum a forma, tum a fine, quæ vtraque habent rationem p boni, certo certius eſt te falſo citaſſe M. Alb. quaſi dicen- p 1. phy. t.81. tem hic Ariſtotelem ponere Anaxagoram velle intellectum eſſe q 2. phy. t.23 in mundo cauſſam effectricem tantum, non autem formalem, neque finalem. LII. Et clariſſime omnium Alex. Aphr. 1. † 81. fal. cit. meta. com. 29. VI. Nec abest iſta citatio a † Pleſſiacis; nam Alex. ibi præter cauſſam effectricem attributeam, quæ habet rationem boni; ſeu cauſſam effectricem memorat, quæ ſimul mouet vt bonum, adeoque vt finis. & forma, ſcribit enim de intellectu Anaxagoræ, *Anaxagoras igitur, qui mentem eſſe dixit principium generandarum rerum, admirationi fuit hominibus, quaſi ſolus*

ra-

rationem fuerit ſecutus, ceteris placita ſua temere tradentibus, quum huiuſmodi cauſſam præterirent. Sed addit, (atque animalibus) quoniam in animalibus mente præditis mens eſt principium & cauſſa eorum, quæ ab ipſis recte fiunt. Ergo Anaxagoras, inquit, primus in hanc cauſſam manifeſto veniſſe videtur, quanquam Hermotimus eius ciuis huiuſmodi cauſſæ mentionem feciſſe videri poteſt. Hi ergo cum efficiente cauſſa, cauſſam recte mouendi & efficiendi, principium & cauſſam rerum eſſe ſtatuunt: talis eſt mens; & huiuſmodi motum pertinentem ad recte efficiendum, qui a cauſſa procedere videtur efficiente; quoniam cauſſam recte mouendi, & efficiendi, non autem cauſſam efficiendi ſolum & mouendi principium eſſe ponebant: talis eſt enim mens. Quanquam Heſiodus, inquit, ante hos de his quæſiuiſſe cuipiam videri poteſt; & ſi quis alius amorem aut cupiditatem in hiſce quæ ſunt, vti principium poſuit (vt Parmenides dicere videtur) & aſcripſit ipſorum carmina, quibus hæc dicunt: amor enim & deſiderium pulchri ex horum ſententia motus principium fuit. Atque hi quidem bonorum cauſſam in principijs ponunt. Anaxagoras enim bonum cauſſam facit efficientem. Dum ergo in loco a te citato ſcribit Alex. diſertis verbis, Anaxagoram cum efficiente cauſſa, cauſſam recte mouendi & efficiendi, principium & cauſſam rerum eſſe ſtatuiſſe; talemque mentem eſſe: cauſſamque recte mouendi & efficiendi (quæ forma eſt, quam ceu finem generationis efficiens intendit) & bonum non autem cauſſam efficiendi ſolum & mouendi principium poſuiſſe, clare te coarguit de falſa citatione, qui ſcribis Alexandrum hic exponere Ariſtotelem quaſi laudet Anaxagoram quod ſtatuerit mentem eſſe rerum cauſſam efficientem ſolum, non item formalem; quum rationem boni Ariſtoteles attribuerit tum *q* formæ tum *r* finali cauſſæ, *q* 1. phyſ. t.81.
non autem effectrici. Quin & paullo poſt Alexander addit hæc *r* 2.phy. t.23.
de propoſito, *ſ De Anaxagora vero eadem dicit* Ariſtoteles, *quæ Plato in Phædone:* ceterum ibi Plato ſtatuit Anaxagoram poſuiſſe mentem eſſe cauſſam omnium tum formalem, tum effectricem inquiens, *Verum quum audiſſem aliquando ex libro, vt ille aiebat, Anaxagoræ, legentem quemdam hanc Anaxagoræ ipſius ſententiam, videlicet mentem omnia exornare, omniumque cauſſam eſſe; hoc vtique cauſſæ genere magnopere ſum delectatus, exiſtimans quodammodo conſentaneum mentem eſſe omnium cauſſam: putabamque* *ſ* 1. meta. com.30.

que

tibi conferebat ad præſens inſtitutum; nil meum dogma lædit; non enim ait Intellectum ſic eſſe motorem vt non ſit forma; quod tibi probandum erat: aliud enim eſt Ariſtotelem hic non laudare Anaxagoram quod poſuerit Intellectum eſſe formam; ſed eum laudare quod poſuerit eſſe motorem; quod vltro concedo tanquam verum: aliud eſt, Ariſtotelem laudare hic Anaxagoram quod poſuerit Intellectum eſſe cauſſam ſolum effectricem, & putauerit non eſſe formam; quod aperte negandum eſt; quum paullo poſt Ariſtoteles conſtituturus ſit hunc primum motorem, quem Anaxagoras mentem appellat, ſeu cui Magiſter comparat mentem Anaxagoricam, u eſſe partem eius quod mouetur a ſeipſo, proindeque formam ipſius eſſentialem. LIL. Etiam in 1. de an. t. 34. VL. Profecto Magiſter ibi conſtituit oppoſitum eius, quod aſſeris; tu enim vis inde colligere, Ariſtotelem fateri mentem Anaxagoræ poſitam fuiſſe cauſſam effectricem, non autem formalem; quum tamen in textu a te falſa citatione † producto Philoſophus hæc habeat, x *Quicumque igitur vnam aliquam dicunt cauſſam, & elementum vnum, & animam vnum ponunt; vt ignem, aut aerem; qui vero plura dicunt principia, & animam plura dicunt. Anaxagoras autem ſolus impaſſibilem eſſe dicit intellectum, & nihil commune vlli aliorum habere: huiuſmodi autem quum ſit, quomodo cognoſcit, & propter quam cauſſam, neque ille dixit, neque ex ijs, quæ dicta ſunt conſpicuum eſt.* y *Quicumque autem contrarietates faciunt in principijs, & animam ex contrarijs conſtituunt.* Quibus apertiſſime conſtat Ariſtotelem hic Antiquorum opiniones de anima comparare inter ſe, ſtatuereque cunctos dixiſſe animam eſſe eiuſdem naturæ cum eo principio, quod aſſerebant pro rerum generatione; vt qui ponebant principium rerum vnum, ſeu ignem, ſeu aerem, illi pariter dicebant animam eſſe vnum illud, ſeu ignem, ſeu aerem: qui vero ſtatuebant principia eſſe plura, ijdem aſſerebant animam eſſe plura, ſeu ex illis principijs conſtitutam; quæ putabant eſſe principia materialia, & paſſibilia: ſolus Anagoras poſuit Intellectum eſſe impaſſibilem, nihilque commune habere cum atomis, quas ipſe ponebat rerum principia materialia. Quicumque vero contraria faciunt principia, ij animam ex contrarijs faciunt. Quare ſupponit Ariſt. hic Anaxag. cen-

ſuiſſe

u 8 phyſ. 41. & ſeqq.

† 81. falſ. cit.

x 1. de an. t. 34.

y t. 35.

fuiſſe Intellectum eſſe animam, ac in animatum genere collocari; ſecus enim non erat vt eius opinionem de intellectu compararet cum aliorum ſententijs de anima, & eam illis contraponeret: modo anima decretis a Ariſtotelis generatim ſumpta ſubſtantia eſt ſicut forma: Sic igitur Ariſt. in t. a te citato ſupponit ac edocet Anaxagoram cenſuiſſe Intellectum, quem ponebat impaſſibilem, eſſe animam, & formam. Quod ex eo quoque conuincitur, quia ſtatuit hic Intellectum cognoſcere; nam cognitionis actus ab Intellectu prouenit vt a forma, & anima, dicente Ariſtotele, tum a Intellectum eſſe particulam animæ, qua anima cognoſcit & ſapit; tum Intellectum omnia b intelligere; quem partem animæ nuperrime conſtituerat. Quare falſa prorſus citatio eſt, qua dicis Ariſtotelem 1. de an. t. 34. ſtatuere Anaxagoram conſtituiſſe intellectum in mundo vt cauſſam effectricem, non tanquam cauſſam formalem; quum ibi nulla mentio habeatur de cauſſa effectrice; & ea ponantur, ex quibus colligitur Intellectus eſſe anima, & cauſſa formalis. L I L. Et ſicuti ait Ariſt. lib. 3. de an. t. 4. Anaxagoras dicit *intellectum eſſe immiſtum, vt dominetur*; ergo vt agat. V L. Quaſi ſolum efficiens, non item forma erga materiam ſe habeat vt principium immiſtum, dominans, & actiuum: audi, Fl. incl. Magiſtrum, qui ſtatuit intellectum, quem dicit eſſe c formam formarum, & partem d animæ, quæ e forma eſt, eſſe non f miſtum, eſſe g immiſtum, aſſerentem formam non h miſceri cum materia: conſtituentemque formam i dominari materiei; & ad eam ſe habere vt k actiuum principium ad paſſiuum: dum tum hominem ex anima & corpore tamquam ex i imperante & ſubdito conſtitui ſcribit; tum materiam eſſe principium paſſiuum, formam autem k actiuum aſſerit. L I L. Quocirca non poſſum non mirari Sueſſanum, qui lib. 1. meta. in expoſ. illius cap. 2. dicit Anax. poſuiſſe mentem eſſe animam mundi, atque vniuerſæ naturæ: non video vnde hoc colligat Sueſſ. nam mens Anaxagorica eſt immiſta, & omnino per ſe ſubſiſtens; actiua ſegregationis partium ſimilarium. V L. Miraberis Ariſtotelem, qui poſuit intellectum humanum eſſe l partem animæ humanæ, & omnino animam conſtituentem in eſſe m hominem. Videreque poteras Sueſſanum hoc ex Ariſt. colligere

z 2. de an. t. 4.
a 3. de an. t. 1.
b 3. de an. t. 4.
c 3. de an. t. 38.
d 3. de an. t. 1.
e 2. de an. t. 4.
f 3. de an. t. 6.
g 3. de an. t. 4.
h 1. de gen. t. 83. 87.
i 7. eudem. c. 1.
1. de an. t. 82.
k 1. phy. t. 54. & 56.
l 3. de an. t. 1
m 2. de ge. an. c. 3.

ligere in eodem capite comparante intellectum Anaxagoræ cum intellectu humano: & Ariſtotelem aſſeuerare intellectum humanum eſſe *n* immiſtum, & per ſe *o* ſubſiſtentem antequam vniatur corpori; & ipſum Themiſtium ex *p* Ariſtotele aſſeuerare rationalem animam eſſe actiuum principium ſegregationis organorum, ſiue organizationis humani corporis, vt & ſentiens brutalis, & vegeta plantalis; ait enim diſertis verbis, vt ſupra quoque notaui, *q Igitur & animas in ſuum aliquod ac proprium corpus (ſi ſuum animæ inſtrumentum eſt corpus) diuertere oportebit: Dixi diuertere, immo non diuertit, ſed fabricatur architectaturque conueniens ſibi accommodatumque inſtrumentum, deformat ipſa ſibi, & præparat domicilium, non deformatum ante & præparatum, demum ſubit. Non enim quemadmodum cithara dedolatur prius & conditur* ab artifice fabro, *tum demum adhibetur ad muſicam; ita & corpus ornatur ante inſtruiturque* ab alio agente, *mox anima ſumendum affertur. Quale igitur ſingulis animis corpus inſtrumentumque conueniret; qua ratione anima illud ſibi confingeret, neglectum a Timæo penitus & retro habitum videtur.* Ita plane Diuinus Intellectus Anaxagoræ mundum conſtruit, ac velut organizat, cui conſtructo, ac organizato ſemetipſum exhibet in formam aſſiſtentem, & omnia recte gubernantem. LII. Non autem inexiſtens corporibus, ſicut anima inexiſtit animato. VL. Ariſtoteles oppoſitum decernit, tum ſtatuens ex mente propria Deum ſub ratione primi Motoris, mundique gubernatoris inexiſtere in nobis, & eſſe in vniuerſo, dum ait, *r Ipſa autem (quæritur) cuiuſmodi facultate inſtructa efficere eiuſmodi queat: quod perinde eſt, ac ſi principium motus in anima quid ſit inquiratur: patet autem ſic eſſe, quemadmodum in vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo; mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine:* quibus aperte comparat Deum erga mundum animæ erga animatum; ſtatuitque Deum ita eſſe motorem omnium in mundo, vt anima eſt principium motus in animato: nam & anima eſt in animato veluti pars in toto, ſiue vt forma in ſubiecto: & viciſſim animatum eſt in anima vt totum in parte præcipua, & materia contenta in forma continente: tum etiam ex mente Anaxagoræ ſcribens. *ſ Quare qui vt in animalibus, ita in natura intellectum inesse cauſſam mundi, totiusque ordinis dixerat, quaſi ſobrius compara-*

n 3. de an. t. 4. 6.
o 1. de an. t. 82.
p 2. de an. t. 53.
q 1. de an. c. 22.
r 7 eudem. cap. 18.
ſ 1. de an. ſu. 2. cap. 3.

tus ad Antiquiores vana dicentes, apparuit: iſtas autem rationes quò
palam attigit, Anaxagoram fuiſſe ſcimus. L I L. Eſt intellectus
ſeparatus teſtimonio D. Tho. 1. con. gen. cap. 20. & quæſt. de
an. art. 8. ad 3. Hæc volui breuiter adnotaſſe pro dicendis in ſe-
quentibus conſiderationibus. V L. His euerſis, quibus nitun-
tur dicendæ tuę conſiderationes, inclyte Flos; iam mihi non am
plius ingruet neceſſitas diligentius expendendi dicenda a te in
poſterum. ſed tamen ea percurram. Quod enim hic ais, Intelle-
ctum eſſe ſeparatum, ſi de Diuino profers in relatione ad mun-
dum, vt videtur; hoc non tollit quo minus poſſit eſſe anima
mundi, & vniri mundo vt forma; nam Ariſtoteles intellectum
t 3. de an. c. 1. humanum, quem dixerat eſſe t partem animæ, formamque
u ſpecificam hominis, aſſerit eſſe x ſeparatum: ſeparatus autem
u 2. de gen. an. cap. 3. dicitur Intellectus vterque, diuinus a mundo, humanus a cor-
4. de part. cap. 10. pore noſtro, non quia non ſit forma; ſed quia neuter dependet
a ſubiecto ſibi corpore; neuter vtitur eo ad proprias functiones
x 3. de an. c. 20. obeundas vt inſtrumento; & ob rationes a me y dudum allatas.
Quod autem addis D. Tho. teſtimonium, falſa citatio eſt; nam
y 2. de nat. pr. mo. c. 2. primo z loco D. Tho. non agit de Intellectu Anaxagoræ, de
z 1. cō. gen. cap. 20. quo tu nunc mecum agis, at de Deo: nec ibi D. Tho. ait Deum
eſſe omnino ſeparatum, ſiue ſimpliciter † ſeparatum a corpore,
† 83. fal. cit. vt non poſſit vllo modo dici forma corporis; at ſolummodo pro-
bat Deum non eſſe corpus, neque virtutem in corpore, quæ mo-
ueatur per accidens ad motum corporis; quod ego confiteor vl-
tra; ſed non negat D. Tho. Intellectum Anaxagoræ, ac ſi pla-
cet Deum eſſe formam aſſiſtentem ita corpori, vt non moueа-
tur ad motum corporis, in quo ineſt per aſſiſtentiam; vt ego ſta-
tuo: quæ omnia clare conſtant ex eo capite D. Tho. quod ob
eius prolixitatem non affero. Alter vero locus ex D. Tho. ci-
† 84. falſ. cit. tatus pene Pleſſiaca pariter † citatio eſt; nam aliud eſt Anaxa-
goram cenſuiſſe Intellectum Diuinum eſſe animam Solis, aut
alicuius corporis cæleſtis determinati; quod D. Tho. ibi negat
a quæſt. de an. ar. 8. ad 3. aſſerens, a *Nam apud Phyloſophos Anaxagoras poſuit intellectum*
agentem eſſe omnino immiſtum & ſeparatum, & corpora caleſtia eſſe
inanimata, vnde etiam damnatus ad mortem dicitur eſſe propter hoc
quod dixit Solem eſſe quaſi lapidem ignitum; aliud eſt Anaxagoram
cenſuiſſe Intellectum Diuinum eſſe formam, & animam totius
mun-

mundi; quod nobis *b* Ariſtoteles indicauit; nam vt de Intellectu humano decreuit *c* Ariſtoteles, difficile eſſe vel fingere quam partem corporis, aut quomodo contineat, quum ſit forma totius tribuens eſſe rationale, ac humanum *d* toti homini, non determinate vnam tantum partem humani corporis actuans & viuificans, nec determinatæ alicui parti tribuens eſſe rationale, ac humanum; ita de intellectu diuino ſanxit Anaxagoras, eſſe formam & animam totius mundi; vt notauit *e* Ariſtoteles; at non eſſe formam & animam Solis, aut vllius determinati corporis cæleſtis; vt obſeruauit D. *f* Thomas. Itaque conſtituenti mihi Ariſtotelem ex Anaxagoræ laudata ſententia ponentem Intellectum diuinum ita eſſe in Vniuerſo, totoque mundo, vt Intellectus humanus ineſt in toto homine; proindeque colligenti Deum, qui non eſt anima peculiaris vllius orbis ætherei, eſſe formam Vniuerſi, animamque totius mundi, non informantem, ſed aſſiſtentem; falſa citatione opponis tanquam contradicentem D. Thomam in eo loco, vbi ne verbum quidem de forma vniuerſi, aut de anima mundi; ſed ſolum de anima Solis, & cæli quod eſt mundi pars quædam. L I I. Addo pro maiore explicatione opinionis Anaxagoræ 1. meta. t. 16. vbi Ariſt. de Anaxagora dicit duo elementa ipſum poſuiſſe: Explicant omnes de duobus principijs, videlicet de *cauſa efficiente, & de materia*: ita D. Tho. lec. 12. circa finem. Alb. M. 1. meta. tr. 5. c. 3. Alex. Alen. 1. meta. t. ſuo 40. & Sueſſ. 1. meta. t. 16. V I. At Ariſtoteles ipſe paulſo poſt explicat ſemetipſum de materia, & de forma; & in eodem textu a te citato id ſatis innuit aſſerens Anaxagoram duo elementa poſuiſſe; nam elementum non dicitur de cauſſa effectrice, quæ externa eſt, ſed ſolum de cauſſis internis, cuiuſmodi ſunt materia, & forma; vt adnotat *h* Auerroes. Quod ſi ratio nobis habenda ſit de D. Thoma, M. Alberto, Alex. Alenſe, ac Sueſſano, a te citatis, dicendum eſt, Ariſtotelem ibi conſiderare ſententiam Anaxagoræ de duplici principio ante mundi conſtitutionem, & in ipſamet mundi conſtitutione; in quo duplici ſtatu Deus non eſt proprie mundi forma, ſed cauſſa effectrix; nam forma non eſt proprie ſub ratione formę ante generationem, & in ipſo actu generationis, ſed in termino generationis, & hoc ad efficientis

b 1. metaſu. 2. cap. 10
c 1. de an. t. 92.
d 2. de gen. an. cap. 5.
e 1. metaſu. 2. cap. 2.
f quæſt. de an. ar. 8. ad 3.
g 1. meta. t. 18.
h 5. meta. com. 14.

differentiam, vt multo poſtea clare determinat Ariſt. inquiens,
i 12. meta. tex. 16. *i Cauſſa itaque mouentes, tanquam antea orta, exiſtunt; quæ vero vt ratio, ſimul ſunt: quum enim ſanus ſit homo, tunc etiam ſanitas eſt; & forma aneæ ſphæræ ſimul atque anea ſphæra*. At in termino conſtitutionis mundi Deus illi ſe formam exhibet; vt qui fuit cauſſa mundum efficiens idem euadat forma mundum conſtituens ex Anaxagora, & Ariſt. talia ſcribente in loco a te citato,
k 1. meta. tex. 16. *k Anaxagoram vero ſi quis putauerit duo dicere elementa, maxime ſecundum rationem arbitrabitur: quam ille quidem ipſe non digeſſit, neceſſario tamen fuiſſet eos, qui eam inferrent: Quandoquidem & aliter quum abſurdum ſit dicere a principio omnia miſta eſſe*, (ecce ſtatum ante mundi productionem) *tum quoniam accidit immiſta oportere antea eſſe; tum quoniam non eſt natura aptum quodcumque cuicumque miſceri*. & l mox.
l tex. 17. *Quando enim nil erat ſeparatum, patet quod nil erat vere de illa ſubſtantia dicendum: dico autem quod neque album, neque nigrum &c. nec aliud quicquam ſimilium: nec enim quale quid poſſibile eſt eſſe, neque quantum, neque quid: formarum enim, quæ in parte dicuntur, aliquæ ei ſane ineſſent; hoc vero impoſſibile, ſi miſta ſint omnia: eſſent enim iam ſeparata*. vnde conſtat Anaxagoram negare formas ante mundi conſtitutionem; quam fieri volebat per ſeparationem eorum, quæ in chao confuſa, & permiſta deliteſcebant. Subdit Ariſtoteles de Anaxagora,
m tex. 18. *m Ait autem omnia eſſe miſta, intellectu excepto; hunc vero ſolum impermiſtum. Ex his vero accidit principia dicere, & ipſum vnum (hoc enim ſimplex & impermiſtum) & alterum tanquam ens, quale indeterminatum ponimus, antequam determinetur, & aliqua participet forma. Quare dicit quidem, neque recte, neque clare, vult autem ſimile quidam & ijs, quæ poſterius dicunt, & ijs, quæ nunc magis apparent*. nempe Anaxagoras non dicit recte omnia ante mundi conſtitutionem eſſe confuſa & miſta ſimul in chao; neque clare quomodo ſolus intellectus ſit impermiſtus; vult autem ſimile ijs, quæ poſterius dicunt, vt poſt determinationem chaos participet aliqua forma, quia mundus, in quem chaos conuertitur, participat intellectum diuinum tanquam ſui formam: neque enim alia forma eſt, quæ mundo tribui valeat, quam Deus, qui
n 12. meta. t. 49. eſt n primum quod quid erat eſſe, a cuius vnitate numerica & ſpecifica mundus ipſe ſortitur itidem vnitatem numericam, &

ſpecificam; vt ait Ariſtoteles. L I I. Neque dicat quiſpiam poſſe intellectum ſimul eſſe formam & cauſſam efficientem, quia reſpectu eiuſdem idem numero non eſt forma, & efficiens; ſed idem ſpecie, iuxta vulgatam doctrinam Ariſtotelis 2. phy. 70. quo in loco legi debet S. Tho. lect. 11. egregie hoc explicans, & 1. p. q. 3. a. 8. Si ergo iſta mens eſt vera cauſſa effectiua mundi, non bene dici poterit forma & anima mundi; niſi æquiuoce, & per ſimilitudinem, & proportionaliter. Hoc t. ſæpiſſime repetitur infra a Domino meo, expoſitio hic allata ſemper afferenda. V L. Expoſitio iam euerſa fruſtra affertur: ſæpius t. vſurpatur, quia multis foetus dogmatibus in propoſito noſtro clariſſimis: & vt lubens concedo intellectum non eſſe ſimul eodem tempore formam, & cauſſam efficientem reſpectu eiuſdem numero; ſic abſolute nego fieri non poſſe vt idem intellectus ſit poſtea forma eiuſdem numero ſuppoſiti, cuius prius fuit cauſſa efficiens: nec oppoſitum docuit Ariſt. 2. phyſ. t. 70. nam ibi dicens Ariſt. *Veniunt autem tres cauſſæ in vnam plerumque; ipſum enim quid eſt, & id, cuius gratia, vna eſt; ipſum vero vnde motus primum ſpecie eadem eſt his: homo enim hominem generat.* non propterea negat cauſſam efficientem, quam eamdem ſpecie dicit eſſe cum forma, & fine, eſſe poſſe quoque cum ijs eamdem numero; ſed rationem habuit Ariſtoteles eius, quod vt plurimum contingit in natura: nam forma, & finis maxime reſpectu eiuſdem effectus abſolute non coincidunt in vnum numero ſemper; quum forma ſit cauſſa interna, finis autem externa: ſed vt eadem natura, quæ eſt finis terminans generationem rei, mox euadit forma conſtituens in eſſe rem eandem: ita eadem natura non raro, quæ eſt efficiens cauſſa rei alicuius, mox in fine generationis illius euadit eiuſdem forma conſtitutiua; ſic pridem obſeruaui de immediatis, & incorporeis agentibus, de quibus in loco a te citato non agit Ariſtoteles, at de corporeis & mediatis, dum ait efficiens cum forma coincidere in vnum ſpecie, quod homo hominem generet; nam homo eſt agens corporeum & mediatum, generat enim hominem mediante ſemine, facultateque animæ ſemini communicata; ſecus eſt de agentibus incorporeis & immediatis, cuiuſmodi ſe habet Deus, ſiue mens Anaxagoræ erga mundum a ſe conditum; nam vt in plantis

ani-

anima eadem numero cauſſa eſt incorporea efficiens tum fructus & ſemina, tum in augmenti motu partes maiores; quibus in termino generationis ipſa ſemetipſam exhibet in formam ſpecificam fructuum, ſeminum, partiumque nouarum (vt ita dicam): plantæ namque anima præexiſtens generans nouos fructus, nouaque ſemina, ijs genitis ipſa ſeipſam exhibet formam eſſentialem; animati namque ſunt fructus, & ſemina in plantis proprijs, in quibus aluntur, & augentur; nec animam a planta, cui adhæreſcunt, veluti partes, diſtinctam habent: ſimiliter ficus arbor initio æſtatis emittens ramuſculos nouos vndique fere dodrantales a vetuſtis velut exeuntes, ac exorientes, animæ propriæ beneficio nouellos illos ramuſculos generat, quibus a ſe genitis eadem anima ficus arbori toti coextenſa ſe ſe communicat in formam & animam; quę vna totam arborem, & ſingulas illius particulas tam veteres, quam recens genitas animat: Ita prorſus in animalibus, vbi primum materia feminæ ſumpſerit a ſemine maris animam, quæ dicitur p Ariſtoteli principium quo animata eſt, conceptus fit; qui beneficio animæ ſuæ ſenſim generat cor, hepar, cerebrum, & alias quaſque partes animalis, ijſdemque quas genuit, ſtatim ſe ſe exhibet in formam & animam: vt abſolute verum non ſit cauſſam effectricem non poſſe in vnum numero coincidere cum forma eius, cuius eſt cauſſa, ſed ſolum ſpecie: hoc enim ſolis agentibus corporeis & mediatis competit, cuiuſmodi eſt homo hominem generans, cuius non eſt forma; ſecus eſt de agentibus incorporeis & immediatis, vt vidimus: adeoque Deus, qui mundum condidit Anaxagoræ, belle poteſt Ariſtoteli conditum a ſe mundum actuare, atque continere vt forma materiam. Sed & D. Tho. in loco a te q citato contra te decernit, non abſolute ſeu per efficctricem cauſſam eſſe idem ſpecie cum forma rei a ſe genitę; ſed ſolum in vniuocis: qua ergo ratione dogma Philoſophi non eſt vniuerſale, quia non competit non vniuocis; eadem ſputi dogma non eſſe vniuerſale, quia non competit omnibus agentibus incorporeis, & immediatis; cuiuſmodi eſt Intellectus Anaxagoræ. SIB. Hanc Vlyſſis opinionem contra tuum placitum, o Lilium, confirmant Theologi recentiores, qui vim habent apud te probationis; nam eorum vnus ait, † *Non videtur*

p 1. de gen. an. c. 3.

q 2. phyſ. t. 11.

† H. Faſol. 1. p. q. 3. ar. 8. dub. 2.

tur

tur preciſe contra rationem primi efficientis, ipſum ſeipſo vnire ſe alteri, & componere cum illo vnum per ſe: ſicut de facto Diuinum Verbum produxit humanitatem Chriſti, eamque ſibi vniuit, & ſimul cum illa conſtituit vnum per ſe compoſitum ſubſtantiale, quod Chriſtum vocamus. Quod ſi dixeris, Verbum non eſſe vnitum humanitati in genere cauſſæ formalis, ſed in alio genere cauſſę, vt aiunt, terminatiuę; id quidem recte; ſed a paritate petita ex hoc conceſſo ſumitur neceſſitas probandi num idem numero verbum poſſit eſſe cauſſa efficiens, ſimul & formalis terminus rei per ipſam facte, non autem formalis cauſſa: cur enim hoc, & non illud fuerit contra rationem primi efficientis? Sed hæc Vlyſſis captum ſuperant, dum purum Phyſiologum agit. LIL. r In pag. 10. & 11. aſſeritur æternitatem motus generaliter accepti reducendam eſſe in Deum tanquam in primum motorem communem, & vniuerſalem; perpetuitatem vero cæleſtis motus reſoluendam in Intelligentias ſecundas motrices orbium. VL. Id ego ſtatui fretus Ariſtotelis doctrina non ſolum decernentis effectus ſ vniuerſales in cauſſam vniuerſalem, & particulares in particularem, ac ſemper in ſummam referendos eſſe; verum etiam aperte t negantis æternitatem motus generatim referri poſſe in plures motores. LIL. Ego autem credo perpetuitatem motus in genere, quæ conſiſtit in ſucceſſione & ſerie motuum inferiorum non interrupta, & ſemper conſequenter ſe habentibus motibus ad alios motus, vt 6. phyſ. 94. non ſoli Deo tribuendam eſſe, ſed Intelligentijs etiam ſecundis cælorum motricibus. VL. Iam tu hic non recte motum in genere coarctas ad motus inferiores; quaſi motus ſuperiores non ſint in genere motus; quod falſum eſt omnino; quum Ariſt. ipſe de hac æternitate motus vniuerſi, prout commune quid eſt ad cæleſtes pariter, & ſubcęleſtes agat apertiſſime initio octaui Phyſicorum dicens, u *Vtrum autem factus eſt aliquando motus, quum non eſſet prius; & corrumpitur rurſus, adeo vt moueatur nihil; an neque factus eſt, neque corrumpitur; ſed ſemper erat, & ſemper erit; & hoc immortale, & ſine quiete ijs ineſt, quæ ſunt, veluti vita quædam, quæ ineſt natura ſubſiſtentibus omnibus,* non autem ſolis inferioribus, ac elementarijs. Talemque motus vniuerſim accepti, qui rebus omnibus naturalibus tam cæleſtibus, quam ſubcæleſtibus ineſt, æternitatem mox ait

r pag. 52.

ſ 2. phyſ. t. 38.

t 8. phy. t. 47.

u 8. phy. t. 1.

Ariſt.

x tex. 3. x Ariſt. eſſe neceſſariam, ſummeve vtilem *ad methodum, quæ de primo principio eſt*, nimirum de primo motore immobili, quam
y pag. 49. habet in octauo Phyſico; in quo tu y ſtatuis immobile illud, ad quod aſcendit Ariſt. eſſe Deum prout contradiſtinguitur ab omnibus alijs Intelligentijs: Quum itaque Magiſter aſcendat ad primum motorem per motus æternitatem, veluti ad cauſſam per effectum; iam ex tuis etiam placitis, nedum ex Ariſtotelicis, neceſſario colligendum eſt, æternitatem motus vniuerſim accepti referendam eſſe in vnum Deum, non item in aliam vllam Intelligentiam. Et vere Philoſophus de perennitate motus vniuerſim accepti fuſe tractat ab initio libri octaui vſque ad textum quinquageſimum quartum: in quo nouo facto principio tractare aggreditur de perpetuitate motus cæleſtis, prout hic a ſubcæleſti contradiſtinguitur: ac vt ex illa conditiones vnius primi motoris Dei ſatagit inueſtigare; ſic ex hac poſteriori ſtudet indagare proprietates primi motoris tum dependentis, qui chorus eſt ſecundarum Intelligentiarum: tum independentis, qui Deus eſt vnus. quare non bene coarctas motum vniuerſim acceptum ad motum ſubcæleſtem, quem rerum inferiorum dicis. Deinde falſo ponis perpetuitatem motus in genere conſiſtere in ſucceſſione & ſerie motuum inferiorum non interrupta, & ſemper conſequenter ſe habentibus motibus ad alios motus; quia conſiſtit in perenni duratione motuum cæleſtium eorumdem numero ſimul, ac ſubcæleſtium in vna ſpecie, vel in vno genere ſimpliciter: & de hac perennitate motus tam cæleſtis, quam ſubcæleſtis clare ſatis agit Ariſtoteles in
† 85. falſ. cit. eo textu, quem tu, Flos inclyte, falſa † citatione coarctas ad motus inferiores; ait enim, u *Sed, ſi eſſe poſſibile ſic, vt tempore ſit*
u 6. phyſ. 294. *infinita, vna, & eadem exiſtens, conſiderandum eſt. Nam vna quidem, ſi non fiat, nihil fortaſſe probibet: vt ſi poſt lationem alteratio ſit, & poſt alterationem augmentatio; & rurſus generatio: ſic enim ſemper quidem erit tempore motus, ſed non vnus propterea quod non eſt vnus ex omnibus. vt autem fiat vnus, non contingit infinitum eſſe tempore, præter vnum: hic autem eſt vnus, ipſa circulo latio*; quæ motus cæleſtis eſt. Sed quomodo probas intentum? LIL. Vtor hoc argumento, Effectus, qui poſſunt reduci ad cauſalitatem cauſæ ſecundæ, non ſoli Deo attribuendi ſunt, ſed etiam

eſſi-

Digitized by Google

efficientiæ cauſſarum ſecundarum: motus perpetuus in genere, reduci poteſt ad cauſalitatem ſecundæ cauſę: ergo non ſoli Deo tribui debet, ſed etiam efficientiæ ſecundarum cauſarum.

VL. Vtrumque rationis huius fundamentum nutat; primum quidem, quia effectus, qui reſolui poſſunt in cauſſas ſecundas, ab ijs proxime pendent vt a cauſſis proprijs, a Deo vero tanquam a cauſſa remota & communi; modo ſcientificus effectus refert ſolum in cauſſas proprias & proximas, non in remotas & communes; vt monet *x* Ariſtoteles adeoque effectus, qui reduci poſſunt ad cauſſas ſecundas, ij non attribuendi ſunt & Deo, & cauſſis ſecundis, vt ais; at ſolis cauſſis ſecundis; non quia non pendeant a Deo, ſed quia non pendēt a Deo, vt a cauſſa propria, cuius ſolius, non item communis, rationem habet ſcientificus. *x* 8. meta. t. 12.

LIL. Maior diffuſe probatur a S. Tho. 3. con. gen. cap. 69. 2. diſt. 1. q. 1. a. 4. 3. de potentia a. 7. & 1. p. q. 105. a. 5. VL. Omnibus hiſce locis D. Tho. nihil aliud profitetur, niſi Deum non debere ſtatui cauſſam ſolam & propriam vniuſcuiuſque rei, effectusque naturalis, adeo vt præter Deum nulla ſit cauſſa propria particularium euentuum, contra pleroſq; negantes efficientiam omnem rebus omnibus infra Deum ſitis; quod longe aliud eſt, ab eo, quod aſſeris ibi D. Thomam fuſe probare. LIL. Habetur ex D. Aug. 7. de Ciu. cap. 30. SIB. D. Aug. ibi & præcedenti capite ſatagit ethnicorum errorem ſubuertere, qui Deos plures colebant autores principales multarum rerum, excludentes viceuerſa vnum verum Deum ab efficientia rerum ſingularum; nam conſtituit ſingulas res, & ſingulos effectus plurimum prouenire a cauſſis peculiaribus infra Deum tanquam a cauſſis principalibus; at etiam a Deo vno & vero tum cuncta primum per creationem prodijſſe, tum creaturas omnes in proprijs operationibus obeundis gubernari, ſiue ſint cauſſæ principales effectuum ſuorum, ſiue conſequentes; a Deo inquam vt a cauſſa communi, *y qui cauſſas, non ſolum principales, ſed etiam conſequentes nouit, atque ordinat; qui Lunæ ſtatuit motum ſuum* &c. qui *z Sic adminiſtat omnia quæ creauit, vt etiam ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat. Quamuis enim nihil eſſe poſſit ſine ipſo, non tamen ſunt vlla, quod ipſe. Agit autem multa etiam per Angelos* &c. Vnde conſtat Deum poni cauſſam omnium com- *y* 7. de ciu. cap. 29. *z* cap. 30.

munem, & remotam, ſiue mediatam, non autem ſingulorum
propriam, & proximam, ac ſimpliciter immediatam; quæ ſola
a 8. meta. c. 11. eſt, ad quam ſcientificus reducere a debet effectus: quod eſt
valde diuerſum ab eo, quod ex D. Aug. haberi fateris. L I L.
Auerr. inter philoſoph. illam docet 9. meta. com. 7. & 12. meta. com. 18. V L. Conſimiliter dicendum eſt de Auerroe;
nam priori loco hæc habens, *Moderni autem ponunt vnum agens omnia ſine medio ſ. Deum: et contingit iſtis vt nullum ens habeat actionem propriam naturaliter; & quum entia non habuerint actiones proprias, non habebunt eſſentias proprias: actiones enim non diuerſantur, niſi per eſſentias diuerſas. & iſta opinio eſt valde extranea a natura hominis; &, qui recipiunt huiuſmodi, non habent cerebrum habilitatum naturaliter ad bonum*. ſolum vult, Deum non debere ſtatui cauſſam propriam & immediatam omnium rerum; ſingulorumque effectuum naturalium; ſed non tamen ponit, effectus, qui reduci poſſunt ad cauſſas ſecundas, attribuendos eſſe a ſcientificis Deo ſimul, & cauſſis ſecundis, vt agenti proprio & immediato, cuius ſolius rationem habet ſcientificus. Poſteriori vero loco nihil reperio, quod ad propoſitum faciat, ſed potius ad oppoſitum; quum afferat Auerroes ibi menſuras actionum agentium ſubcæleſtium, adeoque perpetuitatem motus generatim ſumpti pendere ab vna forma diuina, non a multis ſub ea
b 12. meta. com. t. 18. contentis, inquiens, *b ergo calores generati ex caloribus ſtellarum* (proindeque omnes agentes naturales, quippe frigidum non
c 2. de part. cap. 7. de reſp. c. 20. c ingreditur opera naturæ) *generantes quamlibet ſpeciem ſpecierum animalium, habent menſuras proprias illius caloris ex quantitatibus motuum ſtellarum, & diſpoſitionibus earum ad inuicem in propinquitate & remotione. Et iſta menſura prouenit ab arte diuina intellectuali, quæ eſt ſimilis vni formæ vnius artis principalis, ſub qua ſunt artes plures*. Vnde conſtat Auerr. in loco a te citato ſtatue-
† 86. falſ. cit. re † oppoſitum eius, quod aſſeris, nimirum Menſuram, propterea que durationem, ac omnino perpetuitatem motuum omnium tam cæleſtium, quam ſubcæleſtium in genere ſumptorum, proindeque motus vniuerſim accepti prouenire ab vno Intellectu diuino, qui ſub ratione primi mouentis æterni habet ſub ſe multos Intellectus abſtractos, qui ſunt plures motores peculiares orbium cæleſtium. Quare maior illa tua vera non eſt

in eo ſenſu, quo ipſam attuliſti. Sed tamen diſputationi dantes eam, & non concedentes, negamus audacter minorem. LII. Minor propoſitio eſt Ariſtotelis apertiſſime. VL. Certe perpetuitatem motus vniuerſim Ariſtoteles apertiſſime tribuit non ſemper efficientię cælorum, ſed vni primo motori Deo, vt conſtat ex eius verbis fide relatis; ait enim, *d Vt igitur alia quidem generentur, alia vero corrumpantur, & hoc ſit continue* (nota perpetuitatem motus generatim) *nulla cauſſa eſt immobilium quidem, non ſemper autem exiſtentium: neque rurſus eorum, quæ ſemper quidem hæc mouent, horum autem alia: ipſius enim, quod ſemper eſt, & continui, neque vnumquodque ipſorum cauſſa eſt, neque omnia: nam ſic ſe habere perpetuum, & ex neceſſitate eſt: omnia autem infinita, & non ſimul omnia ſunt. e Manifeſtum igitur quod quamuis decies millies aliqua principia immobilium quidem, mouentium autem, & multa eorum, quæ ipſa ſeipſa mouent, corrumpantur, alia vero inſuper generentur; & hoc quidem immobile exiſtens hoc mouet, alterum autem hoc; at nihilominus aliquid eſſe quod continet: & hoc præter vnumquodque eſſe id, quod eſt cauſſa vt alia quidem ſint, alia vero non, & continuæ mutationis: & hoc quidem his, hæc autem alijs cauſſa motus ſint.* Quibus apertiſſime decernit Ariſtoteles continuæ mutationis, ſeu perpetuitatis motus generatim ſumpti, quem hic appellat nomine tum mutationis, tum generationis abſolute, vt eſt quid *f* commune ad generationem ſimpliciter, quæ eſt mutatio ſubſtantialis, & ad generationem ſecundum quid, quæ eſt mutatio accidentalis; ac omnino ad motum omnem, quem ſuperius nuncupauerat nomine generationis inquiens, *g Generationem igitur aufert, & corruptionem hic ſermo: fere autem & ipſum moueri, fieri quippiam, & corrumpi videtur omnibus: in quod enim mutatur, fit hoc, aut in hoc; ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc, aut hinc.* Sic ergo perennitatis motus vniuerſim accepti cauſſam contra tuum placitum conſtituit Ariſtoteles non eſſe mouentia multa immobilia ſemper mouentia, neque vnumquodque illorum; ſed præter horum vnumquodque id, quod omnia continet, ac eſt cauſſa cunctis vt alia ſint, & alia non ſint; quod proprie nil niſi Deus eſt; non autem vlla ex Intelligentijs ſecundis infra Deum; quæ omnes a Deo in eſſe dependent. LII. Nam ipſe hanc perpetuitatem mo-

d 8. phy. t. 46.

e tex. 47.

f 1. de gen. t. 11.

g 8. phyſ. t. 24.

tus vniuerſim accepti tribuit ſemper efficientiæ cælorum, & motuum cæleſtium, vt in 2. de gen. 55. & 56. V L. In primis apparuit apertiſſime non ſemper Ariſtotelem tribuiſſe perpetuitatem motus vniuerſim accepti efficientiæ cęlorum, & motuum
h 8.phy.t. cæleſtium; quum eam h adſcripſerit mouenti immobili omnia
46.47. continenti, & omnibus motum & eſſe tribuenti; quale non eſt cælum. Deinde ſi ſemper Ariſt. poſuit cauſſam æternitatis motus abſolute cælum eſſe; iam non erit illius æternitatis cauſſa chorus Intelligentiarum, vt probare contendis: non ne diſtin-
i pag.101. guis Intelligentias a cælo? Tu, Pl. incl. qui profiteris infra i cę-
& ſeqq. lum animatum ſi ſit, non ab Intelligentia, ſed ab anima propria informante cum Alexandro animari: nunc probaturus, motum perpetuum in genere reduci poſſe ad cauſſalitatem cauſſæ ſecundæ, quam dixeras eſſe ſecundas Intelligentias cælorum motrices, aſſeris hoc apertiſſime docere Ariſtotelem, qui ſemper æternitatem motus vniuerſim ſumpti tribuit efficientiæ cælorum? Deinceps quomodo verum eſſe poteſt perpetuitatem motus vniuerſim ſumpti pendere a cæleſtibus motibus vt a cauſſa? non ne motus cæleſtes ſunt in genere motus vniuerſim ſumpti? quomodo idem ſibimetipſi poterit eſſe cauſſa perpe-
k 2. de gen. tuitatis propriæ? Denique vero falſa citatione refers k Ariſto-
t.55.56. telem quaſi ſtatuat cęlum, & motus cęleſtes eſſe cauſſam perpetuitatis motus generatim ſumpti, de quo noſtra controuerſia
l de nat.pr. eſt; nam ego l conſtitui Deum ſolum ſub ratione primi-mo-
mo. p. 10. uentis eſſe cauſſam æternitatis motus generatim ſumpti, per
11. talem motum accipiens aggregatum ex omnibus motibus tam cęleſtibus, quam ſubcęleſtibus; de quo aggregato non loquitur Ariſtoteles in loco a te producto; ſed ſolum de perpetuitate
m 2. de ge. motus ſubcęleſtis vniuerſim accepti; dicit enim, m *Amplius au-*
t.55. *tem quoniam ſecundum lationem motus demonſtratum eſt quod eſt*
† 87. falſ. *perpetuus, neceſſe eſt his exiſtentibus &* † *generationem eſſe conti-*
cit. *nue: latio enim faciet generationem inceſſanter, quia adducit, & ab-*
n tex.56. *ducit generatiuum* &c. & mox, n *Quoniam autem ſuppoſitum eſt, & demonſtratum continuam eſſe rebus generationem, & corruptionem; dicimus autem lationem cauſſam eſſe generationis, manifeſtum eſt quod vna exiſtente latione non contingit fieri ambo, quia contraria ſunt: idem enim & ſimiliter ſe habens ſemper idem natum eſt*

facere:

Digitized by Google

facere : quocirca generatio erit ſemper, aut corruptio: oportet autem multos eſſe, & contrarios motus, aut latione, aut inæqualitate : contrariorum enim contrariæ cauſſæ : Ideoque non prima latio cauſſa generationis, & corruptionis eſt, ſed quæ ſecundum obliquum circulum : in hac enim & continuum vnum eſt, & moueri duobus motibus : Neceſſe enim; ſi erit ſemper continua generatio, & corruptio, ſemper aliquid moueri, vt non deficiant ipſæ tranſmutationes; duobus autem, vt non ſolum contingat alterum. Continuitatis igitur, quæ totius eſt, latio cauſſa eſt; accedendi vero, & recedendi inclinatio: contingit enim quandoque fieri longe, quandoque vero prope : inæquali vero diſtantia exiſtente, inæqualis erit motus : Quocirca, ſi in aduenìendo, & in prope eſſe generat, & in recedendo, & longe fieri, idipſum corrumpit : Et ſi in ſæpe aduenìendo generat, & in ſæpe recedendo corrumpit: contrariorum enim contraria cauſſæ. Quibus luce meridiana clarius eſt, Ariſtotelem tum agere de cauſſa perpetuitatis non motus vniuerſim accepti, ſed generationis, & corruptionis ſubſtantiarum, prout a motibus alijs vtraque contradiſtinguitur: tum maxime diſtinguere motus cæleſtes in primam lationem, quam appellat totius; & in lationes orbium infra primum mobile factas ſuper polos Zodiaci; quem vocat obliquum circulum; decernereque lationem omnem, quæ fit ſecundum obliquum circulum, eſſe cauſſam generationis, & corruptionis; at non continuitatis ac perennitatis in eis: lationem vero primi mobilis, adeoque motum diurnum, eſſe cauſſam non generationis, & corruptionis, verum continuitatis ac æternitatis in generatione corruptioneque. Contrarium ergo decernit hic Ariſtoteles ei, quod tu falſa † citatione dicis Ariſtotelem hic perpetuitatem motus vniuerſim accepti tribuere efficientiæ cælorum, & motuum cæleſtium abſolute, ac proinde non vni ſoli Deo, ſed etiam efficientiæ ſecundarum cauſſarum, ac omnino ſecundis intelligentijs; nam hic aperte decernit cauſſam continuitatis æternitatiſque generationis & corruptionis non eſſe motus cæleſtes orbium ſecundorum, ſed ſolum motum primi mobilis; & quum tu o ſuperius multis probare conatus fueris Intelligentiam immediate rotantem ſupremum orbem non eſſe vllam e ſecundarum genere, ſed ipſum ſupremum Deum ſolum modo; non ſolum habes Ariſtotelem ex tua interpretatione ſuperiori

† 88. fal. cit.

o pag. 47. & ſeqq.

con-

contraria dicentem ijs, quæ nunc aſſeris in eo loco decernere; ſolum Deum non eſſe cauſſam æternitatis motus abſolute, ſed vna cum eo ſecundas intelligentias: verum etiam tibimetipſi contradicis, qui ſupra protuliſti locum hunc Ariſtotelis ad oſtendendum ſoli Deo tribuendum eſſe motum diurnum ſupremæ ſphæræ, ac eo mediante continuitatem generationis, dum talia dixiſti, p *Obſeruo motum primum tribui principio, quod eſt primum entium, hoc vero eſt tantum Deus, cui etiam in 2. de gen. t.59. Ariſt. aſſignat facere continuam generationem, mediante videlicet hoc motu, dicente eodem Ariſtotele 2. de gen. t. 56. motum, qui vocatur totius, & eſt motus primæ ſphæræ, eſſe cauſſam continuitatis generationis*. Vnde neceſſarium ex te contra te deduco demonſtrationem hanc in propoſito, Continuitas generationis, quam hic tu ſumis pro perpetuitate motus vniuerſim accepti, pendet a ſola circulatione diurna prout contradiſtinguitur a lationibus aliorum omnium cælorum infra primum mobile, adeoque ab Intelligentia motrice ſupremi orbis, non autem ab Intelligentijs inferiores orbes rotantibus vllis; vt clare decernit q Ariſtoteles allato loco: ſed Intelligentia mouens orbem ſupremum immediate ſolus eſt Deus, ex tua r ſententia, non autem vlla ſecundarum Intelligentiarum: igitur Continuitas generationis, quam tu ponis hic pro perpetuitate motus vniuerſim accepti, pendet a ſolo Deo, iuxta tua decreta, mediante motu diurno, non autem ab Intelligentia vlla ſecunda, vlloue motu planetarum. LIL. 2. de cæl. t. 20. VL. Et hæc etiam citatio † falſa eſt, & contra teipſum; nam Ariſt. ibi conſtituit continuitatem generationis pendere a motu totius, de quo pollicetur ſe dicturum planius ſ inferius; ait enim, t *Inſuper autem non eſt rationabile quippiam mobile eſſe ſempiternum, cuius non contingit eſſe ſecundum naturam motum ſempiternum: bonum autem eſt motus. Quod igitur neceſſarium ſit eſſe generationem ex his manifeſtum eſt: ſi vero generationem, neceſſe eſt & aliam eſſe lationem, aut vnam, aut plures; ſecundum enim eam, quæ totius eſt, ſimiliter neceſſarium eſt ſe ſe habere & elementa corporum ad inuicem; dicetur autem & de hoc planius in ſequentibus*. Vnde ſimiliter ac ſuperiores citationes hæc explodenda. LIL. Auerr. hoc firmat manifeſte 8. phyſ. 47. VL. Non agit in primis

ibi

Contradictio.

p pag. 48.

q 2. de gen. t. 56.

r pag. 47. 48.

† 89. falſ. cit.

ſ 2. de gen. t. 56.

t 2. cæl. t. 20

Digitized by Google

ſibi Commentator de cauſſa continuitatis motus vniuerſim accepti, de qua nos in præſentia diſputamus; at vero de cauſſa cur detur proceſſus in infinitum in motoribus generabilibus & corruptibilibus; qui poteſt eſſe ſine continuitate generationis; ait enim, *Manifeſtum eſt igitur, quod ſi fuerint hic principia infinita ex motoribus, quæ non mouentur ex ſe, & ex motis ex ſe, quæ componuntur ex iſtis principijs, quæ non ſunt corpora, & ex primis corporibus motis ab eis, quorum quodlibet corrumpitur, deinde reuertitur ipſum, & mouent ſe ad inuicem, ſ. vt quædam generent quædam, ita, quod motor in eis non moueatur ab alio, ſed ex ſe, v. g. quod iſtud moueat illud ita, quod non moueatur ab alio, & iſte motor moueatur ab alio, & ſic in infinitum, v. g. vt Soc. generet Platonem ex ſe, & Socrates generetur a Cicerone, & Cicero a Virgilio, & vnumquodque iſtorum in hoc motu mouetur ex ſe, & ſic in infinitum, manifeſtum eſt quod hoc non erit, neque eſt poſſibile alio modo ab eis, ſecundum quod poſſibile eſt ponere quod hic eſt motum ex ſe, quod continet iſta ex extrinſeco, quod eſt cauſſa in eſſe* &c. modo generatio filij non eſt continua generationi patris. Quare Auerroes hic non agens de cauſſa continuitatis motus vniuerſim ſumpti, ſed de cauſſa perpetuitatis motus intermedia quiete diſcreti, ſeu potius de cauſſa infinitorum motorum ſibiinuicem ſine continuatione motuum ſolum ſubcæleſtium ſubordinatorum, falſa † citatione proponitur tamquam referens perpetuitatem motus vniuerſim accepti in efficientiam cælorum & motuum cæleſtium omnium. L I I. Ibidem Albertus non repugnat. † 90. falſ. cit.

V I. Ad probandam tuam theſim autoritate Alberti, non ſat eſt eum tibi non repugnare, at oportet illum tibi ſuffragari: ſed Albertus ibi non mihi repugnat, nec tibi ſuffragatur; quia ſtatuit oportere cauſſam perpetuæ, continuæque generationis & mutationis in rebus ſubcęleſtibus eſſe quid extra eas, nimirum indicans cælum: at non ait cælum omne cauſſam eſſe perpetuitatis in motu generatim ſumpto de qua diſſerimus: & dum ait cauſſam extra ſubcęleſtia producere tum cauſſam generationis, & corruptionis, tum continuitatis ac perennitatis harum mutationum, vt cum a Ariſtotele ſtatuere debet cauſſam continuitatis eſſe primam lationem vltimæ ſphæræ ſecundum tuam opinionem latæ a ſummo Deo, non autem motum inferiorum a 2. de gen. t. 56.

or-

† 91. falſ. cit. orbium; ita nunc tibi falſa † citatione proponitur quaſi ſtatua perpetuitatem motus vniuerſim accepti referendam ſemper eſſe in efficientiam omnium cælorum & motuum cæleſtium; quum inferiores orbes generationem tantum & corruptionem promoueant, at non earum continuitatem perpetuam; nec abſolute motus cęleſtis eſſe valeat cauſſa ſuę perennitatis, adeoque nec perennitatis motus vniuerſim accepti de qua diſputamus; vis Alberti verba? en ita dicit, x *Hoc igitur modo manifeſtum eſt quod quamuis millies reiterentur principia particularium motorum, qui ſunt per ſe mobiles, ſicut animæ animalium, & quamuis multa de numero eorum, quæ ſeipſa mouent continue corrumpantur, & alia fiant ſiue generautur; & in quolibet illorum ſint duo, quorum vnum eſt immobile per ſe, ſicut anima; & alterum ſit motum, ſicut corpus; & horum alterum vnum ſit diſtinctum ab alio ſecundum definitionem; quod nihilominus oportet aliquid eſſe extra hæc omnia, quod continet iſta, ſicut cauſſa omnium iſtorum; & hoc extra vnumquodque iſtorum eſt, ſicut diximus; & eſt cauſſa quod alia ſint, & alia non ſint, ſed corrumpantur* (quod a Ariſtoteles ait eſſe cęlum omne infra primam ſphæram mobile ſecundum obliquum circulum) *& eſt cauſſa continuæ mutationis ſecundum ſucceſſionem* (quod b Ariſtoteles ait eſſe lationem primam, ſiue ſupremum cęlum mobile motu diurno ſupra polos mundi, quod tu ſupra dicebas immediate moueri à ſummo Deo, non autem ab vlla ſecundarum Intelligentiarum) *& quædam inferiorum ſunt quibuſdam cauſſa mutationum; & quædam alia ſunt cauſſa mutationis alijs; ſi aliquid extra ea erit cauſſa mutationis omnibus inferioribus; hoc autem eſt quod ſeipſum mouet perpetuo in numero idem conſeruatum*. Agens hic igitur Albertus de cauſſa mutationum ſubcęleſtium, & continuitatis earum, non autem de cauſſa continuitatis æternitatisque motus vniuerſim ſumpti, de qua loquimur in pręſentia; quam ego in ſolum Deum refero, tu vero etiam in ſecundas intelligentias; conſtituensque ille cauſſam omnium mutationum ſubcæleſtium & continuitatis, ſeu æternitatis earum eſſe quod idem numero ſeipſum perpetuo mouet; nimirum cæleſte corpus animatum, tibi nil ſuffragatur contra me probare ſatagenti continuitatem æternitatemve motus vniuerſim ſumpti pendere non a ſolo Deo, ſed ab alijs intelligentijs;

x 8. phy. t. 47.

a 2. de gen. t. 56.

b ibid.

tijs; tum quod Albertus hic agit de continuitate ſolius motus ſubcęleſtis; non autem de continuitate motus vniuerſim accepti: tum quod eam continuitatem ipſe non poteſt referre niſi in ſupremum orbem cum *c* Ariſtotele; quem tu moueri putas immediate a ſummo Deo: Nihil igitur agens Albertus de propoſito ſatis oſtendit hanc tuam eius citationem eſſe Pleſſiacam. *c* 2.de gen. t.56. *d* pag. 47. & ſeqq.

LIL. Non repugnat ibi Simplicius, quamuis aliam etiam expoſitionem adducat. V L. Aperte conſtat legenti verba Simplicij eum non agere de cauſſa continuitatis, ac æternitatis motus vniuerſim accepti; proindeque tuam hanc eius citationem itidem eſſe † falſam; proponit enim ille primam expoſitionem de cauſſa continuitatis motus ſubcæleſtis generatim dicens, *Nam cuncta, quæ ſub Luna collocantur, fiunt, & intereunt, quæ habent ſemper cauſſam ortus, quæ fit; & tamen eſt aliqua cauſa æterna præter vnamquamque harum; quæ quidem habet, & definit horum mutationes eiſdem ſe ſe præbens inceſſabilis; quod quidem neque vnaquæque cauſſa generabilis, & corruptibilis, neque omnes ſimul poſſunt conferre, &c.* vbi non ſolum ſe coarctat ad motus ſubcęleſtes, non conſiderans motum vniuerſim: ſed etiam cauſſam æternitatis motus ſubcęleſtis in generę non ad plures cauſſas reſoluit, vt aſſeris, aſt ad vnam, quę alia non poteſt eſſe niſi ſuprema ſphæra, vt ait *e* Ariſtoteles, quam tu non ab Intelligentia vlla ſecunda moueri vis, aſt a ſolo Deo immediate: nam & paullo poſt eamdem cauſſam Simplicius appellat *Principium, & primum mouentium, & eorum quæ mouentur, quod eſt ſeipſo mobile, ne in infinitum abeamus.* id autem eſt ſupremum cęlum vt animatum. Deinde ſecundam expoſitionem affert de cauſſa continuitatis motuum cęleſtium prout a ſubcęleſtibus contradiſtinguuntur, addens, *Poteſt etiam dici, quod æternum motiuum eſt cauſſa cur ſemper mota moueantur continue, id eſt ea, quæ in orbem mouentur.* Hęc dicens non agit de cauſſa continuitatis motus vniuerſim accepti, ſed de cauſſa perennitatis motuum cęleſtium ſolum. Quare nihil de propoſito noſtro Simplicius in loco a te citato. Ceterum ex Simplicio teque colligo contra tuam theſim ſolum Deum eſſe cauſſam continuitatis motus vniuerſim accepti; nam ille hic aſſerit cauſſam continuitatis motuum ſubcęleſtium eſſe ſupremam ſphęram; vt vidimus, † 91. falſ. cit. *e* 2.de gen. t.56.

quam tu vis a ſolo Deo immediate moueri; monetque cauſſam continuitatis motuum circularium, qui cęleſtes ſunt, eſſe motiuum ęternum; ſed vt ſe habet erga motus omnes ſubcęleſtes orbita ſuprema, ita ſe ſe habere debet erga motus omnes cęleſtes motiuum orbitę ſupremę: quum igitur hoc tibi ſit Deus, non vlla ſit intelligentia ſecunda; iam tibi repugnat hoc loco a te producto Simplicius aſſerenti continuitatem motus vniuerſim ſumpti non a ſolo Deo pendere, ſed ab omnibus Intelligentijs, motibusque cęleſtibus. LIL. Et Iacobus Zabarella in eodem 47. tandem idem fatetur. V L. Tibi decernenti contra poſitionem meam, ſolum Deum non eſſe cauſſam continuitatis motus generatim, ſed Intelligentias etiam, & motus cæleſtes, & cælum, apertiſſime refragatur in hoc loco Zabarella a te falſa † citatione prolatus; nam oppoſitum docet ibi Zabarella tum non agens de continuitate motus vniuerſim accepti, ſed ſubcæleſtis ſolum: tum referens continuitatem motus in mototem vniuerſi, qui ſolus Deus eſt; tum aſſerens motum cæli non afferri nunc ab Ariſtotele cauſſam continuitatis, æternitatisque motus generatim, ſed ſolum primum motorem immobilem vniuerſi; quem tu ſæpe ƒ ſupra faſſus es eſſe ſolum Deum: en verba Zabarellæ, *Vult enim Ariſt. ſignificare neceſſarium eſſe, vt detur aliqua cauſſa vniuerſalis, quæ ſit æqualis durationis infinitis animabus ſimul ſumptis; huius enim duratio eſt cauſſa æternæ ſucceſſionis animarum; verba autem illa [& hoc quidem his, hæc autem alijs cauſſa motus ſit] ſic poſſunt intelligi, primum mouens vniuerſi, quod alia continet, eſt cauſſa his, ideſt motoribus animalium, qui poſtea ſunt cauſſa motus ipſis animalibus: ſed quia anima non bene dicitur moueri, melius eſt vt dicamus, primum mouens eſt cauſſa aliquibus corporibus vt moueantur, nimirum corporibus cæleſtibus; quæ poſtea ſunt cauſſa motus corporibus inferioribus, & ita ab illo primo pendent omnes motus. Vel ſaltem dicendum eſt verba hæc ſenſum habere confuſum, quod primus ille motor eſt cauſſa motus in aliquibus, quæ poſtea ſunt cauſſa motus in alijs, non tamen diſtinguendo quanam ſint hæc, & illa, ſed ſolum ad ſignificandum ipſum eſſe primum in ordine mouentium eſſentiali, & ab eo omnia contineri. Fortaſſe autem primam expoſitionem trahere poſſumus ad bonum ſenſum, vt dicat primum motorem vniuerſi eſſe cauſſam his, ideſt animabus,*

† 93. falſ. cit.

ƒ pag. 47. & ſeqq.

Digitized by Google

mabus, non quidem vt moueantur, ſed vt ſint: eas vero ipſis animalibus eſſe cauſſam motus; ſic enim optime cohærebunt præcedentibus verbis, quibus dicebat Ariſtoteles illud primum alia continens eſſe cauſſam vt alia ſint, alia non ſint. In quibus quatuor ſunt, quæ docent hanc tuam citationem eſſe Pleſſiacam, primum eſt, quod hic Zabarella loquitur de motore Vniuerſi, qui ſolus Deus eſt; nam aliæ Intelligentiæ ſingulæ non vniuerſum vllæ mouent, ſed vniuerſi partem aliquam. Deinde quia latio totius dicitur ad ſummum ſolum de motu ſupremæ ſphæræ, vti vel tu *g* ſupra notaſti ex *h* Ariſtotele; quum tu idem *i* ſupra contenderis motorem immediatum ſupremæ ſphæræ ſolum eſſe Deum, non item vllam e ſecundis Intelligentijs. Secundum eſt, quod hic Zabarella non agit de cauſſa continuitatis ac æternitatis motus, at de cauſſa motus ipſius; quæ duo diuerſa eſſe conſtituit Ariſtoteles docens cauſſam generationis, & corruptionis in communi eſſe motum cæleſtem planetarum; at cauſſam perpetuitatis earumdem mutationum eſſe motum diurnum ſupremæ ſphæræ; nos autem hic agimus de cauſſa continuitatis in motu, non de cauſſa motus. Tertium eſt, quod Zabarella monet hic Ariſtotelem agere de cauſſa cur ſubcæceleſtia alia ſint, & alia non ſint; nos autem agimus de cauſſa æternitatis continuitatiſque motus vniuerſim accepti, quod longe aliud eſt. Quartum eſt, Zabarellam hic non agere de motu generatim ſumpto, cujus continuitatem a ſolo Deo non pendere tu nunc probare ſtudes; at vero ſpeciatim de motu ſubcæleſti; quare nil agit de propoſito noſtro. Deinde vero ſubdens in loco a te producto Zabarella, *Hic enim Ariſtoteles non de motu cæli loquitur, ſed de primo motore immobili, qui alios motores continet: patet enim in t. 46. Ariſtotelem propoſuiſſe excluſionem tantum motorum immobilium animalium, & diſtinctionem primi motoris vniuerſi ab eis: illud igitur, quod dicit continere omnes motores animalium, non eſt motus cæli, ſed primus motor immobilis: neque enim congrua eſſet comparatio animarum cum cælo, vel cum motu cæli; ſed cum primo motore immobili: Neque etiam progreditur a motu communiter ſumpto, & per ſucceſſionem æterno; ſed ſolum a perpetua ſucceſſione animalium; attamen ſecundum illos deberet conſiderare, non ſolum animalium mutationem, ſed omnium rerum.*

g pag. 48.
h 2. de gen. 56. & 2. cęl. t. 20.
i pag. 47. & ſeqq.
k 2. de gen. t. 56.

Patet igitur hic Ariſtotelem nil aliud facere, niſi ſeparare primum motorem immobilem, de quo loquitur, ab animabus animalium, quas vult excludere a præſenti conſideratione, quia non ſunt motores æterni; de motu autem cæli hic ne verbum quidem facit; & per id, quod continet, non ipſum intelligit, ſed primum motorem immobilem vniuerſi &c. Quem eſſe Deum ſolum conſtat ex Ariſtotele, cui, l. 7. eudem. cap. 18. *Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo; mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.* Sic igitur in loco a te citato Zabarella ſcribit oppoſitum eius, quod tu nunc eum ſcribere dicis inquiens, tum *motus perpetuus in genere reduci poteſt ad cauſalitatem ſecundæ cauſæ.* tum, *Ariſtoteles ipſe hanc perpetuitatem motus vniuerſim accepti tribuit ſemper efficientiæ cælorum, & motuum cæleſtium, vt Iac. Zab. in eodem 47. fatetur.* Immo vero mox data & non conceſſa tua theſi, monſtrat illam ſuo placito non aduerſari, ſed tamen eam abſolute reprobat inquiens, *Quod ſi etiam concederemus id, quod continet, hic intelligi cælum, hoc tamen ſententiæ noſtræ non refragaretur* &c. *attamen reuera id, quod continet, non ſignificat motum cæli, ſed primum motorem immobilem vniuerſi, vt antea dicebamus.* Quin etiam etſi ſubdat motum cæli ſaltem implicite ſignificari, tamen admonet Ariſtotelem hic referre motuum animalium noſtratium potius perſeuerantiam, quam continuitatem, ac æternitatem proprie, in primum motorem vniuerſi; nec vllo pacto tractat de continuitate, ac æternitate proprie dicta motus vniuerſim ſumpti, de qua nos diſputamus, at de qualicumque perſeuerantia motus animalium; ait enim, *Eſt tamen aduertendum, quod licet Ariſtoteles hic non intelligat motum cæli, tamen neceſſe eſt eum implicite hic ſignificari: ſucceſſiuam enim animalium generationem non continet primus motor æternus niſi per medium motum vnum continuum æternum, quem immediate producit: nec illam ſucceſſionem animalium Ariſt. vocaret continuam & æternam ſecundum ſe, ſed ratione motus, continui eam totam continentis, qui producitur a primo motore æterno: & hæc fortaſſe fuit mens Auerrois hic in conſiderando motu cæli.* Quæ omnia contrarium efficiunt eius quod intendis; tum quia ſucceſſio motus animalium, continuitasque generationis noſtratium, non eſt illa perennitas & continuitas motus vniuerſim accepti, quam ego pendere dixi a ſolo Deo, tu

contra

contra vis pendere ab inferioribus etiam Intelligentijs, & a cęleſtibus corporibus omnibus, motibusque cælorum: tum quia continuitatem hanc generationis animantium, addo quoque noſtratium omnium *m* Ariſtoteles attribuit ſoli primę lationi, *m* 2. de gen. c. 56. quam appellat motum totius, prout contradiſtinguitur ab omnibus alijs inferiorum ſphęrarum lationibus; quam primę ſphęrę lationem tuipſe ſupra contendebas acriter non ab vlla ſecundarum intelligentiarum, ſed a ſolo Deo immediate prouenire. Subnectit demum ipſe Zab. *Cauendum præterea eſt ne credamus Ariſtotelem in his duob. cont. 46. & 47. probaſſe conſequentiam poſitam in 45. & oſtendiſſe primum motorem æternum; hoc enim minime verum eſt; ſed ſolum ſeiunxit motorem illum vniuerſalem ab animabus animalium, tanquam eis coæuum, & omnes continentem; animarum autem, & animalium ſucceſſionem ſignificauit quidem æternam eſſe, ſed non expreſſit, quoniam illa æternitas non poteſt intelligi non intellecto vno continuo æterno motu eam continente* (quem Ariſt. *n* docuit non eſſe quemlibet cęleſtem, ſed ſolum primum, qui *n* loc. cit. *o* tibi fit immediate a ſolo Deo) *quare licet dicendo illam ſucceſſio-* *o* pag. 47. *nem eſſe continuam innuerit eam eſſe perpetuam, tamen non expreſſit; ideo ſenſus euidens illius dictionis* [*continuum*] *fuit vt ſumatur pro perſeuerante*; (non ergo de vera perpetuitate motus vniuerſim accepti tractat Zabarella, quam nunc inquirimus:) *Ideo nec dixit Ariſtoteles infinitas animas, ſed decies mille, licet implicite ſignificauerit infinitas; quia in his duob. tex. non eſt ſcopus probare ęternitatem primi motoris, ſed diſtinctionem a motoribus animalium, tanquam continentis eos omnes, vt ſciremus de hoc ſolo eſſe probandam æternitatem, quum de illis probari non poſſit, quoniam ſinguli ſunt durationis finitæ: illius autem motoris alios continentis æternitas probabitur ſumendo, quod motus, qui alios motus continet, æternus eſt, vt in ſequentibus videbimus.* ergo Zabarella nunc non agit de continuitate, ac æternitate motus vniuerſim accepti, de qua tu mihi litem indixiſti, probare volens æternitatem motus in genere ſumpti non pendere a ſolo Deo; ſed nihil de propoſito tractat, ac potius oppoſitum decernit ille conſtituens qualemcumque perſeuerantiam & continuitatem motus animalium noſtratium, & ad ſummum ſi placet generationis ſubcęleſtium, nulla mentione facta motus vniuerſim accepti, pendere a primo motore

tore

tore vniuerſi mediante motu cæleſti, nimirum diurno, vt ait
p 2. de gen. t. 56. p Ariſtoteles, qui motor vniuerſi vel q tibi ſolus Deus eſt, non
autem vlla ſecunda mens infra Deum. LII. In 1. etiam
q pag. 47. & ſeqq. r Meteor. cap. 2. legimus Mundi inferioris neceſſariam eſſe con-
r pag. 53. nexionem cum ſuperioribus lationibus vt inde omnis virtus
gubernetur. VL. In hac citatione duo notanda ſunt; alte-
ſ pag. 40. rum quidem eſt, peruerſio textus; quum enim tu ſ ſuperius con-
tenderis mundum non eſſe conſtitutum ex partibus continuis
inter ſe, ſed ſolum contiguis, videns in hoc tex. Ariſtotelem
aperte fateri mundum elementarem continuum eſſe cæleſti,
t 1. meteo. cap. 2. dum ait, t *Eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernetur:*
† 94. falſ. cit. infeſtam tibi mundi † continuitatem e textu depellis, ac in
eum intrudis connexionem, quæ genus eſt ad continuitatem, &
ad contiguitatem, ſpecies vnionis omnino diuerſas ab inuicem,
commune; proindeque more ſolito verba textus peruertis. Al-
terum autem eſt, nil hunc locum facere ad noſtrum negocium
de cauſſa continuitatis, æternitatisque motus vniuerſim ſum-
pti; tum quod æternitas & continuitas motus non eſt mundi
virtus vlla gubernari nata, ſed mera conditio, & affectio mo-
tus; virtus enim apta gubernari facultas eſt actuoſa; in quo ge-
nere non eſt continuitas, æternitasve motus: tum quod motus
mundi ſubcæleſtis non eſt motus vniuerſim acceptus, de quo lo-
quimur, motusve generatim ſumptus; ſed ſpecies motus gene-
u 3. phy. t. 6. rici; quem Ariſtoteles u alibi diuiſit in localem, & alteratio-
nem, augmentum, decrementum, generationem, corruptio-
x 1. cæl. t. 5. nemque; quorum localem ſubdiuiſit x poſtea in rectum, circu-
larem, & miſtum ex his: quum itaque circularis per ſe ſoli cælo
competat; iam agens de motu ſubcæleſti prout a cæleſti con-
tradiſtinguitur, non agit de motu generatim ac vniuerſim acce-
pto. LII. S. Tho. 12. meta. lec. 7. & ideo in 2. de cæl. t. 2.
inter encomia cæleſtis corporis dicitur illud eſſe perfectum, &
continens, & eſſe principium, & cauſſam aliorum. VL. Si
D. Thomæ ſententia referatur ad ſuperiora, quibus a te dictum
eſt ex Ariſt. *Mundi inferioris neceſſariam eſſe connexionem cum ſu-*
† 95. fal. cit. *perioribus lationibus, vt inde omnis eius virtus gubernetur*: plane
falſa † citatio eſt, quia tribus tantummodo locis de habitudi-

ne

ne cæli erga inferiora loquitur in ea lect. D. Tho. & nullibi dicit id, quod a te proponitur; ſed potius oppoſitum in primo loco ſcribens. *Dicitur autem primum mouens mouere ſicut appetibile; quia motus cæli eſt propter ipſum, ſicut propter finem, cauſſatus ab aliquo proximo mouente, quod mouet propter primum mouens immobile, vt aſſimilet ſe ei in cauſſando, & explicet in actum id, quod eſt virtute in primo mouente: non eſt enim motus cæli propter generationem & corruptionem inferiorum ſicut propter finem; quum finis ſit nobilior eo, quod eſt ad finem.* Secundo loco dicens, *Comparat primum mouens immobile ad primum mobile dicens, quod quum primum mouens immobile moueat quaſi amatum, neceſſe eſt quod aliquid ſit primo motum ab ipſo per quod mouet alia: & hoc eſt primum cælum. Quia igitur ſupponimus quod motus ſit ſempiternus, oportet quod illud, quod primo mouetur, ſempiterne moueatur, & per ipſum moueantur alia.* Statuit aperte contra te pro meo placito Deum ſub ratione finis mouere ſupremam ſphæram, & ea mediante alia omnia; de eo vero quod eſt æternitatem motus elementaris mundi pendere ab omnibus motibus, corporibusque cæleſtibus, non autem a primo ſolo, ne verbum quidem; immo docet oppoſitum dicens alia omnia corpora ſiue cæleſtia, ſiue ſubcæleſtia, moueri ſtatuit a Deo per motum primi cæli. Tertio loco ſcribens, *Ex hoc igitur principio, quod eſt primum mouens ſicut finis, dependet cælum, & quantum ad perpetuitatem ſubſtantiæ ſuæ, & quantum ad perpetuitatem ſui motus: & per conſequens dependet a tali principio tota natura, eo quod omnia naturalia dependent a cælo, & a tali motu eius.* aperte conſtituit Deum ſolum, quem nuper dixerat mouere primum cælum, hoc eſt ſupremam ſphęram ſub ratione finis, quæ mouetur efficienter proxime a propria Intelligentia, eſſe principium, a quo dependet æternitas non ſolum & ſubſtantiæ, & motus primi illius cæli; & eo tum motu, tum cælo mediante dependent omnia naturalia: ſed non aſſerit ab omnibus etiam cælis, & motibus inferiorum orbium gubernari virtutes omnes mundi ſubcæleſtis, vt ais. At ſi D. Thomæ ſententia referenda ſit ad inferiora, quibus inquis, *cælum omne eſſe perfectum, & continens, & eſſe principium, & cauſſam aliorum,* id gratis aſſumitur, & omnino falſa citatione proponitur; quia non de quouis cælo, ſed ſolum de primo; nec de perfectione, aut con-

Digitized by Google

continentia, vel ratione principij verbum vllum ſcrit D. Thomas in allata lectione. Deinde vero quod adducitur ex 2. cæl. t. 2. Ariſtotelem *inter encomia cæleſtis corporis dicere illud eſſe perfectum, & continens, & eſſe principium, & cauſſam aliorum.* falſa prorſus citatione proponitur; non enim ibi dotes corporis cæle-

† 96. falſ. cit. ſtis affert † Ariſtoteles; ſed motus cæleſtis; an non diſtinguis corpus cæleſte a motu corporis cæleſtis? en Ariſtotelis ipſiſſima

y 2. cæl. t. 2. verba, y *Quare bene ſe habet quemque ſibi ipſi perſuadere Antiquos, & maxime patrum noſtrorum veros eſſe ſermones, quod eſt immortale aliquid, ac diuinum eorum, quæ motum quidem habent, talem tamen habent, vt nullus ſit finis ipſius, ſed potius iſte aliorum finis ſit: nam & finis continentium eſt: & hic perfectus exiſtens, continet imperfectos, & habentes finem, ac quietem. ipſe quidem neque principium vllum habet, neque finem, ſed inceſſabilis eſt infinito tempore: aliorum autem horum quidem principij cauſa eſt, horum autem ſuſcipiens quietem. Cælum autem, & qui ſurſum eſt, locum Antiqui quidem Dijs attribuerunt, vt pote quod ſolum eſt immortale.* In quibus ne verbum quidem de eo quod ais, *cælum eſſe perfectum, continens, & eſſe principium, & cauſſam aliorum:* ſed ſolum dicitur motus cæleſtis eſſe finis aliorum motuum, ipſoſque continere, ceu perfectus imperfectos, & habentes finem, & quietem a qua ſinguli incipiunt; quum motus cæleſtis nullum principium habeat, nullumque finem, ſed infinito tempore duret; quum aliorum motuum ſit cauſſa principij, & aliorum quietem ſuſcipiat. Cælum autem ab Antiquis attribuatur Dijs locus immortalis. At hinc nullo pacto colligas cæleſtia corpora cuncta, motuſque cæleſtes omnes eſſe cauſſam æternitatis motus vniuerſim ſumpti, de qua diſſerimus. LII. Quo poſito ſic credo me poſſe arguere. Ab intelligentia motrice cælorum pendent duo effectus, videlicet motus cæli, & eo mediante ſucceſſio motuum inferiorum: & Deus vt cauſa prima cum ipſa intelligentia concurrit; cur ergo ſoli Deo tribuimus ſucceſſionem motuum, Intelligentiæ vero cæleſtem lationem tantum; & non potius, & Deo, & Intelligentiæ non aſſignabimus vtrumque effectum; ſed Deo tanquam cauſæ primæ, Intelligentiæ tanquam cauſæ ſecundæ? ſunt enim hæc omnia ſubordinata eſſentialiter ſecundum naturam, ſucceſſio motuum cælis, cæli Intelligentijs, Intelli-

telligentiæ Deo: & Deus cum ſingulis concurrit. VL. Certe Lyncæos oculos habet, qui formam argumenti cernere poteſt in his aſſertionibus: Liceto non licet eam conſpicere: ſed age ſingula dogmata ſeorſum tractemus. concedo quidem Deum cum ſingulis Intelligentijs, cęlis, & omnino cauſſis ſecundis concurrere ad effectus earum quoſlibet efficiendos. concedo cauſſas ſecundas eſſe Deo veluti cauſſæ primæ ſubordinatas eſſentialiter ſecundum naturam. concedo motus cęleſtes omnes pendere ab Intelligentijs motricibus. concedo denique ab Intelligentia motrice pendere motum cæli; & eo mediante ſucceſſionem motuum inferiorum: ſed in primis nego ſucceſſionem hanc motuum inferiorum eſſe illam æternitatem motus vniuerſim ſumpti a me relatam in Deum ſolum, de qua tu nunc mihi litem indixiſti; quare nil contra meum dogma argumentatio tua. Deinde nego ſucceſſionem motuum inferiorum, quam ſumis pro æternitate motus elementarij generatim accepti, pendere ab omnibus intelligentijs infra Deum, & ab omni motu cæleſti; nam Ariſt. eam refert in ſolum motum primi orbis, quem ſupra volebas a Deo immediate rotari, non autem ab vlla ſecundarum Intelligentiarum. Quare ſi ab Intelligentia ſola primæ ſphęræ aſſiſtente pendet motus diurnus, & eo mediante perpetuitas motus in mundo ſubcęleſti; vt ait Ariſt. iam tibi ponenti ſphęram primam a ſolo Deo moueri, ſolus Deus eſſe debet cauſſa continuitatis æternitatiſque motus inferioris generatim ſumpti. ſed multo potius mihi conſentiendum eſt, ſolum Deum eſſe cauſſam æternitatis motus vniuerſim ſumpti. Perge iam vlterius ad alia notata. CIR. Vlyſſes, ſi tibi dicta Lilij ſingula perpendenda ſint cum hac diligentia, iam nec iſte dies, nec tres alij ſuffecerint veſtræ diſputationi: quum autem hactenus expenderis omnia fundamenta Lilij, quibus vniuerſa illius opinio nititur; ſat erit in poſterum breuiter, & carptim eius præcipua dicta notaſſe; concludereque totam diſputationem hanc de natura primo mouente hac vna die, quę noctem non a longe videt, Sole nunc a meridie in occaſum prolabente. VL. Ita fiat. Age, Fl. incl. LIL. Vlterius ad probandum, Deum non eſſe animam mundi, *b* addo nunc Auerr. doctrinam valde obſeruandam diſp. 3. ſolut. 5. dub. vbi habet,

[Margin notes: *a* 2. de gen. t. 56. — *a* pag. 47. & ſeqq. — *b* pag. 58.]

Qq *nul-*

nullum philoſophorum opinatum fuiſſe, quod primum principium ſit in mundo ſicut anima eſt in corpore. Negat ibi Auerr. Deum proprie loquendo eſſe cauſſam formalem mundi. V L. Nihilomnino
† 97. falſ. cit. de propoſito tractat Auerroes † ibi; vt fortaſſis impoſuit tibi Zimaræ numerus mendoſus: ſed bene numeranti ſolutiones Auerrois multo poſtea dicens, *Summa eius eſt, quod concedunt homines*
c fol. 10. dub. *aduerſarijs Deum glo. non eſſe agens: ſed eſt cauſſa e numero cauſſarum, ſine qua non perficitur res: & eſt profecto reſponſio vilis; quoniam ſequitur ex hoc Philoſophis, vt ſit primum principium per viam formæ vniuerſi, eo modo, quo anima eſt principium corporis: quod nemo eorum dixit*. nec tuam opinionem probat, nec meam improbat, tum falſo ſupponit Auerr. cauſſam ſine qua non eſſe formam; quum talis cauſſa ſit materia, & inſtrumentalis, non autem for-
d 2. phyſ. c. 21. 2. de an. t. 41. ma, doctore *d* Ariſtotele: tum quia falſo ſtatuit neminem Philoſophorum dixiſſe Deum eſſe principium formale Vniuerſi, vt anima eſt principium formale corporis; nam hoc dixiſſe Anaxagoram, & ex eo *e* Ariſtotelem ſupra viſum eſt, dum ſtatuit
e 1. meteo. ſu. 2. c. 2. vterque vt in animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſ-
f de mund. cap. 7. ſam mundi, totiusque ordinis. Quin & *f* alibi Magiſter ait, *Quod in naui gubernator eſt, hoc Deus eſt in mundo*; gubernator au-
g 6. phy. 28. 2. de an. 11. tem in naui eſt, vt forma, & anima in animato, *g* Ariſtotelis decreto, Plutarchi teſtimonio *h* Thales mentem mundi ſtatuit
h 1. de plac. cap. 7. Deum: Democritus Deum poſuit in igne globoſo mundi ani-
i 7. de ciu. cap. 6. mam. SIB. Quin D. *i* Aug. & D. *k* Thomas teſtantur multos philoſophos poſuiſſe Deum eſſe animam mundi. V L.
k 1. p. q. 3. ar. 8. & q. 51. a. 1. ad 1. q. 90. 1. Sin autem ad bonum ſenſum trahere licet Auerrois dictum, vult ipſe Deum non eſſe formam informantem Vniuerſum, qualis eſt anima noſtratium animatorum, quæ informat eorum corpora; ſed tamen quum ſit forma vniuerſo aſſiſtens, vere forma dicitur, & principium vniuerſi in genere cauſſæ formalis:
l 2. de an. t. 4. nam Ariſtoteles quum definiuiſſet animam generatim *eſſe l formam corporis naturalis*, poſtea *m* conſtituit, *immanifeſtum eſſe ſi*
m tex. 11. *ſit corporis actus anima, ſicut nauta nauis*, clare decernens aſſiſtentem eſſe vere ac proprie cauſſam formalem. L I L. *n* Ariſto-
n pag. 54. o cap. 6. teles lib. de *o* mundo ait *Deum eſſe in mundo vt gubernatorem in naui, agitatorem in curru, ducem in exercitu*: ſed nullus horum eſt cauſſa formalis, niſi tantum extrinſeca, & proprie eſt cauſſa effectiua.

Digitized by Google

ſectiua. V L. Ducem non eſſe extrinſecum exercitui conſtat ex Ariſtotele decernente *p* bonum ipſius exercitus magis in duce conſiſtere quam in ordine; quum autem bonum & ens conuertantur; & ordo non ſit extrinſecus exercitui, ſed intrinſecus; iam patet Ducem intrinſecam eſſe cauſſam exercitui, non extrinſecam. Nautam eſſe cauſſam formalem nauis, & naui non extrinſecam, ſed intrinſecam, liquet ex Ariſtotele ſtatuente *q* nondum eſſe manifeſtum an anima, quam definiuerat eſſe *r* formam ſubſtantialem, actumque intrinſecum corporis phyſici organici, ſit actus, ſicut nauta nauis. Sed quod ais Ducem, nautam, & agitatorem proprie eſſe cauſſam effectricem, non tollit quominus etiam ſit cauſſa formalis; nam *ſ* Ariſtoteli anima in viuente corpore cauſſa eſt tum efficiens, tum formalis, tum etiam finalis. L I L. Adducitur in pag. 11. ad probandum Deum eſſe cauſſam formalem mundi t. 49. lib. 12. meta. ſed ille t. non probat Deum eſſe formam; ſed vel eſſe finalem cauſſam, vel cauſſam effectricem; vel fortaſſe ille t. non loquitur de Deo: hæc omnia ſunt a me breuiter explicanda. V L. Expecto probationes ſingulorum. L I L. De cauſſa finali viſus eſt explicaſſe illum t. Alex. relatus a Simplicio 1. de cæl. com. 88. Deus eſt cauſſa finalis, & tanquam vnum appetibile bonum mouet animam cæli. V L. In primis Alex. in ea fuit hæreſi, vt cenſuerit cælum eſſe animatum anima informante, intelligentiam vero eſſe cauſſam motricem ſolum ſub ratione finis; quum tamen Ariſt. aperte docens Intelligentias & *t* Deum mouere phyſice ac efficienter, hanc Alexandri ſententiam reſpuat; quare quicquid in oppoſitum dicat Alex. conſtituimus Deum Ariſt. eo loci eſſe vniuerſi formam; quum ipſum appellet *u* τὸ πρῶτον ἐντελέχεια, *ipſum quid erat eſſe primum;* quod non niſi de cauſſa formali proprie dici poteſt. Sed & Alex. ipſe in explicatione illius t. quaſi veritate coactus (quicquid de illius opinione Simplicius afferat) ait de Deo tractari ſub ratione cauſſæ formalis vniuerſi dicens, *x At quidditas prima, materia eſt expers, id eſt prima forma, et ratio, ipſum dico animal ſempiternum optimum materia vacat.* ſane prima quidditas eſt prima forma; proptereaque Deus ſub ratione formæ; nam quidditas proprie non dicitur de cauſſa effectrice, nec de finali. Deinde cauſſa finalis

p 12. meta. t. 52.
q 2. de an. t. 11.
r 2. de an. t. 4. 6. 7.
ſ 2. de an. t. 36. 37.
t 2. phy. t. 73.
u 12. meta. t. 49.
x 12. meta. com. ſuo 35.

Digitized by Google

y 2. phy. t.71. nalis Ariſtoteli coincidit in y idem numero cum formali: quare Alex. aſſerens Deum eſſe cauſſam finalem mundi, non ideo negat eſſe formam eiuſdem. Sed Ariſtotelem ibi non agere de Deo ſub ratione finis inde ſatis conſtat, quod ex vnitate Dei colligit vnitatem mundi: modo vnitas cauſſæ finalis non arguit vnitatem eorum, quæ ſunt gratia finis; nam ad vnum finem poſſunt multa tendere: ſic ad vnum Deum tanquam ad vnum
z 12. meta. t.52. finem tendunt mundus ſenſibilis, quum omnia ſenſibilia z coordinata ſint ad vnum Deum; & mundus intelligibilis, qui
a 12. meta. t.37. alter ordo eſt, vt ait a Ariſtoteles. ſic ad vnum finem victoriæ tendunt multæ artes inuicem non ſubordinatæ, ſed penitus diuerſæ, nauis factiua, fabrilis, equitatrix, curruum factiua, & aliæ multæ ad militiam attinentes. LIL. Sed meliorem credo alteram expoſitionem, quæ eſt Simplicij cit. com. 88. 1. de cæl. Deus eſt primum mouens, etiam in genere cauſſæ efficientis. VL. Quid tum? LIL. Sed quando ordinata ſeries multorum mobilium ſubeſt vni primo mouenti, tunc illud mouens poteſt mouere omnia quæcumque ad illam coordinationem ſpectant, & in illa includuntur. VL. Non repugno. LIL. Ceterum ſi noua fiat coordinatio, & ſit omnino diſparata a prima coordinatione, ille motor non poterit in hanc ſecundam ſeriem rerum agere. VL. Quid ni? LIL. Quia mouebat adæquate tantum ea, quæ erant in priori coordinatione, & ad hanc poſteriorem tranſire non poterit: ideo multiplicatis mundis, qui ſunt iſtæ rerum coordinationes ſeparatæ, neceſſarium eſt multiplicare motores primos. VL. Deus non mouet adæquate ſic mundum hunc, vt totam ſuam vim adhibeat in vnius mundi gubernatione: nam longe magis diſtat, & diuerſa eſt coordinatio mundi ſenſibilis, a coordinatione mundi intelligibilis; quam duæ coordinationes geminati mundi ſenſibilis; quum ſenſibilia genere differant ab intelligibilibus; & duo pluresve mundi ſenſibiles eſſent vnius & eiuſdem ſpeciei: ſi ergo Ariſtoteles ponit Deum vnum eſſe primam cauſſam primumque rectorem vtriuſque mundi, tum ſenſibilis, tum intel-
b 12. meta. t.36.37. ligibilis, quem b alterum ordinem eſſe dicit, diuerſamque coordinationem, inquiens Deum eſſe primum mouens mundum ſenſibilem vt intelligibile & concupiſcibile; itemque mundum in-

intelligibilem, qui alter ordo eſt, his plane verbis, *Mouet autem hoc modo, concupiſcibile & intelligibile mouet non motum: horum autem prima eadem ſunt: deſiderabile namque quod apparet bonum: primum vero voluntate affectabile, quod eſt bonum: magis vero appetimus quia videtur, quam videtur, quia appetimus*. En primum deſiderabile bonum, hoc eſt Deum, poni primum mouens immotum mundi ſenſibilis: additque ſtatim eundem eſſe primum mouens mundi intelligibilis, qui alter ordo eſt, quique a ſenſibili mundo prorſum ſeparatus per ſeipſum eſt, inquiens, c *Principium enim intellectio: Ac intellectus ab intelligibili mouetur: intelligibile vero alter ordo eſt, qui per ſeipſum eſt: & huius ſubſtantia prima, atque huiuſce quæ ſimplex & ſecundum actum eſt: eſt autem vnum* &c. Si ergo, inquam, vnus Deus eſt primus motor vtriuſque mundi & intelligibilis, & ſenſibilis; qui penitus diſcreti ſunt ab inuicem rerum genere differentium ordines: iam nullo negocio poſſet vnus & idem Deus eſſe primus motor plurium mundorum ſenſibilium, qui forent plures ordines rerum eiuſdem ſpeciei: quare ab vnitate primi motoris ſub ratione finis, aut efficientis colligi non poteſt vnitas mundi ab eo moti, mobiliſque: quum igitur Ariſt. in tex. d noſtro colligat mundi ſenſibilis vnitatem ſpecificam & numericam ex vnitate ſpecifica pariter & numerica primi quod quid eſt; iam conſtat in eo tractari de ſummo Deo præcipue ſub ratione formæ, non autem ſolum ſub ratione finis, ac efficientis: conſtituique Deum, qui ſub ratione finis, & efficientis vniuerſalis motu continuo ſemper mouet vniuerſum eſſe formam, a qua vniuerſum habet ſui vnitatem numericam & ſpecificam: vt aſſerendum ſit a Deo vt ab vltimo fine mundum quoad omnes cauſſas effectrices moueri ſemper e metaphorice; vt a primo efficiente mundum quoad omnes ſui partes corporales moueri ſemper f phyſice; ſed vt a prima forma mundum totum ſortiri ſuam vnitatem g ſpecificam & numericam: talis enim vnitas a ſola forma eſt. LII. Et hoc præcipuè verum erit, ſi ſuſtineamus multorum Peripateticorum opinionem, vt Auerr. 8. phyſ. 79. 2. de cæl. 71. Zabar. 8. phy. t. 86. Picol. de cæl. motor. cap. 34. Raguſ. diſp. 10. cap. 10. quod primum mouens ſecundum Ariſt. non habeat virtutem infinitam intenſiue; mouebit enim adæquate hunc ſolum mundum;

c tex. 37.
d 12. meta. t. 49.
e 1. de gen. t. 55.
f 2. phy. t. 73.
g 12. meta. t. 49.

dum;

dum; & alium nihil commune cum noſtro mundo habentem mouere non poterit. V L. Etiam Raguſeius apud te tantæ autoritatis eſt, vt eius dicta vim habeant probationis? tu te illo minorem facis, qui minimus eſt inter philoſophos? Sed Auerrois prima citatio nihil ad rem; nam ibi Commentator nomine primi motoris, cui adimit vim infinitam intenſiue, non agit de Deo, qui eſt primus motor vniuerſalis, ac forma totius mundi, ſed ſolum de motoribus infra Deum cæleſtes orbes ſingulos mouentibus; ait enim, *b Motores igitur, ſiue materiales fuerint, ſiue non materiales, ſecundum hunc modum conueniunt in hoc, quod motio eorum ſit finita: vnde corpora caleſtia excedunt ſe inuicem in velocitate, quamuis motores eorum ſint non in materia* &c. Conſimiliter Auerroes in alio loco dicens, *i De tertia autem quaſtione, & eſt quaſtio de corporibus caleſtibus, qua ſunt aterna, dicuntur habere potentias finitas; dicamus etiam quod corpora cæleſtia habent finitas potentias in qualitate, infinitas in tempore,* &c. & mox, *Et quod terminatum eſt in primo tractatu iſtius libri, ſ. quod habet potentiam finitam propter actionem, & paſſionem, non intendit niſi quo ad ſuam qualitatem, ſ. quod actio eius, & paſſio ſint finita in vigore:* non agit de Deo in relatione ad vniuerſum, ſed de ſecundis Intelligentijs in habitudine ad ſphæras cæleſtes; nam in ſecundo libro ſpeciatim agitur de globis æthereis, non autem de vniuerſo, vt in primo. Quod autem probare contendis autoritate Zabarellæ, ac Picolominei ſecundum Ariſtotelis opinionem Deo non infinitam, ſed finitam intenſiue vim actiuam ineſſe, nil me mouet; quia ſi pugnandum hac de re ſit interpretum autoritatibus, victus in campo cades, quum multo plures, & vetuſtiores claſſici pro me militant Alexander, Ammonius, Philoponus, Simplicius, M. Albertus, D. Thomas, Scotus, & alij complures aſſeuerantes, vt hi tui commilitones conteſtantur, ex Ariſtotelis ſententia Deum habere vigorem infinitum intenſiue, non autem finitum vlla ratione. Pro me pariter aduerſum te ratio phyſica militat, quia prima cauſſa rerum infinitarum ſimul eſſentias producens, conſeruans, actionesque bene gubernans eſt vigoris infiniti intenſiue: modo Ariſt. Deus eſt prima cauſſa rerum *m* omnium & ſingularum, quæ ponenti mundi perpetuitatem ſunt numero infinitæ, quarum ipſe *n* continens omne

b 8. meta. com. t. 79.
i 2. cæl. com. t. 71.
m 1. cæl. t. 100.
n ibid.

tem-

tempus, ac infinitatem, æuumque vniuſcuiuſque, ſimul quoad ſe in momento æternitatis producit omnia quæcumque fiunt concurrens cum ſingulis cauſſis ſecundis ad operandum, conſeruatque ſingula ex ſe, a quo pendet alijs eſſe & viuere, his quidem exactius, his autem obſcurius, & optime gubernat o entia cuncta: igitur Deus Ariſtoteli virtutis eſt infinitæ. Ceterum & hi, qui tribuunt illi vigorem finitum intenſiue, non ideo coguntur ipſi negare vim plurium mundorum motricem, & gubernatricem; etenim Alexander vnus Macedo, qui plura regna, Perſarum, Medorum, Græcorum nihil omnino communionis inuicem habentia, gubernare potuit non infinito vigore pollens: cur non poterit vnus Deus ſimul plures mundos mouere, ac regere? quum præſertim p Ariſtoteles Deum Regi, & Mundum Regno comparet? L I L. Idem iudicium faciendum eſt de mundis multiplicatis, & de motoribus, vt ait S. Tho. 12. meta. l. 10. ſup. t. 49. ita vt ſi mundi differant numero, numero quoque differre debeant primi motores. V L. Iam tibi multæ naues numero diſtinctæ ad varia & contraria loca ſimul moueri nequibunt ab vno & eodem numero vento: id tamen falſum eſſe docet experientia. Nec D. Thom. ex multitudine mundorum colligendam eſſe dicit ibi multitudinem mouentium formaliter, ſub ratione primi motoris vniuerſalis; qualis Deus eſt; at ſolum vult ex multitudine plurium mundorum colligi debere multitudinem mouentium ſecundorum infra Deum, quorum vnumquodque foret appropriatus vnicuique cælo, ac ſpeciatim vnicuique primæ ſphæræ cuiuſlibet mundi; quum tales orbitæ forent ſolo numero diſtinctæ in eadem ſpecie; iam oporteret Intelligentias eſſe plures numero ſolo differentes in eadem ſpecie; quod ipſe putat eſſe falſum; adeoque negat eſſe plures mundos, ſolo numero diſtinctos in eadem ſpecie. Sed ſi contendas ibi D. Thom. agere de ſummo Deo, non valde repugnabo, quoniam eo loci D. Thom. ipſum conſiderat ſub ratione tum effectricis, tum finalis, tum maxime cauſſæ formalis; quod mihi non conſentis: effectricis quidem in fine com. dicens, *Relinquitur igitur, quod primum mouens immobile ſit vnum, non ſolum ratione, ſed etiam numero: oportet igitur quod primus motus ſempiternus, qui ab ea cauſatur, ſit vnus tantum & per conſequens*

o 12. meta. t. 56.

p de mun. c. 7.

12. meta. t. 52. 56.

ſe-

ſequitur quod cælum ſit vnum tantum. finalis autem paullo ſupe-
rius inquiens, *Quia ſi eſſent plures ſecundum numerum, & in eadem*
ſpecie, ſicut ſunt plures homines, oporteret etiam quod ſimile iudicium
eſſet de primo principio vniuſcuiuſque cæli, quod eſt mouens immobile,
ſicut dictum eſt; oporteret enim quod plura prima principia eſſent ſpe-
q 1. de par. *cie vnum, & numero multa*. nam q Ariſtoteli prima cauſſa pri-
cap. 1. mumque principium ſpeciatim magisque dicitur de fine, quam
2. de gen. de efficiente; quum primum mouens æque de r vtroque dica-
an t. 4. tur. Formalis vero ab initio commenti ſcribens, *Poſſet aliquis*
r 2. phyſ. *dicere quod ſint plures mundi, & in quolibet ſint tot ſphæræ, & motus*
t. 73. *quot in iſto, vel plures: & ſic neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias im-*
3. de an. *materiales*: quoniam ſ Ariſtoteli ſubſtantiæ nomen deſignat
t. 54. formam prout ab efficiente, & a fine contradiſtinguitur.
ſ 2. de an. L I L. Docuit Ariſt. 12. meta. 44. intelligentias cælorum mo-
t. 36. trices eumdem habere ordinem, quem habent orbes: quocirca
Alex. 12. meta. com. ſuo 30. *Motores*, inquit, *ſeſe habent, vt ea*
quæ ab ipſis mouentur: ſi ergo mobilia erunt plura numero, & ea-
dem ſpecie, motores etiam erunt plures numero, ijdem ſpecie.
V L. Nihil hæc ad rem noſtram; concedo motores appropria-
tos, cuiuſmodi ſunt ſecundæ Intelligentiæ, multiplicari ad nu-
merum orbium, quia mouent ſecundum vltimum ſui poſſe: ſed
motor vniuerſalis Deus optimus infiniti vigoris ex Alexandro
vnus multos, adeoque infinitos mundos mouere poſſet. L I L.
Quod vero in illo 49. non poſſit Ariſt. loqui de forma mundi,
ſic deduco, ſupponit Ariſt. hos motores eſſe immateriales, vt
notat S. Tho. ibi eſſe ſimplices eſſentias, & actus ſine potentia,
immo ſubſtantias ſeparatas, vt obſeruat Alb. 12. meta. tr. 2.
cap. 28. At ſi eſſent formæ cælorum Intelligentiæ, & Deus, ha-
berent eſſe in materia; & de illis iudicium ferendum eſſet ſicuti
de noſtra anima intellectiua, quæ eſt quidem ſine materia 3. de
an. 15. & 16. nihilominus multiplicari poteſt numero ſub ea-
dem ſpecie, quia eſt forma materiæ. V L. Falſo dicis Ariſt.
ibi ſupponere hos motores eſſe immateriales &c. quaſi loqua-
tur numero multitudinis; nam vere non ſupponit, ſed determi-
nat non plures, ſed vnum motorem, eſſe ſine materia dicens,
Ipſum vero quid erat eſſe primum non habet materiam, quum actus
ſit: vnum ergo tum ratione, tum numero primum mouens immobile

ens

ens eſt. Falſaque citatione dicis D. † Thomam ſuper illum t. 49. notare Ariſtotel. in alia ſupponere; quum ne verbum quidem de tali ſuppoſitione Ariſtotelis habeat ibi D. Thomas. Conſimiliter falſa citatione producis eum Alberti locum, in quo non ſolum nihil obſeruat de propoſita a te ſuppoſitione Ariſtotelis, verum contra id, quod nunc probare intendis ex † Alberto, decernit Albertus explicans t. 49. 12. meta. Intelligentiam primumque principium eſſe formam cæli, dum ait, *Quia vero vnum totum cælum ſit, manifeſtum eſt ex his, quæ dicentur nunc: nam ſi daretur quod plures eſſent cæli, ſicut homo eſt natura, quæ multiplicatur in plura numero conuenientia in vna natura ſpeciei: tunc oporteret quod circa quodlibet cælum eſſet tale principium eſſentiæ, quod eſſet ſpecie vnum, & numero multa, potentia, vel actu: & ex hoc ſequeretur quod quum principium ſit forma cæli, quæ eſt ſubſtantia ſeparata, quod motores etiam vnius cæli & poſſent eſſe & numero multa & ſpecie vnum*. & mox. *Oportet igitur quod primum mouens quodlibet cælum ſit vnum tantum & ratione, & numero ſecundum quod idem numero eſt in quo nulla inuenitur diuerſitas in numerando; & illud mouens eſt ens immobile: & quia ſic motor eſt vnum numero, & ſpecie ſiue ratione: & motor eſt forma & actus eius quod mouetur*. Quare prorſus oppoſitum aſſerit Albertus ei quod ex ipſo probare contendis in loco a te citato: tu enim (Fl. incl.) probare vis Intelligentias & Deum non eſſe formas cælorum & mundi, quia ſint ſubſtantiæ ſeparatæ; quum Alb. aſſerat illas ſubſtantias ſeparatas eſſe formas & actus mobilium ſuorum. LIL. M. Alb. appellat hos cælorum motores formas cæli, ſed ſimul vocat ſubſtantias ſeparatas, ad euitandum errorem ne crederemus eſſe veras formas cælorum. V L. Immo potius erraret Albertus iuxta tuam hanc interpretationem ſimpliciter appellans formas cælorum, quæ non ſunt veræ formæ cælorum. Ceterum mirabile ſatis eſt, te nunc, incl. Fl. Intelligentias motrices, quæ vere cælis aſſiſtunt, iiſque corporibus inſunt, & coniunctæ ſunt per aſſiſtentiam, quod ſeparatæ dicantur, quia non informant cæleſtia corpora, non eſſe veras formas cælorum: qui tamen alibi tractans de propenſione animæ ad corpus aperte † profiteris animas poſt mortem a corpore multo magis ſeparatas, quum nec ipſi aſſiſtant, nec ipſum informent,

† 98. Falſ. cit.

† 99. Falſ. cit.

† pag. 46. & ſeqq.

Digitized by Google

& procul ab eo abſint, eſſe formam & partem ſicut erat prius corpori coniuncta, & illud informans. Verum Alb. eo loci ſeparatas mentes appellat, quia non dependent in eſſe a corpore, cui aſſiſtunt; formas item eas nuncupat, quia veras formas cælorum exiſtimauit: nam ab u Ariſtotele didicit, tum nautam eſſe formam nauis nihilominus quam anima corporis, vt late ſuperius oſtendi; tum verum & ens, x falſum & non ens identificari, proindeque non veras formas appellandas non eſſe formas; quare turpiter erraret, ſi non putaſſet intelligentias, quantumuis ſeparatas, eſſe veras cælorum formas, dum hic eas bis repetit ſimpliciter eſſe formas cælorum. Deinde concedens Intelligentias eſſe formas cælorum, & Deum eſſe formam vniuerſi; & habere eſſe in materia ſua ſimpliciter, ſiue independenter ab ea, & per aſſiſtentiam, non autem per informationem, vt late ſuperius oſtendi ex t Ariſtotele: nego de illis idem iudicium ferendum eſſe in propoſito, quod de anima noſtra intellectiua; nam etſi conueniant intelligentiæ cum anima intellectiua in eo, quod ſimiliter ſunt ſine materia a qua dependeant in eſſe, & in actu intelligendi: tamen quum hic tu conſideres intelligentias ſub ratione motoris; iam nec illæ ſine materia mobili ſunt, nec anima vt motrix eſt ſine corpore mobili, nec ſine u inſtrumento. Dein obſeruo neſcioquid contradictorij in tuis dictis, animam intellectiuam eſſe ſine materia, & eſſe formam materiæ: quomodo forma eſſe poteſt ſine materia, cuius eſt forma? LIL. Dico tertio & vltimo illum t. nihil probare de Deo, ſed ſolum ad ſummum de aliqua Intelligentia ſecunda, & ſic arguo: Mouens immediate primum orbem ſecundum principia mei Collegæ non eſt Deus, ſed Intelligentia ſecunda: t. ille 49. loquitur de motoribus immediatis orbium; ergo non loquitur de Deo. VL. Cedo mihi probationem minoris; nam Ariſt. ibi nomine cęli mundum vniuerſum ſignificat, non ſingulas orbitas cæli prout ab elementari mundo contradiſtinguuntur: quod mecum cenſent omnes interpretes, Alexander inquiens, x *Quibus expoſitis cælum mundumque vnum eſſe docet; qui enim primam cauſſam vnam eſſe docuerit, is vt quærat neceſſarium eſt, ſubſtantia quæ ab ipſa agitatur, & ſempiterno motu cietur, vna ſit, an plures? Si ergo, inquit, mundus ſpecie vnus eſt, numero non*

u 2. de an. t. 11.
x 1. poſt. t. 10.
t 8. phy. t. 84.
7. Eudem. t. 18.
u 3. de an. 55.
2. de gen. an. cap. 3.
x 12. meta. com. t. 49.

item, ſed plures, vt Socrates, Plato, Callias, nimirum quot mundi ſint,
totidem &c. Auerroes aſſerens. *y Quoniam autem vnum eſt cælum,* y 12. meta.
manifeſtum eſt: & innuit quod mundus eſt vnus, non plures: quoniam ibid.
ſicut d. ſi cæli eſſent plures, eſſent ſicut indiuidua hominum &c. M. Al-
bertus dicens *z Quia vero vnum cælum totum ſit, manifeſtum eſt ex* z 11. meta.
his, quæ dicentur nunc: nam ſi daretur quod plures eſſent cæli, ſicut ho- tr. 2. c. 28.
mo &c. per cælum totum nil niſi mundum vniuerſum ſignificare
poteſt. L I I. Minor probatur ex doctr. D. Thom. in expoſ.
illius t. 49. in l. 10. *Si eſſent, inquit, plures cæli ſecundum numerum*
& in eadem ſpecie, ſicut ſunt plures homines, oporteret etiam quod ſi-
mile iudicium eſſet de primo principio vniuſcuiuſque cæli, quod eſt mo-
uens immobile. V L. Si tu ſententiam D. Th. Fl. incl. non mu-
tilaſſes more Fleſſiaco, ſed, vt iacebat, integram attuliſſes, om-
nes agnoſcerent ipſum pro me † contra te ſtatuere Magiſtrum † 100. falſ.
agere tunc de mundo toto, non autem de cælorum orbibus par- cit.
ticularibus; & de primo totius mundi principio, quod eſt vnus
Deus, non autem de immediatis orbium motoribus; ait etiam
loco a te citato D. Tho. *a Hic excludit tertium, per quod poſſet di-* a 12. meta.
cta concluſio infirmari: poſſet enim aliquis dicere quod ſint plures com. t. 49.
mundi; & in quolibet ſint tot ſphæra & motus, quot in iſto vel plu-
res: & ſic neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias immateriales: ſed hoc
excludit dicens manifeſtum eſſe quod ſit vnum cælum tantum: quia
ſi eſſent plures ſecundum numerum, & in eadem ſpecie, ſicut ſunt plu-
res homines, oporteret etiam quod ſimile iudicium eſſet de primo prin-
cipio vniuſcuiuſque cæli, quod eſt mouens immobile, ſicut dictum eſt.
ex quibus apertiſſimum eſt dicentem, manifeſtum eſſe quod ſit
vnum cælum tantum, cæli nomine totum mundum ſignificare;
quia ſecus euidenter falſum eſt eſſe vnam tantum ſphæram cæ-
leſtem. Quin & ab initio textum introducit euidenter agentem
de vnitate mundi. Cuius cæli primum principium abſolute non
eſt niſi Deus. At fortaſſe tibi fucum fecit, aut volebas nobis
facere illud *vniuſcuiuſque cæli;* quaſi de pluribus cælis in eodem
mundo tractaret; ſed ita locutus eſt D. Thom. arguens contra
ponentes plures mundos, quia oporteret vniuſcuiuſque illorum
eſſe diſtinctum primum principium in genere cauſſæ formalis;
adeoque dari plures Deos, pluraque prima principia; quod eſt
abſurdum apud *b* Ariſtotelem. L I L. Auerroes etiam in illo b 12. meta.
t. 56.

com. 49. intelligit argumentum Ariſtotelis de motoribus cælorum ſic dicens, *Erit igitur principium cælorum vnum in ſpecie, plura numero.* V L. Et hæc citatio Pleſſiaca ſimiliter eſt, quia mutila; nam Auerroes ait Ariſtotelem ibi nomine cæli mundum innuere; probareque mundum non eſſe plures; quia principium plurium mundorum eſſet vnum ſpecie plura numero, quod colligit tanquam falſum: Verba Auerr. nuperrime allata non ſunt fruſtra repetenda, ſat eſt adnotare te ſubticuiſſe prima illa dicta commenti, *Quoniam autem vnum eſt cælum, manifeſtum eſt; & innuit quod mundus eſt vnus, non plures.* L I L. Fortaſſe poſſet obijci, quod Ariſt. in illo t.49. *c* appellat primum mouens *ipſum quod quid erat eſſe*, & propterea indicat eſſe formam: imo Auerr. ſæpenumero ſic loquutus eſt appellando Deum primam formam, vt citato com.49. patet: & diſp.3. ad 18. dub. nec non 4. de cæl. com. 1. procem. 1. phy. 3. de cæl. com. 61. & 12. meta. com. 5. & 6. vere ergo dicetur Deus forma mundi. V L. Hæc omnia mihi ſuffragantia tibi refragantur aperte. L I L. Verum reſponſio petenda eſt a verbis D. Tho. in expoſ. illius t. 49. vocatur Deus *quod quid eſt*, non quia ſit forma alicuius rei, ſed quia eſt ſua eſſentia, & actus. V L. In primis iam, quod ſupra negabas, hic fateris agi de Deo: deinde quum Ariſtoteles hic ſua lingua dicat, *τὸ δὲ τί ἦν εἶναι οὐκ ἔχει ὕλην τὸ πρῶτον, ἐντελέχεια γάρ*: id eſt, *ipſum vero quid erat eſſe primum non habet materiam, quum actus ſit.* clariſſime ſtatuit id, a quo mundus habet ſui vnitatem numericam & ſpecificam eſſe primam formam immaterialem, & actum; nam quod quid erat eſſe forma eſt; & *ἐντελέχεια* proprie actus eſt Ariſt. & vnitas numerica, & ſpecifica mundo non ineſt niſi a propria forma; quum ſolius formæ proprium ſit dare vnitatem ſpecificam, adeoque eſſe ſpecificum: prima vero forma Deus eſt. Si ergo forma Deus eſt, iam alicuius forma eſt; nam *d* Ariſt. doctore forma & materia ſunt ad aliquid; & forma non eſt vllius forma niſi eius, cui tribuit eſſe ſpecificum, & vnitatem ſpecificam, vt *e* Ariſtoteles edocet: Quare colligendum eſt ex hoc *f* loco Deum eſſe mundi formam. Deinde vero ſtatuens alicubi Magiſter Animam eſſe huiuſmodi corporis actus, quia eſt ſubſtantia actus, dum ait, *g ſubſtantia actus, huiuſmodi igitur corporis actus*, aperte ſupponit, ſubſtan-

b 101. fall. cit.
c pag. 53.
d 2. phy. t. 26.
e 2. de an. t. 7. 37.
f 12. meta. t. 49.
g 2. de an. t. 5.

tiam

etiam omnem, quæ actus eſt, alicuius corporis actum eſſe; nam aliter nulla prorſus eſſet iſta ſua conſequentia, Anima eſt ſubſtantia actus, huiuſmodi igitur corporis actus. Nobis igitur proponens *h* Ariſt. Deum eſſe actum, a quo mundus vnitatem ſui numericam & ſpecificam ſortitur, clare nobis indicat Deum eſſe mundi ſubſtantialem actum, atque formam. Licet autem D. Tho. ibi dicat primum principium eſſe tale vt ſua ſubſtantia ſit actus, non tamen negat eius ſubſtantiam eſſe actum alicuius corporis; nam & *i* Ariſtoteli, anima eſt ſubſtantia actus; inde que colligitur anima eſſe huiuſmodi corporis actus: en verba D. Th. *k Sed primum principium [quum ſit quod quid erat eſſe] .i. ſua eſſentia & ratio non habet materiam, quia eius ſubſtantia [eſt endelechia] id eſt actus, materia autem eſt in potentia.* quibus ſolum vult primum principium eſſe ſua eſſentia formam penitus immaterialem, quia eſt actus abſque potentia: ſed non ait ipſum non eſſe formam † alicuius rei; quemadmodum tu Fl. inc. illi Pleſſiace videris imponere. I I L. Addo cum Auerr. cit. com. 49. eſſe *primam eſſentiam non habentem materiam*: dicitur ergo forma ratione ſui actus, non quia ſit perfectio formalis alicuius, ſicuti eſt vera & propria forma. V L. Nec tibi fauet a te † mutilatum Auerrois theorema, quo clare ſtatuitur Deus eſſe forma mundi, nam illum non conſiderat in ſe abſolute, ſed vt eſt forma quæ dat eſſe rei, ſeu eſſentia, quæ ſignificat eſſe rei, nimirum eius cui dat vnitatem ſpecificam; ait enim, *Quod autem eſt per primam eſſentiam, non habet materiam, quia eſt perfectio .i. & hoc fuit ita, quod prima eſſentia, quæ ſignificat eſſe rei, oportet vt non habeat materiam: quoniam, ſi haberet materiam, haberet aliam eſſentiam, & ſic in infinitum; & ideo neceſſe eſt vt prima forma, quæ perfectio eſt & finis, non habeat materiam. erit ergo ſimplex; & omne ſimplex eſt non in materia*, ſ. ex qua conſtet, & a qua vtcumque dependeat, & quam informet: alioqui talem formam primam ibidem Auerr. paullo antea vocauit *principium cæli*, & *principium cælorum*, cæli nomine notans mundum ſignificari, quod eſt etiam quid aggregatum ex omnibus cælis; eſt autem Deus principium mundi, quia eſt prima forma omnium, & vltimus omnium finis: Quare Auerr. ibi loquens de prima forma vt eſt principium mundi, & eſſentia immaterialis complens totam

h 12. meta. t. 49.

i 2. de an. t. 5.

k 12. meta. com. t. 49.

† 102. fallac. cit.

† 103. fal. cit.

tam

tam rerum vniuerſitatem, tibi non adſtipulatur, ſed meum
l pag. 53. dogma plane confirmat. L I L. In *l* pag. 17. dicitur, *Deus eſt mouens, Quo*: credo potius Deum eſſe mouens Quod, quia Eſſe
m pag 54. mouens *quo* tribuitur *m* parti formali ſubordinatæ ſuo toti, quæ pars formalis eſt ratio agendi alteri: Deus non eſt pars formalis, neque ratio agendi alteri, ſed per ſe principaliter agens: ergo Deus non poteſt dici mouens, ſiue agens Quo. V L. Concedo quidem, eſſe mouens quo tribui parti formali, quæ eſt ratio agendi alteri: ſed in primis cupio videre quomodo id probes, poſtea negaturus, Deum non eſſe partem formalem, nec rationem agendi alteri, quia ſit per ſe principaliter agens. L I L. Maior propoſitio probatur ex Ariſt. 1. de an. t. 64. & 66. vbi animæ, quæ eſt forma, non tribuitur agere, ſed eſſe id, quo agit homo, ſiue eſſe rationem agendi habenti animam. V L. Non abſolute negat ibi Magiſter animam eſſe id quod operatur, ſed in comparatione ad totum, & cum aliqua dubitatione, potiusque de paſſione, quam de actione loquitur, inquiens,
n 1. de an. t. 64. *n Melius enim fortaſſis eſt non dicere animam miſereri, aut addiſcere, aut cogitare, ſed hominem anima.* & mox, *o Cogitare autem, & amare, & odiſſe non ſunt illius paſſiones, ſed huius habentis illud, ſecundum quod illud habet: Quare* &c. Quum ex aduerſo diſertiſſimis verbis Ariſt. animę, quę eſt forma & intellectui tribuat eſſe id quod
o t. 66.
p 3. de an. t. 1. operatur, inquiens tum, *p De parte autem animæ, qua & cognoſcit, anima, & ſapit,* &c. tum, *q dico autem intellectum, quo intelligit, & exiſtimat anima.* L I L. Indicat hoc modo loquendi parti formali conuenire eſſe id *Quo* aliud agit. V L. An non tibi pars formalis eſt anima? quæ dicitur hic eſſe id quod agit, non autem id, quo aliud agit. L I L. Themiſ. in expoſ. illius t. 1. per animam intelligebat hominem; *de parte, inquit, animæ, qua vtimur, quando aliquid contemplamur, & conſultamus.* V L. Hanc Themiſtij gloſſam procul abeſſe ab Ariſtotelis mente, ac falſam eſſe, nemo non nouit: Immo Themiſtius ipſe ſemetipſum correxit in explicatione t. 5. animæ loco, non hominem, ſed animum intelligens, & accipiens his notis, *Ita intellectus is, quo ſapit & intelligit animus* &c. Sed & Intellectum ipſum nonne
q tex. 5.
r 3. de an. t. 4. Magiſter, & cum eo Themiſtius aſſerunt eſſe id quod agit? Magiſter quidem ait, *r Sic intellectum ad intelligibilia: Neceſſe eſt itaque,*

que,

que, quoniam omnia intelligit, immiſtum eſſe, ſicut dicit Anaxagoras, vt dominetur, hoc autem eſt, vt cognoſcat. Themiſtius autem infit ibidem, *Neceſſarium itaque eſt, quum omnia intelligat intellectus &c.* Quin etiam infra Magiſter ait, ſ *Intellectus autem, qui* ſ 3. de an.
propter aliquid ratiocinatur. & mox, *Quare rationabiliter hæc duo* t.49.
videntur mouentia appetitus, & Intelligentia actiua; appetibile enim mouet; & propter hoc intelligentia mouet, quia appetibile principium ipſius eſt. Et t *imaginatio quoque quum moueat, non mouet ſi-* t tex.50.
ne appetitu, &c. & mox, u *Quod igitur huiuſmodi potentia ani-* u tex. 51.
mæ, quæ vocatur appetitus, mouet, manifeſtum eſt. Ex quibus apparet, etſi parti formali per comparationem ad totum conueniat eſſe id quo totum agit, ipſi tamen abſolute conſideratæ tribui quoque eſſe id quod agit; quum totum ſemper ſit id quod agit, nunquam id quo. Sed videamus quomodo probes Deum non eſſe partem formalem, ſi ſumatur vt primum mouens, neque rationem agendi alteri; nam eſſe per ſe principaliter agentem, quod tu contraponis parti formali, & rationi mouendi alteri, concedo, negans id contraponi parti formali, & rationi mouendi alteri; quum ex locis nuper allatis Ariſtotelis conſtet Intellectum, qui eſt pars formalis hominis, & ratio intelligendi, & mouendi homini, abſolute tamen eſſe per *x* ſe x 3. de an.
intelligentem, & quum ſit quo *y* primo intelligimus, eſſe prin- t.8.
cipalem cauſſam intellectionis. L I L. *z* Minor probatur, y 2. de an.
quia Deus eſt agens primarium in virtute propria, & cui ſubor- t.24.
dinantur omnia alia agentia, ipſum vero alteri non ſubordina- z pag.55.
tur: vt aperte docet Ariſt. 8. *phy.* t. 33. S Tho. 3. con. gen. cap. 67. & 1. p. q. 105. ar. 5. hoc ita luculenter probat, vt non relinquat occaſionem dubitandi. V L. Ego vero cenſeo potius oppoſitum ex his probari quam, vt opinaris, Deum non eſſe partem formalem, neque rationem agendi alteri; ſed per ſe principaliter agere; nam anima, quæ eſt ratio agendi toti compoſito, cuius vere eſt pars formalis, eſt agens primarium in virtute propria; non enim eſt agens ſecundarium, vt inſtrumentum, quo vtitur; nec eſt agens adæquatum, vt totum compoſitum viuens, cuius eſt pars; ſed primarium; nec agit in virtute a 2. de an.
aliena, ſed propria quæuis anima in ſuo munere obeundo: Ani- t.24.
ma pariter eſt cui ſubordinantur omnia alia agentia, quum ipſa

non

non ſubordinetur alteri; quod aperte decreuit Ariſt. inquiens, a 2. de an. t. 37. b omnia enim naturalia corpora (ſi placet quæcumque in viuente continentur) animæ inſtrumenta ſunt; ſicut animalium, ſic c 12. meta. t. 52. 53. & plantarum, tanquam gratia animæ exiſtentia: ſic etſi Deo c ſubordinentur omnia, quæ in mundo ſunt, & ipſe nulli ſubordinetur, non ideo fit vt Mundi pars formalis eſſe non debeat. Sed Ariſt. in loco a te citato nihil omnino de omnium ſubordinatione ipſi † Deo, ſed ſolum agit de mouentibus ſubcæleſtibus, ait † 104. falſ. cit. enim citatis verbis, d Si igitur omnia, quæ mouentur, aut natura d 8. phyſ. t. 33. mouentur, aut præter naturam, & violentia: & quæ vi, & præter naturam, omnia a quodam, & ab alio: eorum autem, quæ natura, rurſus & quæ a ſeipſis mouentur, ab aliquo mouentur, & quæ non a ſeipſis, vt grauia, & leuia (aut enim ab eo, quod generauit, & fecit leue, aut graue; aut ab eo, quod impedientia, & prohibentia ſoluit) omnia vtique, quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur. Hoc autem dupliciter; aut enim non per ſeipſum mouens, ſed per alterum, quod mouet mouens, aut per ſeipſum: & hoc, aut primum poſt vltimum, aut per plura, vt baculus mouet lapidem, & mouetur a manu mota ab homine; hic autem non amplius ex eo, quia ab alio moueatur. Vtraque igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium, ſed magis primum: illud enim mouet vltimum, ſed non hoc primum; & ſine primo quidem vltimum non mouebit, illud autem ſine hoc, vt baculus non mouebit non mouente homine. Vbi ne per imaginationem quidem aliquid affert Ariſt. de Deo, nec de omnium ſubordinatione ipſi Deo; ſed ſolum agit de motoribus ſubcæleſtibus primis, & vltimis, quorum primum ſine vltimo mouere poteſt, non autem vltimum ſine primo. Conſimiliter D. Tho. in priori lo- † 105. falſ. cit. co prorſus † oppoſitum decernit eius, quod tu ex eo probare contendis, nimirum Deum non eſſe rationem agendi alteri; e 3. con. cap. 67. nam viceuerſa dicit, e Ex hoc autem apparet quod Deus eſt cauſſa omnibus operantibus vt operentur: omne enim operans eſt aliquo modo cauſſa eſſendi vel ſecundum eſſe ſubſtantiale, vel accidentale: nihil autem eſt cauſſa eſſendi niſi inquantum agit in virtute diuina; vt f cap. 66. f oſtenſum eſt: omne igitur operans operatur per virtutem Dei, &c. igitur falſo ex D. Thom. conſtituis Deum non eſſe rationem agendi alteri. Quin infra D. Tho. agens de ſubordinatione cauſſarum omnium ipſi Deo, ex tali ſubordinatione non colligit

ligit (quod tu vis) Deum non eſſe rationem agendi alteri, ſed oppoſitum dicens, *In omnibus cauſſis agentibus ordinatis ſemper oportet quod cauſſe ſequentes agant in virtute cauſſæ primæ : (* & mox*) in ordine autem cauſſarum agentium Deus eſt prima cauſſa : ergo omnes cauſſæ inferiores agunt in virtute ipſius : cauſſa autem actionis magis eſt id cuius virtute agitur, quam eſt illud quod agit : ſicut principale agens magis agit quam inſtrumentum : Deus igitur principalius eſt cauſſa cuiuſlibet actionis quam etiam ſecundæ cauſſæ agentes* : ex quibus deducitur non ſolum, Deum eſſe rationem & cauſſam agendi alteri ; ſed etiam vt anima, quæ eſt pars formalis totius animati, eſt erga corpus vt agens principale erga ſuum inſtrumentum, adeoque definitur actus primus corporis naturalis inſtrumentalis ; ita Deum ſub ratione primi motoris apud Ariſtotelem eſſe partem formalem totius mundi, ac cæli quatenus animatum corpus eſt a ſeipſo mobile ; quod ipſe D. Tho. non g ſemel aſſeruit, & late confirmauit eſſe placitum g 1.p.q.70. ar.3.& 2.con.gen. cap.70.
b Ariſt. vt antea notaui. Nec aliter ſecundus D. Th. locus a te citatus oppoſitum docet eius quod probare intendis in illa tua minori, dicens, Deum non eſſe rationem agendi alteri ; quia D. Tho. ibi ex aduerſo dicit, i *Quod ſi ſint multa agentia ordinata, ſemper ſecundum agens agit in virtute primi agentis : nam primum agens mouet ſecundum ad agendum : & ſecundum hoc omnia agunt in virtute ipſius Dei : & ita ipſe eſt cauſſa omnium actionum agentium. Tertio conſiderandum eſt quod Deus mouet non ſolum res ad operandum, quaſi applicando formas & virtutes rerum ad operationem, ſicut etiam artifex applicat ſecurim ad ſcindendum, qui tamen interdum formam ſecuri non tribuit, ſed etiam dat formam creaturis agentibus, & eas tenet in eſſe : Vnde non ſolum eſt cauſſa actionum in quantum dat formam, quæ eſt principium actionis, ſicut generans dicitur eſſe cauſſa motus grauium & leuium : ſed etiam ſicut conſeruans formas, & virtutes rerum ; prout ſol dicitur cauſſa manifeſtationis colorum inquantum dat & conſeruat lumen, quo manifeſtantur colores. Et quia forma † rei eſt intra rem, & tanto magis quanto conſideratur vt prior & vniuerſalior : & ipſe Deus eſt proprie cauſſa ipſius eſſe vniuerſalis in rebus omnibus, quod inter omnia eſt magis intimum rebus : ſequitur quod Deus in omnibus intime operetur.* Sic igitur in loco a te citato D. Tho. apertiſſime fatetur Deum eſſe rationem agen-

h 8. phy. t. 41.& ſeqq.
i 1.p.q.105. ar.5.
† 106. fallit.

di cunctis rebus alijs, quod ſit rei cuiuſque forma intima, & propriè cauſſa interna ipſius eſſe rebus omnibus; adeoque forma ſiue pars formalis vniuerſi. LIL. Tertio item con. gen. cap. 149. dicit animam noſtram operari ſub Deo, ſicut agens inſtrumentale operatur ſub principali agente: ſed principale agens non dicitur agens *Quo* reſpectu inſtrumenti, ſed agens *Quod*; inſtrumentum autem eſt *Quo* agens agit. VL. Si non Pleſſiaco more ſententiam D. Thomæ mutilaſſes, ex ea quiſque cognoſceret oppoſitum haberi eius quod intendis, nimirum
† 107. ſal. cit. Deum eſſe partem † formalem, ac rationem agendi alteri; dicit
k 3. cō. gen. cap. 149. enim ibi D. Th. k *Agens inſtrumentale non diſponit ad perfectionem inducendam a principali agente niſi ſecundum quod agit ex virtute principalis agentis, ſicut calor ignis non magis præparat materiam ad formam carnis quam ad aliam formam niſi inquantum agit in virtute animæ: ſed anima noſtra operatur ſub Deo ſicut agens inſtrumentale ſub principali agente* &c. modo ignis calore præparans materiam alimenti ad formam carnis, oſſis, nerui, & aliarum partium in tantum agit in virtute animæ, in quantum eſt mate-
l 2. de an. t. 4. 5. & ſeqq. ria ſubſtrata animæ, quæ definitur *l* forma corporis naturalis inſtrumentalis: Quare Deus ſi ad animam noſtram ſe habet, & ad alia quæcumque, vt anima noſtra ad calorem ignis, ex quo noſtrum corpus cum alijs elementis conſtat, ceu inſtrumentum animæ ad vitæ munia obeunda; iam Deus agit vt forma, & pars formalis tribuens eſſe alteri. Deinde concedens inſtrumentum eſſe *quo* agens agit; aperte nego principale agens non dici agens *quo* reſpectu inſtrumenti; nam tria quum ſint
m 2. de an. t. 49. 8. phy. t. 35 agentia, doctore *m* Ariſtotele, Agens *quod*, nimirum efficiens adæquatum, vt homo: agens *quo*, quod ſubdiuiditur in agens principale, vt anima, quæ definitur eſſe id quo *n* primo viuimus,
n 2. de an. t. 24. mouemur, ſentimus, & intelligimus; & in agens inſtrumentale, vt calor, ſeu *o* ignis, & omnino materialis pars animantis:
o 2. de an. t. 40. 41. 50. iam inſtrumentum eſt *quo* ſecundario agit tum agens adæquatum, homo ſcilicet; tum etiam agens principale; vt aſſerit
p 2. de an. t. 37. *p* Ariſtoteles edocens omnia naturalia corpora, vt ignis calore ſuo, & alia ex quibus coagmentantur corpus animati, eſſe inſtrumenta tum animæ, quæ eſt agens principale, tum animalium pariter atque plantarum, quæ ſunt agentia adæquata: ſimili-

ter agens principale eſt quo primo agit tum agens adæquatum, vt *q* homo; tum agens inſtrumentale, ſiue ſecundarium, vt calor naturalis, ſiue ignis, qui Diuo *r* Thomæ agit in virtute animæ; adeoque anima eſt id quo calor ignis in corpore noſtro concoquit alimentum. Sed principium *quo* eſſe duplex propoſitum, primarium, & inſtrumentale, perſpicuis verbis edocet Ariſtoteles inquiens, *ſ Eſt autem id, quo alitur, duplex; ſicut & quo gubernatur, & manus, & temo; hoc quidem quod mouet & quod mouetur, illud autem quod mouet ſolum: omne autem alimentum neceſſe eſt concoqui poſſe: operatur autem concoctionem calidum; vnde omne animatum habet calorem*. Quare vt in operatione cõcoctionis, & nutritionis duplex eſt principium quo animatum concoquit alimentum ſibi, & ſeipſum nutrit, alterum inſtrumentale, cuiuſmodi eſt calor, qui mouet alimentum, & mouetur ab anima cui deſeruit; & alterum principale, quod mouet ſolum & calorem, & materiam alimenti, ſed non mouetur in ea functione, cuiuſmodi eſt anima; qua & animatum concoquit alimentum, & calor naturalis id ipſum præſtat; ſed varia ratione, illud vt ſui parti eſſentiali, hic vt cauſſa ſui gubernatrice; quod inſinuauit alibi Magiſter inquiens, *t Omne enim mouens & aliquid mouet, & aliquo; aut enim ſeipſo mouet, ipſum mouens, aut alio; vt homo ſeipſo, aut baculo*. Ita in mundo Deus eſt, quo primo cuncta efficientia ſecunda operantur, quæ ſunt veluti Dei inſtrumenta; & ipſe mundus totus quatenus eſt quid conſtitutum ex omni corpore ſenſibili ordinato, velut ex *u* materia, & ſummo Deo illi in formam aſſiſtente, omnia *x* conſeruante, & continente; nam mundus ſi non ageret, quicquid agit ipſo Deo, tanquam ſui forma; ſique Deus non eſſet principium, quo primo mundus agit, quicquid operatur; iam haberet mundus extra ſe diuinas actiones; quod tamen aperte negat Ariſtoteles inquiens, *y Vix enim Deus bene ſe haberet, & mundus totus, quibus non ſunt actiones externæ præter proprias ipſorum*. L I L. Videri etiam poteſt de hac materia idem S. Th. 3. de potent. ar. 7. in ſol. 3. arg. vbi naturæ operationem vocat operationem inſtrumenti reſpectu operationis Diuinæ. V L. Vidi S. Thomam eo loci contrarium nobis inſinuare, ac vere non dicere quæ ponis, at longe † diuerſa ſcribens, *z Ad 3. dicendum, quod in ope-*

q 2. de an. t. 24.
r 3. cõ. gen. cap. 149.
ſ 2. de an. t. 50.
t 8. phyſ. t. 35.
u 1. cæl. t. 95.
x de mund. cap. 7.
y 7. polit. cap. 3.
† 108. falſ. cit.
z 3. ſ creat. ar. 7. ad 3.

Digitized by Google

ratione, qua Deus operatur mouendo naturam, non operatur natura (quia ſcil. natura tantum patitur tunc, non etiam agit) *ſed ipſa naturæ operatio eſt etiam operatio virtutis diuinæ, ſicut operatio inſtrumenti eſt per virtutem agentis principalis. Nec impeditur quin natura & Deus ad idem operentur propter ordinem, qui eſt inter Deum, & naturam.* longe ſiquidem aliud eſt, operationem naturæ eſſe quoque operationem virtutis diuinæ, ſicut operatio inſtrumenti eſt per virtutem agentis principalis; quod ait D. Th. & aliud eſt, naturæ operationem eſſe operationem inſtrumenti reſpectu operationis diuinæ: diuerſa namque ſunt, quia tu refers ad operationem diuinam, quod S. Th. refert ad virtutem diuinam, quæ cauſſa & principium eſt operationis diuinæ. Sed & D. Th. inquiens naturæ operationem eſſe quoque in mundo operationem virtutis diuinæ, ſicut operatio inſtrumenti eſt per virtutem agentis principalis, anſam tibi non dat aduerſum placita mea probandi Deum non eſſe agens quo, partemque formalem mundi, ſed potius meum dogma contra te confirmat; quia coctio, nutritio, ſiue caloris & ignis operatio in paruo
a 2. de an. 34. mundo eſt operatio virtutis *a* animæ, ſicut operatio *b* inſtru-
b t. 37. 40. 41. menti eſt per virtutem agentis principalis, quod eſt & pars
c tex. 4. 24. *c* formalis in viuente, & agens quo *d* primo; vt ex Ariſtotele
d t. 24. 50. conſtat, & ex ipſo D. *e* Th. vt nuper oſtendi. LIL. Et in 3.
e 3. cō. gen. cap. 149. de Malo ar. 3. tribuit Deo mouere voluntatem tanquam ei *quod operatur interius vt cauſa prima.* VL. Iam hæc theologica nihil ad contemplationem noſtram attinent, quæ pure phyſio-
f pag. 22. logica eſt, tuo quoque *f* decreto: vel eo quoque nomine, quod ego ſtatui Deum ſub ratione primi motoris eſſe formam vniuerſi, quatenus eſt corpus naturale, in eoque ſtatui poſſe principium quo primario mundus agit. &, ſi placet, orbis agentium ſecundorum motu phyſico, & actione naturali: D. Th. autem ibi non conſiderat Deum phyſice ſub ratione primi motoris erga mundum, ſed theologice, ac ſi velis metaphyſice ſub ratione ſupernaturaliter agentis in humanam voluntatem, cuius actio non eſt phyſica, de qua tractamus; ait enim D. Tho. ibi, *Relinquitur ergo quod cauſſa perficiens & propria voluntarij actus ſit ſolum id quod operatur interius; hoc autem nihil aliud eſſe poteſt quam ipſa voluntas, ſicut cauſſa ſecunda, & Deus ſicut cauſſa prima &c.*

Im-

Immo ex his nihilo magis colligere potes Deum eſſe agens
Quod, quam Voluntatem: quum autem voluntas ita ſit agens
Quod, vt etiam ſit agens quo, & principium formale in ho-
mine; nam abſolute conſiderata eſt agens quod, at in reſpectu
ad hominem eſt agens quo primo homo vult; vt ſupra dictum eſt
de intellectu & omnino de anima: iam Deus etſi abſolute ſit
agens quod in omni functione, tamen vt primus motor in rela-
tione ad mundum, eſt principium quo primo fiunt omnes mo-
tus in mundo, ſicut antea probatum eſt. L I L. Idem S. Th.
obſeruat in exp. prop. 21. in lib. de cauſis, cauſſam primam eſſe
ſimplicem per ſe ſufficientem, ideo non habere habitudinem
neque partis, neque formæ; propterea non debet dici agens
Quo. V L. Et ibi D. Tho. theologum agit; nos vero tracta-
mus diſputationem phyſicam: Deus theologice ſumptus vt
creator eſt prima cauſſa ſimpliciſſima, per ſe ſufficiens, non ha-
bet habitudinem partis, neque formæ; proptereaque non de-
bet dici agens *Quo*: ſed vbi conſideratur Deus vt forma mundo
aſſiſtens, illique tribuens vnitatem numeri, ac ſpeciei, ac ſub ra-
tione primi motoris omnino immobilis, D. Thom. aperte *g* de- *g* 1.p.q.70.
cernit, Deum in mundo ſecundum *h* Ariſtot. eſſe partem, & ar.3.&
formam, & agens *i Quo*. L I L. Verum fortaſſe poſſet ad bo- 2.con.gen.
num ſenſum adduci hic modus loquendi obſeruando doctri- cap.70. *h* 8.phy.t.
nam D. Th. in 3. de an. l. 7. Mouens *Quo* dupliciter poteſt in- 41.& ſeqq.
telligi, formaliter, & effectiue: eſſe *quo* formaliter dicit imper- *i* opuſc. de
fectionem formæ, & partis, ita vt tale *quo* non poſſit ſeparari ab Quo, &
eo quod per ipſum operatur: ita non conuenit Deo eſſe mouens Quod.
quo, reſpectu alicuius: mouens autem quo effectiue idem eſt ac
eſſe id, cuius virtute alia agunt; exemplum addit D. Th. quod
etiam attulerat in 1. p. q. 36. ar. 3. miniſter dicitur agere per
Regem, ſiue Rege, quia agit virtute Regis ſibi communicata:
ſic omnia creata poſſunt dici agere Deo, id eſt virtute Dei a ſe
participata. V L. In primis falſo tribuis D. Thomæ, ſecun-
dum eius doctrinam, eſſe quo formaliter, dicere imperfectio-
nem formæ, ac partis; quia de hac re † ne verbum quidem ibi † 109. falſ. cit.
D. Th. hæc tantum referens, *k* *Intellectus ergo poſſibilis eſt, quo*
hic homo formaliter loquendo intelligit: illud autem, quo aliquid ope- *k* 3. de an. com. t. 7.
ratur, ſicut actiuo principio, poteſt ſecundum eſſe ſeparari ab eo quod

ope-

operatur; vt ſi dicamus quod balliuus operatur per regem, quia rex mouet eum ad operandum: ſed impoſſibile eſt illud, quo aliquid operatur formaliter, ſeparari ab eo ſecundum eſſe: quod ideo eſt, quia nihil agit niſi ſecundum quod eſt actu: ſic igitur aliquid formaliter operatur per aliquid, ſi cum eo ſit actu: non autem fit aliquid cum aliquo ens actu, ſi ſit ſeparatum ab eo ſecundum eſſe. vnde impoſſibile eſt quod illud, quo aliquid agit formaliter, ſit ſeparatum ab eo ſecundum eſſe. Vbi nihil omnino de imperfectione formæ, vel partis, ob quam ſolam tu conaris ex D. Tho. contra me tollere primo-mouenti Deo rationem partis ac formæ vniuerſi: Nec eſſe inſeparabile arguit imperfectionem, vt late probaui tractans de natura pri-

lib.1.c.2. mo mouente; nam inſeparabile eſſe non ratione ſui, ſed ratione illius, quod ipſo indiget, perfectionis eſt. Sed alium locum explicet Sibylla; quum altiſſima tractet Theologiæ myſteria.

SIB. Profecto D. Tho. ibi profert idem exemplum Regis & Balliui, ſed illud ait non explicare diſtinctionem allatam mouentis quo formaliter, & effectiue, vt ais; at ſolam determinationem ad factum; quare locus ille D. Tho. nihil de propoſito

† 110.falſ. cit. tractans, aſt alia de re longe diuerſa, † Pleſſiace tibi citatus eſt;

l 1.p.q.36. ar.3. ait enim D.Th. ibi, l *Reſpondeo dicendum, quod in omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpoſitio, per, deſignat in cauſſali aliquam cauſſam, ſeu principium illius actus: ſed quum actio ſit media inter faciens & factum, quandoque illud cauſſale, cui adiungitur hæc præpoſitio, per, eſt cauſſa actionis, ſecundum quod exit ab agente; & tunc eſt cauſſa agenti, quod agat, ſiue ſit cauſſa finalis, ſiue formalis, ſiue effectiua, ſiue motiua: Finalis quidem, vt ſi dicamus, quod artifex operatur per cupiditatem lucri; Formalis vero, vt ſi dicamus, quod operatur per artem ſuam; Motiua vero, ſi dicamus quod operatur per imperium alterius. Quandoque vero dictio cauſſalis, cui adiungitur hæc præpoſitio, per, eſt cauſſa actionis ſecundum quod determinatur ad factum, vt quum dicimus artifex operatur per martellum: non enim ſignificatur quod martellus ſit cauſſa artifici quod agat, ſed quod ſit cauſſa artificiato vt ab artifice procedat, & hoc ipſum habeat ab artifice. Et hoc eſt, quod quidam dicunt, quod hæc præpoſitio, per, quandoque notat auctoritatem in recto, vt quum dicitur, Rex operatur per Balliuum; quandoque autem in obliquo, vt quum dicitur Balliuus operatur per Regem. Quia*

igi-

igitur Filius habet a Patre quod ab eo procedat Spiritus Sanctus, poteſt dici quod Pater per Filium ſpirat Spiritum Sanctum; vel quod Spiritus Sanctus procedat a Patre per Filium: quod idem eſt. Non igitur hic D. Thom. exemplo Regis & Balliui declarat principium mouens quo formaliter, & effectiue, vt *m* alibi, ſed ſolum determinationem actionis principij cuiuſcumque ad principiatum. VL. Deinde vero D. Th. ait, illud, quo aliquid operatur, ſicut actiuo principio, non neceſſario ſeparati, ſed poſſe ſeparari ſecundum eſſe ab eo quod operatur: at vero Deus non poteſt ſecundum eſſe ſeparari a motu, & gubernatione mundi, ſi ſumatur vt primum mouens; quia mouens neceſſario ſimul eſſe cum eo quod mouetur, oſtendit *n* Ariſtoteles non quia Deus dependeat in eſſe neceſſario a motu, ſiue a mobili; ſed viceuerſa quia motus & mobile neceſſario dependet a Deo ſibi præſente. Deinceps D. Tho. eo loci contra Auerroem exiſtimantem Intellectum non eſſe formam informantem, ſed aſſiſtentem diſputans, per agens formaliter intelligit formam informantem ad excluſionem aſſiſtentis, quam dicit agere efficienter: Quare nihil contra me, qui cenſeo Deum eſſe formam aſſiſtentem Vniuerſo. Denique falſum prorſus eſt, eſſe quo formaliter dicere imperfectionem formæ, & partis, ita vt tale quo non poſſit ſeparari ab eo quod per ipſum operatur; tum quia forma perfectio eſt eſſentialiter; tum quia pars eſſentialis, quæ forma & actus eſt, nullam includit imperfectionem, & eſt ſuo toto perfectior, vt late *o* alibi probaui: tum quia rationalis anima eſt forma, & pars *p* qua homo mouetur, & intelligit formaliter; & nihilominus poteſt reipſa ſeparari ab homine, qui per ipſam operatur: tum demum quia non omnis inſeparabilitas arguit imperfectionem formæ, quæ ſeparari non poteſt; nam vt imperfectio eſt formæ, quæ ſeparari non poſſit a materia, quia eius indigeat, & ab ea dependeat: ita ſumma perfectio eſt formæ, quæ ſit inſeparabilis a materia, quia ob ſummam ſui bonitatem eſt ſumme communicabilis; & quia materia ſine tali forma conſiſtere non valet; quam theoriam late *q* dudum expoſitam non eſt vt hic repetam. LIL. In *r* pag. 18. dicitur, *materiam eſſe naturam*; quæ propoſitio ſicuti eſt vera, ita non ſine diſtinctione admittenda eſt: diſtinctio autem ponitur a Zaba-

m 3. de an. com. t. 7.

n 7. phyſ. t. 10.

o 2. de nat. pr. mou. cap. 11.

p 2. de an. t. 24.

q 2. de nat. pr. mo. c. 2.

r pag. 56.

rella lib. de Natura cap. 7. eſſe naturam duobus modis poteſt intelligi, indeterminate, & determinate: materia ſecundum ſe indeterminate eſt natura; ſed ſub forma ſicuti actuatur materia, ita etiam fit natura determinate, iuxta decreta ab Ariſt. in 5.

ſ 2. phy. t.73. meta. t. 5. VL. Egoquidem ab ſ Ariſt. doctus aliud eſſe mouens phyſice, & aliud mouens phyſicum, vt lubens tibi conceſſero materiam primam eſſe naturam quandam indeterminatam, quod ab Ariſt. didici ſcribente, t *Dico autem materiam, quæ*

t 7. meta. t.8. *per ſeipſam neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, quibus ens determinatur:* non tamen tibi conſentiam, materiam eſſe indeterminate naturam, ad formæ diſcrimen, quæ ſit determinate natura; nam vtraque determinate natura eſt, nec vnquam Ariſt. tale diſcrimen attulit, ſed ſemper vtramque ſimpliciter naturam appellauit; tum afferens, u *Vno igitur modo*

u 2. phy. t.10. *natura ſic dicitur, prima vnicuique ſubiecta materia habentium in ſeipſis motus principium & mutationis: alio autem modo forma, & ſpecies, quæ ſecundum rationem:* tum inquiens, x *Natura vero di-*

x 5. meta. t.5. *citur, vno quidem modo naſcentium generatio, vt ſi quis producta voce dicat Y: Alio vero, ex quo primo inexiſtente generatur quod gignitur:* quod eſſe materiam primam conſtat ex Ariſt. alibi ſcribente, y *Dico enim materiam primum ſubiectum vniuſcuiuſque, ex quo*

y 1. phy. t.82. *fit aliquid quum inſit, non ſecundum accidens* &c. tum addens prio-

z 5. meta. t.5. ri loco. z *Natura vero hæc, prima materia, & hæc dupliciter, aut quæ ad ipſum prima, aut ſimpliciter prima*, &c. Quare falſa † ci-

† 111. fall. cit. tatione proponis hunc locum, quaſi decernat hic Ariſt. materiam ſecundum ſe tantum indeterminate eſſe naturam, ſed ſub forma fieri naturam determinate; quum *determinate, & indeterminate* voces non habeantur in toto eo textu. ROS. Forte reſpexit Lilium ad alia tria textus illius effata; quorum primum eſt, quo dicit Ariſt. *Item natura dicitur ex quo primo inordinato exiſtente, & immobili ex ſua potentia aut eſt, aut fit aliquid eorum, quæ natura ſunt.* alterum eſt, quo paullo poſt addit, *Quare, & quæcumque natura ſunt, aut fiunt, iam exiſtente, ex quo aptum eſt fieri, aut eſſe, nondum dicimus naturam habere, ſi ſpeciem, & formam non haberent.* Tertium eſt, quo in fine tex. ait, *Materia enim, eo quod huius eſt ſuſceptiua*, formæ ſcilicet, *dicitur natura.* VL. Nil horum tuetur Lilium; non enim Ariſt. in vllo horum theorema-

tum

cum dicit materiam primam eſſe ſecundum ſe naturam indeterminate, ac fieri determinate naturam ſub forma, ſicuti ſub ea actuatur; quod hic Ariſtotelem docere fatetur Lilium. Deinde in primo dogmate Magiſter nomine primi inordinati non ſignificat materiam primam rerum omnium naturalium, de qua loquimur, ſed artificioſarum; quod ipſemet Ariſt. explicat immediate ſubdens, *vt ſtatuæ, vaſorumque æneorum æs natura dicitur, ligneorum vero lignum, ſimiliter autem & de ceteris: ex his enim vnumquodque eſt prima materia ſalua.* Nuncupat autem hanc primam materiam artificioſorum naturam ad eorum formæ diſcrimen, quæ *a* ars nuncupari ſolet ab eodem: vocat item primum inordinatum exiſtens, quia priuatio, præcedens generationem artificioſorum in eorum prima materia, eſt inordinatio quædam quum artificioſorum forma plerumque ſit ordo partium; vt aperte nos docuit Ariſt. alibi dicens, *b differt autem nihil inconſonantia dicere aut ordine, aut compoſitione; manifeſtum enim quod eadem ſit ratio: At vero & domus, & ſtatua, & quodlibet aliud fit ſimiliter; domus enim fit ex eo, quod non compoſita, ſed diuiſa ſunt hæc ſic: & ſtatua & figuratorum aliquod ex infigurato: & vnumquodque horum ſecundum alia quidem ordo, ſecundum alia vero compoſitio quædam eſt.* In ſecundo autem theoremate naturæ nomine non ſignificat Ariſt. alteram partem compoſiti naturalis, ſed ipſammet eſſentiam totam compoſiti; quod ipſemet oſtendit tum immediate ſupra, & infra dicens, *c Alio item modo natura dicitur ſubſtantia eorum, quæ natura ſunt, ſicuti qui dicunt naturam eſſe primam compoſitionem; aut, ſicut Empedocles dicit, quod nullius entium natura eſt, ſed miſtio ſolum, & miſtorum permutatio eſt; natura vero ab hominibus nominatur: Quare & quæcumque natura ſunt, aut fiunt, iam exiſtente, ex quo aptum eſt fieri, aut eſſe, nondum dicimus naturam habere, ſi ſpeciem, & formam non habeant: Natura igitur quod ex ambobus his eſt, vt animalia, & partes eorum.* tum alibi hoc effatum egregie declarans his notis, *d Vt enim ars dicitur quod ſecundum artem, & artificiale; & ſic & natura, quod ſecundum naturam dicitur, & quod naturale: neque autem illud dicimus habere ſecundum artem aliquid, ſi potentia tantum eſt lectus, nondum autem habet formam lecti, neque eſſe ſecundum artem; neque in ijs, quæ natura ſubſiſtunt: potentia enim caro,*

a 2. phyſ. t. 11.

b 1. phy. t. 46.

c 5. meta. t. 5.

d 2. phy. t. 11.

Digitized by Google

aut os, neque habet adhuc ſui ipſius naturam, priuſquam accipiat formam, quæ ſecundum rationem, quam definientes dicimus quid eſt caro, aut os, neque natura eſt. In tertio vero dogmate ſolum id contendit Ariſt. materiam dici naturam per relationem ad formam, vt omnis alia res, quæcumque natura dicitur: at nunquam habebis ex Ariſt. materiam dici naturam indeterminate: quum materia ſit determinate natura paſſiua, nunquam

* 1. phy. t.55.56. actiua * Ariſtoteli. Ceterum falſo ſcribit etiam Fl. incl. Zabarellam aſſerere materiam eſſe naturam indeterminate; quia

† 112. falſ. cit. ſtatuit longe † aliter, nimirum, ſolam formam eſſe naturam, non item materiam; quia natura eſt cauſſa motus determinati, materia non reſpicit vllum motum determinatum, ſed indeterminatam eſſe ad omnes motus, adeoque non eſſe naturam: en

e de nat. c.7. verba Zab. in loco a te cit. e *Ariſt. dicere videtur tam formam, quam materiam eſſe naturam, eamque ſententiam nunc omnes ſequuntur; attamen ſi vera illa ſunt, quæ modo diximus, non apparet quomodo materia poſſit vocari natura, ſiquidem natura certum quendam & ſtatutum motum reſpicit, qui dicitur naturalis; materia vero eſt libera & æque apta ad contrarios motus recipiendos: hoc autem ſi dixerimus, ſola forma erit natura.* & mox. *Ab hoc mihi videntur plures in hunc errorem ducti fuiſſe, vt putauerint & materiam, & formam eſſe naturam: ego tamen puto eos eſſe deceptos, & ſecundum Ariſt. ſolam formam eſſe naturam, & principium motus tam actiuum, quam paſſiuum, tum quia materia ſecundum ſe libera eſt, & æque apta ad oppoſitos motus patiendos &c. tum etiam quia quum vna ſit omnium materia, ſequeretur omnium rerum naturalium vnam & eamdem eſſe naturam; quod tamen non vult Ariſt. quum enim non vnus & idem ſit rerum omnium naturalium motus naturalis, natura quoque non debet omnium vna & eadem eſſe.* & paullo poſt. *Vnius rei vna debet eſſe natura, non plures, quemadmodum vnius rei vnus eſt actus; attamen ſi tam materiam, quam formam eſſe naturam rei Ariſt. exiſtimaſſet, duæ eſſet vnius rei natura; quod nullo pacto dicendum eſt.* & adhuc infra. *In hoc igitur communis aliorum error conſiſtit, quod putant materiam per ſe eſſe naturam, & ita duas eſſe naturas diſtinctas in eadem re, formam & materiam;* &c. *hac igitur ratione materia eſt principium motus paſſiuum, non tamen a forma diſtinctum* &c. Ex quibus conſtat Zabarellam tollere

materiæ omnem rationem naturæ tam determinate, quam indeterminate; ſolamque formam eſſe vere naturam: ſed vt Zabarella non bene conſtituit materiam ſecundum ſe non eſſe naturam diſtinctam a forma; ita tu falſo ſtatuis illum ponere formam eſſe determinate naturam, ac materiam eſſe indeterminate naturam, qui eam ponit non eſſe proprie naturam quia non ſit principium determinati motus naturalis, ſed libera omnes motus reſpiciat. Ceterum Zabarellam fefellit, quod exiſtimauit materiam, ad hoc vt natura ſit, debere eſſe naturam vnius rei, ſiue vniuſcuiuſque rei ſingillatim ſumptæ; ac vnius rei vnicam tantum eſſe naturam; quin motum vniuerſim ſumptum non poſſe dici naturalem: Quæ omnia falſa ſunt; nam vt hic motus, qui eſt naturalis vni, eſt alteri violentus, & viciſſim: ita motus generatim ſumptus eſt naturalis corporibus phyſicis vniuerſim acceptis: vt innuit Ariſt. dicens eum eſſe veluti † vitam quandam natura ſubſiſtentibus omnibus: vita enim naturalis eſt ei, cuius dicitur vita: & materia prima etſi non ſit natura peculiaris huius aut illius rei, eſt tamen natura communis omnium rerum ſubcæleſtium, a qua illę omnes generatim ſumptæ habent vt ſint ſecundum f naturam generabiles, & corruptibiles, ac paſſiue mobiles Ariſtoteli; cui ad patiendum phyſice ſufficit g vnum materiale principium: nec inconuenit vnius rei duas eſſe naturas partiales, materiam & formam; ex quibus coaleſcit vna natura totalis, quæ dicitur eſſentia compoſiti; quas naturarum differentias exprimit & explicat Ariſt. h apertiſſime, dicens, *Natura vero hac, prima materia, & hac dupliciter, aut quæ ad ipſum prima, aut ſimpliciter prima: vt puta operum æneorum ad ipſa quidem æs primum, ſimpliciter autem aqua fortaſſis, ſi omnia quidem liquabilia aqua: & forma, & ſubſtantia; hac autem eſt generationis finis.* LIL. In pag. 19. & 20. aſſeritur formam in rebus inanimatis eſſe tantum *principium paſſiuum* motus, vt propterea elementa in ſua loca naturalia non moueantur actiue a propria forma tanquam a principio intrinſeco. VL. Id quidem non in † 19. ſed in 20. & 21. pagella ſcripſi, dicens, i *Forma vero eſt natura, quia eſt principium motus; actiuum quidem in animalibus, ſeu viuentibus, quæ mouentur a ſeipſis motu augmenti, & decrementi, vel etiam locali: paſſiuum autem in*

† 8. phy. t. 4.
f 1. phy. t. 82.
1. de gen. t. 1.
g 1. phy. t. 56.
h 5. metaph. t. 5.
† 113. falſ. cit.
i pag. 20.

k 8.phy.t. *inanimatis, nam ea moueri ab externo* k *motore, ſatis aperte proba-*
27.29.32. *uit Ariſt. dum oſtendit ipſa non niſi a* l *generante per ſe moueri, vel a*
l pag.21. *remouente impedimentum, velut a mouente per accidens.* Sed tu,
Fl. incl. quid opponis meæ opinioni, Ariſtotelis autoritate fir-
matæ? quomodo tuam firmas, ac doces? LIL. Non deſunt
textus Ariſtotelici, & Peripateticorum auctoritates, quæ hoc
firmant, & docent. VL. Immo perſpicuis verbis Ariſtoteles
ipſe firmat & docet oppoſitum dum dedita opera quærens a
quo motore moueantur ſecundum naturam elementa, & omni-
m 8. phy. no grauia & leuia ſcribit, m *Et eorum, quæ ab alio mouentur, alia*
t.27. *quidem mouentur natura, alia vero præter naturam: præter naturam*
n tex.28. *quidem vt terra ſurſum, & ignis deorſum.* & mox. n *Maxime au-*
tem dubitatur reliquum dictæ vltimæ diuiſionis, eorum enim, quæ ab
alio mouentur, hæc quidem præter naturam poſuimus moueri, alia
autem relinquuntur opponi, quia natura: Hæc autem ſunt, quæ dubi-
tationem afferunt, a quo moueantur. vt leuia, & grauia: hæc enim
ad oppoſita quidem loca violentia mouentur; ad propria autem, leue
o tex.29. *quidem ſurſum, graue autem deorſum, natura.* o *A quo autem, non*
adhuc manifeſtum, vt quum mouentur præter naturam: etenim ipſa
a ſeipſis (adeoque a propria forma, & a motore intrinſeco) *im-*
poſſibile eſt: vitale enim hoc, & animatorum eſt proprium. Et ſi-
ſtere poſſent ſeipſa; dico autem, vt ſi ambulandi cauſſa ſit ſibi, & non
ambulandi: quare, ſi in ipſo igne eſt ſurſum ferri, manifeſtum quod
in ipſo & deorſum: irrationabile autem eſt illud, vno motu moueri ſo-
p tex.30. *lum a ſeipſis, ſi ipſa ſeipſa mouent.* p *Amplius quomodo contingit*
continuum aliquod & compoſitum ipſum ſeipſum mouere? quatenus
enim vnum, & continuum, non tactu, eatenus impaſſibile eſt: ſed qua-
tenus ſeparatum eſt, eatenus hoc quidem aptum natura eſt facere,
illud vero pati. Neque ergo horum vllum ipſum ſeipſum mouet (con-
ſita enim ſunt) neque aliud continuum vllum; ſed neceſſe eſt diuidi
mouens in vnoquoque ab eo, quod mouetur; vt in inanimatis videmus,
q tex.31. *quum aliquod animatorum mouet illa.* q *Sed accidit & hæc ab ali-*
quo ſemper moueri: fiet autem vtique manifeſtum diuidentibus cauſ-
ſas. quibus diuiſis immediate colligit, *Ignis itaque, & terra mo-*
uentur ab alio; violentia quidem, quum præter naturam; natura au-
r tex.32. *tem, quum ad ſuos ipſorum actus potentia exiſtunt.* r *Quoniam au-*
tem quod potentia eſt multipliciter dicitur, hæc cauſſa eſt vt non ſit
ma-

Digitized by Google

manifeſtum a quo hæc moueantur, vt ignis ſurſum, & terra deorſum. multisque propoſitis confirmantibus elementa moueri ſecundum naturam per ſe quidem a generante, per accidens autem a remouente impedimentum, denique tuum dogma proſcribens ait, *Quod igitur nihil horum* (grauium ſcilicet ac leuium, & omnino elementorum, de quibus agit) *ipſum mouet ſeipſum, manifeſtum eſt; ſed motus habet principium, non mouendi, neque faciendi, ſed patiendi. Si* ∫ *igitur omnia, quæ mouentur, aut natura mouentur, aut præter naturam, & violentia; & quæ vi & præter naturam, omnia a quodam, & ab alio; eorum autem, quæ natura, rurſus & quæ a ſeipſis mouentur, ab aliquo mouentur; & quæ non a ſeipſis, vt grauia, & leuia (aut enim ab eo, quod generauit, & fecit leue, aut graue; aut ab eo, quod impedientia ſoluit) omnia vtique, quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur.* Hanc adeo cumulatam, & adeo claram determinationem Ariſtotelis de motore grauium & leuium extrinſeco, & non intrinſeco mirum eſt a te diſſimulari, del. Fl. LIL. Simplic. 2. phy. com. 1. *Quæcumque,* inquit, *grauitatem habent, ad ſupremum locum, vel in obliquum, ab altero mouentur; deorſum autem, a ſeipſis: ignis quoque deorſum cietur ab altero, ſurſum autem per ſe.* VL. Si ſententiam integram Simplicij retuliſſes, nec eius dicta more Pleſſiaco mutilaſſes, omnes agnoſcerent hanc probationem non ex † Ariſtotele peti, nec ex Simplicio, ſed ex Eudemo, cuius verba proponit ibi Simpl. inquiens, *Indicat Eudemus, qui libro primo naturalium hæc ſcribit, Quoniam autem dicimus plura eſſe natura: etenim hominem, equum, & omne animal, ac horum partes: Item herbam, & prorſus ea, quæ naſcuntur: Rurſus terram, ignem, & plura inanimata; aliquid his omnibus ineſt: nam ſenſus proprius eſt animalibus, & plura alia: auctio autem propria eſt viuentibus: at omnia, vt ita dixerim, mouentur: etenim lignum, æs, ignis, & vniuerſaliter omne corpus mouetur; ſed non æque omnes motus habent; ceu lapis, & quæcumque habent grauitatem, quæ ad ſupremum locum, vel in obliquum ab altero mouentur, deorſum autem a ſeipſis; ignis quoque deorſum cietur ab altero, ſurſum autem per ſe: lignum quoque mouetur deorſum per ſe, ſimiliter lectica lignea mouetur deorſum, ſed non quatenus lectica* &c. Tu quæ Simplicius ex Eudemo refert, affers velut Ariſtotelica,

∫ tex. 38.

† 114. falſ. cit.

vel Simpliciana? RO. Hoc recte præſtare potuit Lilium, quoniam Eudemus a Simplicio citatus eſſe potuit nomen libri Ariſtotelici, de quo meminerunt Galenus, Themiſtius, Plutarchus, & alij veteres. V.L. Minime vero, quia liber, quem Ariſtoteles a ſe conſcriptum inſcripſit, *Eudemus*, non eſt multiplex ſub titulo *Naturalium*, quem hic citat Simplicius, referens Eudemum in primo Naturalium talia dixiſſe; ſed vnicus dialogus, qui de anima peragit, vel de immortalitate animæ; quod

t 3. de an. cap. 37.

apertiſſime conſtat tum ex Themiſtio ſcribente, t *Similiter & illa hoc volebat, quæ animam hominis cum Deo quandam habere ſimilitudinem comprobabat, Demum ſi diligenter attenderis, ceteras quoque rationes, quæ paullo firmiores grauioresque habeantur, conuenire omnes, & congruere huic intellectui comperies, quemadmodum & illæ, quas ipſemet Ariſtoteles in Eudemo complexus eſt: Ex ijs abunde arbitror manifeſtum factum Platonem ex ijs partibus, quæ pertinent ad animam, ſolum intellectum immortalem putaſſe*; &c. tum ex Galeno dicente, connumerante libros a ſe conſcriptos

u de lib. prop. c. 15.

ſub hoc titulo, u *De ſpectantibus ad Ariſtotelicam philoſophiam. cap. 15. Commentariorum in librum de Enunciatione, libri quatuor. In priora Analytica, libri ſex: in poſteriora, quinque. In decem prædicamenta, commentaria quatuor.* & mox. *In librum de dictione Eudemi, libri ſex.* tum ex Plutarcho dicente, x *Adiuuerunt eum multi, qui Rempublicam tractabant & Philoſophi, & Cyprius Eudemus, in cuius honorem mortui Dialogum de Anima Ariſtoteles ſcripſit.*

x in vita Dionis.

y in conſol. ad Apoll.

Et alibi y ſcribente, *Multi quoque, vt ait Crantor, ijque ſapientes viri, non nunc primum, ſed pridem deplorauerunt res humanas, ſupplicium indicantes vitam hanc eſſe, & ſummæ calamitatis loco ducentes naſci hominem; hoc ipſum Ariſtoteles ait Silenum, quum captiuus ad Midam adduceretur, pronunciaſſe; Cuius hæc ſunt (præſtat enim opinor ipſa apponere) in Eudemo, ſiue libro de anima verba, Itaque* &c. Ceterum dicat Eudemus, dicat ex Eudemo Simplicius quicquid ſibi placuerit in propoſito, non ne fuerit pluris apud nos autoritas Ariſtotelis, & ex Ariſtotele ratio multiplex allata probans elementa non moueri a ſeipſis, ſed a generante? LIL. Extat de hac re pulcherrima doctrina Auerr. 3. cæl. com. 28. ex qua colligitur elementum vt eſt actu leue vel graue mouere, quatenus eſt potentia ſurſum, vel deorſum moueri,

Digitized by Google

ueri,& propterea formam, vt eſt forma, mouere, vt eſt in materia, moueri; quod etiam ſignificauerat Ariſt. 1. de gen. 55.

V L. Licet Auerrois dicta vera ſint in eo ſenſu, quo forma grauis,& graue prout actu graue eſt, dicitur mouere, non quidem ſeipſum,ſed aliud quod ab ipſo generatur; quatenus autem potentia eſt, & in materia, dicitur moueri a ſuo generante, vt z Ariſt. alibi docuit, & ex Ariſtotele Auerroes tum aſſerens, a *Et,quia corpora ſimplicia ſunt vna ſecundum definitionem; & nullum eorum poteſt diuidi in motorem, & motum; neceſſe eſt vt non ſint mota ex ſe; niſi eſſet poſſibile vt motor eſſet ipſum motum. Si igitur aliquis dixerit quod ſunt corpora ſimplicia compoſita ex materia & forma, quorum vtrumque eſt diſtinctum ſecundum definitionem a reliquo, dicemus ad hoc quod prima materia non eſt exiſtens in actu,& illud,quod mouetur ex ſe, debet diuidi in motorem, & motum in actu; quoniam illud, quod eſt potentia, neque mouetur, neque mouet. Si igitur lapis v. g. moueretur ex ſe, contingeret vt eſſet mouens, & motum eodem modo ſecundum formam; quoniam non eſt exiſtens in actu niſi ſecundum formam: quod eſt impoſſibile:* tum aperte dicente, b *Quum igitur declarauit, ſicut diximus, quod illa,quæ mouentur naturaliter, & carent animabus,non mouentur ex ſe, dixit, Sed ſequitur in iſtis,&c.id eſt, & ſequitur ex ſermone prædicto vt non moueantur niſi ab aliquo extrinſeco,quum non moueantur a principio ineis.* quo quid clarius pro me contra te dici poteſt? tum etiam poſtea ſcribente, c *Declaratum eſt igitur quod nullum corporum ſimplicium naturalium, ſ. quod terræ, & ignis, & ceterorum mouet ſe, propter hoc, quod in eo eſt principium, quo moueat ſe,& hoc eſſentialiter, non accidentaliter; ſed in eo eſt eſſentialiter principium receptionis, vt moueatur ab extrinſeco, non principium actionis, niſi per accidens:* de quo non loquitur ſcientificus. At vero quod ais, Ariſtotelem 1. de gen. t. 55. ſignificare, formam, vt forma eſt, mouere; vt eſt in materia, moueri, totum † Pleſſiacum eſt; quia ne verbum quidem Ariſt. eo loci ſerit de propoſito: vt conſtat e verbis textus, quæ ſunt ipſiſſima, *Eſt enim effectiua cauſſa vt unde principium motus: cuius autem gratia, non effectiua, niſi ſecundum tranſlationem. etenim facientis, quum inerit, generatur aliquid ipſum patiens: habitibus autem præſentibus, non amplius generatur, ſed eſt iam. formæ autem, & fines habitus quidam ſunt:*

z 8. phy. t. 30. & ſeqq.
a 8. phyſ. com. t. 30.
b 8. phy. com. t. 31.
c com. t. 31.
† 115. falſ. cit.

Digitized by Google

ſunt: materia autem, ſecundum quod materia, paſſiuum. Ignis igitur habet in materia caliditatem. ſi autem aliqua eſſet ſeparata caliditas, hæc nihil vtique pateretur. Hanc igitur forſitan impoſſibile eſt ſeparabilem eſſe: ſi autem ſunt quædam talia, in illis vtique erit quod dicitur, verum. Quid igitur ſit facere & pati, & quibus inſit, & quare, & quomodo determinatum ſit hoc modo. De eo vero, quod ais, Ariſtotelem hic ſignificare formam, vt forma eſt, mouere; vt eſt in materia, moueri, potiſſimum motu locali, de quo tractas in præſentia, ne verbum quidem: quia ſolum agit de motu alterationis, nomine *agere & pati*, prout a motu locali contradiſtinguitur in toto illo non ſolum textu, ſed etiam capite Magiſter; nec vllo pacto ſignificat, *formam, vt forma eſt, mouere, vt in materia eſt, moueri*: quod aſſeris plane falſa citatione, vt vnicuique conſtat apertiſſime locum Ariſtotelis legenti. LIL. Vide Auerr. 1. de cæl. t. 89. VL. Vidi, & reperi commentatorem ibi decernere *ſimplicia corpora moueri per ſe naturaliter, ſ. a principijs intrinſecis in eis, non ab extrinſecis:* at obſeruaui per principia intrinſeca nobis denotare principia paſſiua; nam ibi contradiſtinguit motum naturalem a violento, qui fit cum repugnantia principij paſſiui; quo non repugnante, motus erit naturalis. LIL. In 9. meta. t. 18. loquens Ariſt. de elementis dixit ea, *ſecundum ſe, & in ſeipſis habere motum*, quem locum declarans D. Th. *dicit formas eorum eſſe principia talium motuum.* VL. Del. Flos, nos agimus de motu locali, quo elementa mouentur; & quærimus an moueantur a propria forma, vti tu credis, an ſolum ab extrinſeco, vt ego ex Ariſt. didici; ſed in loco a te citato nec Ariſt. nec D. Tho. agunt de motu locali, nec de motu quo elementa mouentur; ſed de motu alterationis, quo elementa mouent aliud mobile a ſe diſtinctum; quare citatio † falſa prorſus eſt in propoſito de motu locali, quo elementum mouetur; en verba Magiſtri, *Imitantur autem incorruptibilia & illa entia, quæ in tranſmutatione ſunt, vt terra, & ignis: etenim ſemper hæc agunt: per ſe enim, & in ſeipſis habent motum*. in ſeipſis habent motum tum agentia, eo modo quo Rex græcorum habet in ſe d res populorum; tum patientia ab extrinſeco id innotuiſſet ex te ſi D. Thomæ ſententiam integram attuliſſes, non eam mutilaſſes; en verba D. Th. e *Comparat corpora corruptibilia corporibus*

† 116. fal. cit.

d 4. phy. t. 23.

e 9. meta. l. 9.

bus incorruptibilibus in agendo, & primo quantum ad ſimilitudinem dicens, quod corpora eorum, quorum eſſe eſt in tranſmutatione, imitantur corpora incorruptibilia in eo quod ſemper agunt, ſicut ignis, qui ſecundum ſe ſemper calefacit; & terra, quæ ſecundum ſe ſemper facit operationes proprias & naturales: & hoc ideo eſt, quia habent motum, & operationem ſuam propriam ſecundum ſe, & in eis, in quantum ſ. formæ eorum ſunt principia talium motuum, & actionum.

L I L. Vere dum enunciat ſæpe Ariſt. vniuerſaliter formam mouere, & agere, vt 3. phy. t. 17. & 2. de gen. t. 53. indicauit etiam officium eſſe harum formarum mouere elementa in ſua loca. V L. Minime vero; nam primo loco ſcribens Ariſt. *Accidit autem hoc tactu motiui: quare ſimul & patitur. Formam autem ſemper afferet aliquam id, quod mouet, aut hanc, aut talem, aut tantam, quæ principium, atque cauſſa motus erit, quum moueatur; vt actu homo facit ex eo, quod potentia exiſtit homo hominem:* aperte non ſolum tractat de forma † non vniuerſaliter in relatione ad omnem motum, ac ſpeciatim non ad motum localem, quo dicuntur elementa moueri proxime, vt vis, a propria forma; ſed de forma ſpeciatim in relatione ad motum augmenti, alterationis, & generationis; quorum nullo poteſt vllum elementum moueri a propria forma, ſed ſemper ab alio, ſiue ab alterius forma: nam formæ, hæc, talis, aut tanta, pertinent ad ſubſtantiam qualitatem, & quantitatem; quarum nullam affert mouens motu locali; ſed tantum vbi, ſeu locum; ſed etiam agit de forma, quam affert mouens, & quæ principium & cauſſa motus eſt, quum ipſa moueatur: modo forma, quam affert mouens motu locali proximum nulla eſt alia, quam eſſe alicubi, ſiue locus, & ipſum vbi: quum autem locus, & vbi ſit immobilis, & non ſit cauſſa efficiens motus localis, qua de tractamus in præſentia, ſed ad ſummum ſolum finalis; apertiſſime conſtat Ariſtotelem in hoc loco nihil agere de propoſito, ſed potius oppoſitum ſtatuere eius quod aſſeris, nam agit de motu, quo mouetur aliquid ab externo motore, non ab interno principio, dicens, *vt actu homo facit ex eo, quod potentia exiſtit homo hominem*: nihil enim ſeipſum generat. Conſimiliter ex altero loco non niſi paralogizans puro putoque ſophiſmate colligere poteris officium formarum elementorum eſſe mouere elementa in ſua loca; dicit

† 117. ſal. cit.

Digitized by Google

f 2. de gen. c. 53. enim Ariſt. ibi: *f Si autem materiam quis inquiat generare propter motum, naturalius vtique diceret ita dicentibus: alterans enim, & transformans magis cauſſa eſt generandi: & in omnibus conſueuimus hoc dicere efficiens, ſimiliter & in ijs, quæ natura, & in ijs, quæ ab arte ſunt, quod vtique motiuum. Sed tamen, neque hi recte dicunt: materiæ enim eſt pati & moueri; & mouere autem, & facere alterius potentiæ: Manifeſtum autem & in ijs, quæ arte & natura generantur: non enim ipſa facit aqua animal ex ſeipſa, neque lignum lectum, ſed ars. Quocirca & hi dicunt non recte propter hoc, & quoniam derelinquunt principaliorem cauſſam: auferunt enim quod quid eſt eſſe, & formam.* Ex quibus apparet tum falſa † citatione te ſtatuere

† 118. falſ. cit. Magiſtrum hic aſſerere, vniuerſaliter formam mouere & agere; quum formam accipiat ille non vniuerſaliter, ſed indefinite: tum paralogiſmo colligere formas elementorum mouere propria elementa motu locali in ſua loca, proindeque elementa moueri a ſeipſis: nam in primis Ariſt. hic non agit de motu locali, quo quidpiam a ſeipſo moueri poteſt, ſed ſolum de motu generationis, quo ſemper quod gignitur ab alio gignitur ſaltem numero diſtincto. Deinde ſi ex eo quod diſputationi dedero, formam vniuerſaliter mouere & agere, colligi putas formam elementi mouere proprium elementum ad ſuum locum; iam conſimiliter ex eo, quod vniuerſaliter anima ſenſitiua ſiue ſenſus cognoſcit & ſentit, colligi putabis animam ſenſitiuam ſentire cognoſcereque materiale corpus ſibi ſubſtratum, adeoque ſenſum ſentire ſeipſum; quod tamen aperte ne-

g 2. de an. c. 52. gat Ariſt. inquiens, *g Habet autem dubitationem, propter quid ſenſuum ipſorum non fit ſenſus, & quare ſine ijs, quæ ſunt extra, non faciunt ſenſum, inexiſtente igne, & terra, & alijs elementis, quorum eſt ſenſus per ſe, aut ſecundum ea, quæ accidunt ipſis. Manifeſtum igitur eſt quod ſenſitiuum non eſt actu, ſed potentia tantum, vnde non ſentit; ſicut combuſtibile non comburitur ipſum per ſe ſine combuſtiuo: combureret enim ipſum ſeipſum, & nihil indigeret ignis actu exiſten-*

† 10. ſophiſma. *tis.* Nonne clarum † ſophiſma eſt a ſimpliciter ad ſecundum quid? vniuerſaliter forma mouet, & agit; ergo forma elementi mouet ipſum ad ſuum locum? Sic dicere poſſes, vniuerſaliter forma generat, ergo forma elementi generat ipſum idem elementum, cuius eſt forma. Del. Fl. ad hoc vt verum ſit omnem

for-

formam mouere, & agere (quod tibi dicere videtur Ariſt.) ſat eſt eam mouere, & agere aliud elementum quod producit, non illud, cuius eſt forma. L I L. Cur enim dixit in 4. de cæl. t. 2. *Grauitatem, & leuitatem eſſe ſuſcitamenta quædam motus*, niſi quia mouere poſſunt? V L. Adeo tibi familiaris eſt textuum variatio, peruerſioque, vt a Pleſſiacis citationibus abſtinere nequeas; illa verba, quæ mutato charactere † tribuis Ariſtoteli, non leguntur in Ariſtotelico textu a te citato, ſed longe diuerſa, quæ meam ſententiam firment, proſcindant omnino tuam; dicens enim verbis ipſiſſimis, *Graue enim, & leue, quia moueri aliquo modo naturaliter poteſt, dicimus. Actionibus autem ipſorum* (aptius vertit Argyropilus ταῖς δὲ ἐνεργείαις, operationibus autem, quum Ariſtoteles hic formaliter agat de graui & leui quatenus moueri poſſunt naturaliter, non quatenus mouere poſſunt; operatio vero commune quid eſt actioni, & paſſioni) *nomina poſita non ſunt; niſi quis putet propenſionem ipſam eſſe tale*. Quare pro me clare determinat Ariſt. functionem grauium & leuium putari dicique non poſſe niſi propenſionem ad moueri naturaliter; hæc autem propenſio nihil eſt aliud quam inclinatio & potentia paſſiua elementorum ad ſubeundum motum ab alio; & reuera grauitas nullam aliam operationem, actionemve ſi placet, habet in graui, niſi quod ipſum inclinat ad ſubeundum motum rectum deorſum; & leuitas nihil aliud agit in leui, niſi quod ipſum reddit propenſum ad ſubeundum a generante, atque a remouente impedimenta motum rectum ſurſum. Deinde ſubdens Ariſt. *Quia vero naturalis eſt tractatio de motu; hæc autem habent in ſeipſis veluti ſuſcitamenta* (vel vt reddit Argyropilus, *quaſi fomenta*) *quædam motus*: de te valde conqueritur; qui eius textum mutilaſti, ac mire peruertiſti, ſcribens eum longe aliter dicere, *Grauitatem & leuitatem eſſe ſuſcitamenta quædam motus*; tum quia populiſti e textu particulam illam, *veluti*, vel *quaſi*; quæ multi momenti eſt in propoſito: tum quia illa *veluti ſuſcitamenta quædam motus*, ſiue *quaſi fomenta quædam motus*, non ſunt Ariſtoteli grauitas & leuitas, vti ſcribis, at propenſiones ad motus a grauitate, ac leuitate prouenientes in graui, & leui; quas operationes grauitatis, & leuitatis nuper dixerat nomine carere, ac vocari debere propenſiones ad motus; nunc eos definit

† 119. falſa cit.

eſſe veluti ſuſcitamenta quædam, atque quaſi fomenta quædam motus; quia diſponunt graue ad motum deorſum, & leue ad motum ſurſum. & vere mecum hoc loco ſcribit D. Th. inquiens,
h 4. cæl. com. 1. c. 2. *b Aſſignat Ariſt. rationem intenti dicens, quod bene conſiderandum eſt de graui & leui hic, quoniam conſideratio de ipſis pertinet proprie ad conſiderationem de motu; definitur enim per poſſe moueri naturaliter aliquo modo ſecundum quod diximus: dico autem impoſſibile moueri aliqualiter, quoniam proprijs operationibus ipſorum, non ſunt propria nomina impoſita, ſicut operatio calidi calefactio nominatur, & frigidi infrigidatio: niſi forte aliquis operationem eorum communem dicat eſſe inclinationem ad motum rectum, & determinate opus grauis inclinationem ad motum grauis deorſum, leuis autem ad motum rectum ſurſum.* Tibi vero ponenti formas elementorum eſſe principia actiua motus immediata, mouentiaque proxima, iam grauium & leuium operationibus, actionibusque contra D. Thomam, & Ariſtotelem inerunt certa nomina poſita, deſcenſus, & aſcenſus; dicique debebit actio leuis, non inclinatio ad motum ſurſum, ſed motus ipſe ſurſum; & actio grauis, non inclinatio ad motum deorſum, ſed motus ipſe deorſum. Sed demus diſputationi Ariſtotelem dixiſſe (quod tu illi falſo imponis) *grauitatem & leuitatem eſſe ſuſcitamenta quædam motus;* quomodo colliges inde formam elementorum eſſe principium actiuum ea proxime mouens? an tibi grauitas, & leuitas eſt elementi forma? iam reclamantem habebis i Ariſtotelem elemen-
i 2. de gen. c. 6. & ſeqq. tis aſſignantem formas quatuor primas qualitates alteratrices, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem. An tibi grauitas, & leuitas erunt inſtrumenta excitantia formas ad mouendum propria elementa? iam tibi reclamabit idem Ariſt. definiens k animam ſolam, non item elementi formam, quæ infra
k 2. de an. t. 6. 7. naturam animæ degit, eſſe actum primum corporis naturalis inſtrumentalis. Sed quomodo nunc inſtrumentis adſcribis, incl. Fl. vim mouendi ſuum principale agens, ac ipſum excitandi ad operandum? non ne mere patitur inſtrumentum ab
* 8. phyſ. t. 37. agente primario? certe * Magiſter edocet inſtrumentum ita medium eſſe inter agens principale, & materiam mobilem; vt agens principale ſolum agat, immediate moueat organum; & eo mediante moueat vltimum mobile: at inſtrumentum mo-
tum

tum ab agente præcipuo, moueat ſolum patiens. en clariſſima verba Magiſtri, *Tria enim neceſſe eſt eſſe, quod mouetur, & mouens, & id quo mouet: Id igitur, quod mouetur, neceſſe eſt quidem moueri, mouere autem non neceſſe eſt: id autem, quo mouet, & mouere, & moueri: pariter enim mutatur hoc ſimul & ſecundum idem cum eo, quod mouetur, exiſtens: manifeſtum autem eſt in mouentibus ſecundum locum: tangant enim ſeinuicem neceſſe eſt ſic vſque ad aliquid: mouens autem ſic, vt non ſit id, quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus vltimum, quod moueri quidem poteſt, motionis autem principium non habet; & quod mouetur quidem, ab alio autem, ſed non a ſeipſo, rationabile eſt (vt ne neceſſarium dicamus) & tertium eſſe, quod mouet quidem, quum ſit immobile.* an ne tibi neruus, quo vt inſtrumento mouet anima muſculum, & omnino partem mobilem corporis, excitabit actiue animam ad mouendum muſculum? mihi certe non, nec vlli Medicorum, aut Philoſophorum. Ceterum ſatis te coarguit particula *quaſi*, vel *veluti*, quam e textu ſuſtuliſti; nam ea conuincit grauitatem, ac leuitatem non eſſe vere motus ſuſcitamenta, & ſi placet principia effectiua, ſed ijs vtcumque aſſimilari, ſi tuam explicationem de grauitate ac leuitate recipiamus; quum vere grauitas & leuitas diſponant elementa ad ſubeundos motus ſibi naturales a generante; adeoque ſunt fomites, & excitamenta ad motum, quaſi ſemina, & ſcintillæ, quæ a flatu extrinſecus actæ deurunt combuſtibilia, quum ex ſe nihil proficerent. LIL. Et cur in 2. phy. t. 84. dixit, *ea moueri naturaliter, quæ ab aliquo in ſeipſis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem?* vide Philoponum 2. phy. init. VL. Vidi Philoponum ibi, & hoc loco; & comperio eum recte cum Ariſt. fateri cauſſam effectricem rerum naturalium eſſe proprie naturam, quod tu negas; & eſſe in ipſis naturalibus: non ijſdem numero, quod tu credis; aſt ijſdem ſpecie: nam hic Ariſt. agit de motu generationis, vt ex integra Magiſtri ſententia conſtat; ait enim, *l Et monſtra peccata ſunt illius, quod propter aliquid agit: & in ijs igitur, quæ a principio, vtique compoſitionibus bouigena, ſi non ad quemdam terminum, ac finem poterant venire, corrupto vtique principio aliquo fiebant, vt nunc ſemine. m Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum, ſed non ſtatim animalia: & ipſa maſſa quidem mollis prius ſemen erat. Amplius & in*

l 2. phy. t. 82.
m tex. 83.

in plantis ineſt ipſum propter aliquid, minus autem diſtinctum eſt: Vtrum igitur & in plantis fiebant, vt bouigena viriprora, ſic vitigena oleoprora? An non, inconueniens enim: ſed tamen oportebat, ſi-
n tex. 84. *quidem & in animalibus. n Amplius oportebat, & in ſeminibus fieri vt accidit. Omnino autem deſtruit ſic dicens ea, quæ natura ſunt, & naturam. Natura enim ſunt, quæcumque ab aliquo in ſeipſis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem: ab vnoquoque autem non idem quibusque, neque quiuis, ſemper tamen ad eumdem, niſi aliquid impedierit.* Quibus aperte conſtat Ariſtotelem agere de motu generationis plantarum & animalium perfectorum in comparatione ad generationem monſtrorum; ſtatuereque in generatione monſtrorum naturam effectricem, quæ tendit ad procreationem rei eiuſdem omnino ſpeciei ac perfectionis impediri ab aliquo extrinſeco diuerſæ ſpeciei: ſed in generatione perfectorum viuentium effectricem cauſſam in eadem ſpecie procreare ſobolem eiuſdem ſpeciei, motu continuo perducente materiam mobilem ad eumdem finem, nimirum ad formam eiuſdem ſpeciei, in qua ineſt ipſum generans: quare nunc dicens Ariſtot. *natura eſſe quæcumque ab aliquo principio* generatiuo *in ſeipſis* ſecundum ſpeciem *continue mota perueniunt ad aliquem finem*, nimirum ad certam & determinatam formam ſpecificam (vt alibi decreuit, aſſerens animam rationalem eſſe
o 2. de gen. an. cap. 3. o finem generationis hominis) agit de principio actiuo motus generationis, termini enim, eodem p doctore, ſumendi ſunt
p 1. poſt. t. 74 90. & ſeqq. coarctati ad ſubiectam materiam; principiaque communia non in ſui vniuerſalitate ſunt accipienda, ſed appropriata ei, quod tractatur: tu vero auulſo dogmate Magiſtri e propria ſede pugnas; mutilataque ſententia in alienum ſenſum corrupta digladiaris, dogma de principio actiuo generationis plantarum & animalium de quo tunc agitur ab Ariſtotele, detorquens ad principium actiuum motus localis elementorum, de quo nos in
q 12. meta. t. 13. præſenti diſputamus: non animaduertens ex Ariſt. q haberi principium generationis naturalis effectiuum eſſe in ipſo quod gignitur ſecundum ſpeciem ad differentiam artis, quæ principium actiuum eſt in alio, vt antea late probaui; & ad differentiam principij impedientis naturam recte operari volentem in generatione monſtrorum, quod eſt extrinſecum, quia eſt alie-

num

num a ſpecie illius quod phyſice generatur; vt hoc in loco Philoponus iſſerit a te citatus, inquiens, r *Neque ipſa natura plures fines efficere poteſt, neque plures naturæ vnam eandemque formam operantur & perficiunt; ſed in vnaquaque forma definita certaque habetur, niſi quis extrinſecus impediat: ſæpe enim diuerſa animalia copulamus, vt equum & aſinam, ad producendum vnum, quæ procreant ex duabus ſpeciebus vnam: attamen & in his prouidentia naturæ admiratione digniſſima eſt cum huiuſmodi animalia ad procreandum ſibi ſimilia; infæcunda orbataque producat, vt diſcas & intelligas quæcumque ad ipſa procreatur, nullo externo vrgente, vel impediente hæc ipſa optatiſſimum finem aſſequi, qui ſane eſt ipſi ſpeciarum ſucceſſio*, &c. Sic igitur tu Magiſtrum & cum eo Philoponum, agentem de principio actiuo generationis animatorum, citatione † Pleſſiaca profers agere de principio actiuo motus localis elementorum. I. I L. Vt concludam, credo ſententiam Auerr. eſſe veram, quæ exprimitur in 2. phyſicorum com. 1. & 3. de cæl. com. 28. & inter recentiores declaratur luculentiſſime a doc. Zabar. 1. de mot. gra. & len. cap. 11. & 12. Generans eſt mouens mediatum. ita intelligo 8. phy. t. 32. immmediatum mouens forma. 4. de cæl. t. 24. V L. Certe de motu elementorum Auerroes non protulit hanc ſententiam 2. phyſi. com. 1. quam illi † adſcribis, ea moueri a propria forma immediate a generante vero mediate: ſed ſolum dixit, elementa differre ab artificioſis, vt & animalia, & cæleſtia corpora, quod habent in ſe principium motus; ſed hoc principium poſtea declarat non neceſſario eſſe actiuum, & formam; ſed ſat eſſe quo l ſit paſſiuum, & materia; dicit enim, *Et videmus &c. i. & vnumquodque entium naturalium differt ab artificialibus in hoc, quia vnumquodque entium naturalium habet in ſe principium, quo quandoque tranſmutatur, & quandoque quieſcit; quod non videmus in rebus artificialibus: vnde naturalia dicuntur naturalia ſecundum hoc principium. Deinde numerauit modos tranſmutationis, & dixit, quædam in loco: & in hoc collocantur quatuor elementa, & habentia animas, & corpora cæleſtia* &c. R O. Attamen Auerr. paullo poſt ait, *Non inuenitur corpus ſimplex, quod alteretur ex ſe, aut quod generetur ex ſe, ſicut inuenitur corpus ſimplex, quod transfertur in loco ex ſe:* tale vero corpus ſimplex eſt elementum.

r 2. phy. in com. t. 84.

† 120. falſ. cit.

† 121. fal. cit.

VL.

Digitized by Google

V L. Quomodo probetur? alia lectio, vt in margine notatum eſt, adijcit *animal, ita ſicut inuenitur animal corpus ſimplex, quod transfertur in loco ex ſe*. tale autem eſt cælum: Quin & abſolute, licet non accipiatur particula *animal*; Auerr. non habens vllam mentionem elementi, dum ait inueniri corpus ſimplex, quod transfertur in loco ex ſe ſignificat corpora cæleſtia; quæ certum
ſ 8. phy. t. 41. & ſeqq. eſt moueri in loco ex ſe, nimirum a principio interno, vt ſ Ariſt. docuit: & eo magis, quo non vniuerſaliter omne corpus ſimplex, ſed particulariter corpus ſimplex ait ex ſe loco moueri; nam indefinita non æquipollet vniuerſali, ſed particulari: ſi enim elementa ex ſe mouerentur in loco; iam quum præter elementa nullum ſit aliud corpus ſimplex niſi cælum, dixiſſet abſolute omne corpus ſimplex ex ſe moueri motu locali, non indefinite, ac particulariter, inueniri corpus ſimplex, quod transfertur in loco ex ſe. Quare Pleſſiaca fuit hæc prima citatio; quin & eo etiam nomine, quo ne verbum quidem in hoc com. Auerr. de eo quod illi adſcribitur, Generans & mouens mediatum in elementis, immediatum vero forma. R O. Iam vide locum
t 3. cæl. com. t. 28. alium Auerrois. V L. Video talia in eo ſcribi, t *Declaratum eſt enim de elementis quod non nominantur inter ea, quæ mouentur per ſe, ſiue ex ſe; quum non moueantur ad locum niſi a generante; vt quum ſcilicet ex eis fiat aliqua portio in actu a generante, tunc exiſtunt in illa omnia, quibus conſtituuntur in loco proprio, & alijs accidentibus proprijs, niſi aliquid impediat ipſa a motu ad locum proprium*. Quod eſt totum oppoſitum eius, quod ais Auerroem hic aſſerere, generans eſſe mouens mediatum, formam vero mouens immediatum; ſic enim non bene ſcriberet, elementa non numerari inter ea, quæ non mouentur ex ſe, quum non moueantur ad locum niſi a generante; quia ſecundum tuam opinionem Auerroi elementa mouerentur etiam a propria forma; quinimmo magis a forma propria, quam a generante; quia mouens immediatum magis attingit mouetque mobile, quam mediatum. Sed incl. Fl. tibi videtur impoſuiſſe, quod ſtatim ſubdit Auerr. inquiens, *Quemadmodum igitur cetera accidentia, exiſtentia in re generata, non exiſtunt in ea, niſi a generante, tamen mediante forma generati; ita eſt de hoc motu, v. g. quod, quum elementum ſit ignis, ſtatim in prima parte eius, in qua exiſtit igneitas,*

ab

ab igne generante exiſtunt omnia accidentia exiſtentia in igne ſecundum quod eſt ignis, & vnum eorum accidentium eſt motus ad ſuperius; quoniam ſecundum quod in parte generata exiſtet de parte leui, ſecundum hoc exiſtet in ea de loco corporis leuis, & de alijs accidentibus proprijs: Sed tamen quia non exiſtunt a generante, niſi mediante generato; & motus primo & eſſentialiter non fit niſi a motore, & nullo alio mediante; propter hoc iſte motus non eſt primus, neque eſſentialis a motore extrinſeco, ſed a forma moti. Quaſi velit Auerr. elementa moueri a generante, velut a motore mediato, & extrinſeco; ſimul & a propria forma, velut ab immediato, & intrinſeco motore: Quod tamen Auerroes ipſe perſpicuis verbis negat tum hic aſſerens elementa non moueri niſi a generante, nec numerari inter ea, quę mouentur ex ſe: tum alibi cum Ariſt. in loco proprio ſcribens, *u Declaratum eſt igitur, quod nullum corporum ſimplicium naturalium, ſ. quod terræ, & ignis, & ceterorum mouet ſe, propter hoc, quod in eo eſt principium, quo moueat ſe, & hoc eſſentialiter, non accidentaliter; ſed in eo eſt eſſentialiter principium receptionis vt moueatur ab extrinſeco, non principium actionis, niſi per accidens.* At in loco a te citato Auerr. ponit diſcrimen inter generationem, & lationem elementi; qui duo motus fiunt a generante; conſtituens generationem elementi eſſe motum primum a generante factum immediate, ac eſſentialem, quia eſt mutatio in ſubſtantia: lationem autem elementi eſſe motum nec primum, quia ſupponit motum generationis, quo conſtituitur in eſſe res mobilis ſecundum locum: nec eſſentialem, quia eſt mutatio ad formam accidentalem: nec immediate prodeuntem a generante, quia prouenit ab eo poſt formæ productionem, quod ait Auerroes, mediante forma; non quia formæ tribuat vim effectiue motricem ſui elementi, quod opinaris, quum id paullo antea, & alibi negauerit aperte cum Ariſtotele conſtituens elementa moueri non niſi a generante, & in ſe non habere motus principium actiuum, niſi per accidens. Quare dicens Auerroem hic aſſerere, Generans eſſe mouens mediatum elementorum, immediatum mouens eſſe eorundem formam, ſecundum quam ex ſe moueantur, falſa plane citatione veteris; quum Auerr. oppoſitum aſſerat, ea moueri non niſi a generante, ſed mediante forma, hoc eſt poſt generationem formæ. Sic

u 2. phyſ. com. t. 32.

† 122. falſ cit.

Digitized by Google

x 2. de an. t. 24. generans prius in materia producens x diſpoſitiones, ſine quibus formam procreare non poteſt, dicitur efficere formam mediantibus diſpoſitionibus præuijs; attamen non ideo dicentur illæ diſpoſitiones eſſe efficientes formam immediate; quum nullam obtineant rationem efficientis, quæ tota reſidet in generante: nam accidentia ſupra ſuas vires agere nequeunt, ac procreare formam ſubſtantialem: Quam theoriam repetit Auerr. mox inquiens, *Et quia motor eſſentialiter diſtinguitur in eſſe a moto, ſicut in animalibus, quum motor ſit anima, & motum ſit corpus: in corporibus autem ſimplicibus idem eſt motor ſecundum ſpeciem, & motum, ſed differunt ſecundum modum:* ſecus enim forma elementi non eſt eiuſdem ſpeciei cum elemento moto, neque cum eius materia; ſed ſolum elementum generans eſt idem ſpecie cum elemento a ſe genito. & ideo ſubdit, *lapis enim mouet ſe, inquantum eſt grauis in actu, & mouetur inquantum eſt potentia inferius: & cauſſa in hoc, quod inuenitur vno modo in actu, & alio modo in potentia, eſt; quia componitur ex materia, & forma: forma igitur eius mouet, inquantum eſt forma, & mouetur, ſecundum quod eſt in materia.* ſcilicet ſimplicium nomine non ſola elementa ſignificat, ſed omnia ſimilaria, quæ ſunt inanimata, quum animantia cuncta ſint organica, & diſſimilaria; lapis enim mouet ſe, non eundem numero, ſed eundem ſpecie; nam participatione ſpeciei plures lapides ſunt vnus lapis, vt participatione ſpeciei plures homines vnus homo, decreto * Porphyriano; lapis inquit ita mouet ſe inquantum eſt grauis in actu, nimirum lapis generans, & mouetur inquantum eſt potentia inferius, qui eſt lapis, qui generatur: forma enim eius lapidis, qui generat, mouet a ſe genitum, inquantum eſt forma, quæ ſcilicet non eſt in materia geniti; at eadem forma ſecundum ſpeciem, quatenus eſt in materia geniti, non mouet genitum, ſed mouetur: quod apertius illico declarat Auerr. addens, *Et ideo lapis non eſt per ſe motus, & eſſentialiter,* hoc eſt a forma propria, & ab eſſentia ſua peculiari; *ſed aſſimilatur ei, quod mouetur per ſe; & ideo indiget in ſuo motu motore extrinſeco.* quoniam animal mouetur per ſe a propria forma ſine concurſu motoris extrinſeci; at lapis mouetur a forma eadem ſpecie, quæ eſt in generante, ſibi ſecundum numerum extrinſeco. *Neque etiam numeratur inter ea, quæ mouentur*

* cap. de ſpecie.

ab

ab extrinſeco ſimpliciter, vti ſunt artificioſa, quę non conueniunt in forma eiuſdem ſpeciei cum artifice mouente; *quia non mouetur hoc motu ab extrinſeco immediate, vt artificioſa, ſed mediante forma* eiuſdem ſpeciei cum forma generantis; vt nuper explicaui. Non igitur Auer. inquit, quod illi nunc imponis, generans eſſe mouens mediatum elementorum; formam vero eamdem numero eſſe mouens immediatum ſui elementi. Sed ſolum generans non immediate mouere elementum, at mediante forma, quia prius ac immediate producit elementi formam, deinde poſt formæ productionem immediate mouet, niſi quid impediat; vt explicaui. ROS. Quid ais ad autoritatem Zabarellæ? VL. Primum illius y locum † Pleſſiace proponi; quia ibi nulla mentio prorſus habetur Auerrois, nullaque prorſus de eo quod eſt, generans eſſe mouens mediatum elementi, formam vero mouens immediatum: immo potius oppoſitum dicit, negans formæ rationem efficientis, & principij mouentis proprie dicti, quod eſt vnde motus; de quo nos agimus in præſentia tractantes de motore, qui efficit proprie motum elementorum, in comparatione ad mouens, qui producit motum in animalibus, vt ait z Ariſt. verba Zabarellæ clariſſima ſunt, *Efficiens duplex eſt: vnum, quod cum tranſmutatione efficit, & quartum cauſſæ genus conſtituit, quod ab Ariſt. vocari ſolet principium vnde motus: huic proprie dicto efficienti competit definitio potentiæ actiuæ &c. alterum eſt efficiens, quod non per tranſmutationem efficit, ſed per ſolam emanationem effectus ab eo, quaſi ipſo non operante effectus ſponte ſua illud inſequi videatur: tale efficiens eſt in corporibus naturalibus forma reſpectu accidentium, et proprietatum conſequentium in eadem re: icciro dicere Logici ſolent, rationalitatem eſſe cauſſam effectricem riſibilitatis in homine, non quidem tranſmutantem, quia non agit rationalitas in hominenm faciendo ex non riſibili riſibilem; ſed ſine vllo motu, ſine vlla tranſmutatione, quum primum eſt rationale, ſtatim conſequitur vt ſit riſibile, ita vt riſibilitas a rationalitate abſque vlla mutatione emanare videatur; ob id hoc improprie dicitur eſſe efficiens; reducitur tamen ad cauſſam effectricem conuenientius, quam ad aliud cauſſæ genus.* At nos in præſentia, dum quærimus a quo ſecundum naturam moueantur elementa, an ab extrinſeco generante, an ab intrinſeca ipſorum forma; tracta-

y I. de mot. gr. & leu. c. 11.

† 123. falſ. cit.

z 8. phyſ. t. 29.

mus de vera cauſſa effectrice motus, deque motore qui agit in elementum faciendo ex non moto motum, ſeu ex quieſcente motum; deque mouente proprie, quod ab Ariſtot. dicitur
a 3. phyſ. t. 17. ſemper *a* afferre aliquam formam. ROS. At ſecundum locum Zabarellæ Lilium habet ſibi ſuffragantem. VL. Habeat, quid tum? non habet inde propoſiti ſui probationem
b 1. de mo. gr. & le. c. 11. apud me; nam arbitror illam doctrinam a vero longe abeſſe; primum enim *b* ait, elementum non impeditum moueri ad ſuum locum per ſe a ſua forma tanquam ab agente per ſolam emanationem, non autem ab externo agente; quod comprobari poteſt ex Ariſt. 8 phy. t. 32. dicente proiecta moueri per ſe non a manu proijcientis, ſed a motore comitante illum motum, qui motor eſt pars aeris ſucceſſiue contigua proiecto. Nam effectus, qui conſequi dicuntur per emanationem ab aliqua cauſſa; ſemper illam cauſſam conſequuntur; homo namque ſemper eſt riſibilis vbicumque ponatur; at elementum in proprio loco non mouetur, licet habeat eamdem formam, quam extra proprium locum; quare motus non emanat a forma proprij elementi: ac eo magis, quo forma proprij elementi eſt agens pure naturale ſine cognitione, proindeque determi-
c 8. phy. t. 8 natum ad vnum, vt ait *c* Ariſt. quare ſicut ignis vi formæ ſuæ, ſiue agat in aerem, ſiue in aquam, ſiue in terram, ſiue in lignum, ſemper ignem generat, & nihil aliud: ita ſi ab eadem ignis forma motus emanat, ſemper ipſum mouere debet, ſiue in ſuo loco fuerit, ſiue extra ipſum; nec poteſt cum diſcretione ac delectu efficere modo motum, dum extra ſuum locum degit; modo quietem, dum in ſuo loco reperitur; ſic enim non eſſet ad vnum determinatum, ſed indifferens ad oppoſita; quod Ariſt. ibi proprium eſſe ſtatuit agentium cum cognitione: motus itaque naturalis per ſe non emanat a forma propria elementi, quia quod per ſe tale eſt, ſemper eſt tale in quocumque, & vbicumque po-
† 124. fal. cit. natur; ſed ab externo agente. Deinde falſo citat Ariſtotelem, & tu cum eo, quaſi dixerit proiecta non moueri per ſe a manu proijcientis; quum oppoſitum decernat ibi Magiſter inquiens,
d 8. phyſ. t. 32. *Qui autem id, quod ſuſtinet & prohibet, mouit, eſt vt moueat, eſt vero vt non; vt qui columnam diuulſit, aut lapidem remouit a vaſe in aqua; ſecundum accidens enim mouet; ſicut reflexa ſphæra non a pa-*

riete

Digitized by Google

riete mota eſt, ſed a proijciente. Quod igitur nihil horum ipſum mouet ſeipſum, manifeſtum eſt; ſed motus habet principium, non mouendi, neque faciendi, ſed patiendi. Quo nihil clarius dici poterat pro mea ſententia contra tuum placitum. Quod autem ait Zaballa, proiectum moueri proxime a partibus aeris contiguis immobili; cur non ſtatuit id ipſum contingere graui, & leui? ita mouebitur elementum non a propria forma, ſed ab extinſeco motore proxime: ceterum Ariſt. aperte docet pilam oiectam a proijciente moueri, etiam in reflexo motu, non autem a pariete, vnde reflexa eſt. Tandem veritate coactus pro me Zabarella militat contra tuum placitum dicens elementum, etſi moueatur a ſeipſo per accidens, per ſe tamen moueri ab extrinſeco motore; nos enim dum quærimus a quo proprie ſecundum naturam moueantur elementa, non agimus de mouente per accidens, at de mouente per ſe; licet id mouens per ſe nos cum Ariſt. putemus eſſe generans elementum, ſed Zab. cenſeat eſſe aerem ambientem; quod tamen falſum eſſe conuincit motus, quo ſecundum naturam fertur aer aut ſurſum per terræ cuniculos, & aquam a centro ad locum ſuum, aut deorſum per ignem ad locum proprium; terra enim ſolida, & immota permanente genitus aer in centro vel intra terræ viſcera ſurſum ſecundum naturam repit a nullo motus ambiente: Verba Zabarellæ ſunt ipſiſſima in loco a te citato, * *Poſtrema tandem propoſitio hæc eſt, Si motum elementi redigere velimus ad motorem per veram efficientiam, & per tranſmutationem, elementum mouetur a ſeipſo vt ab agente tranſmutante, non tamen per ſe, ſed per accidens: hæc per ſolam rei conſiderationem manifeſta redditur: nam graue deſcendens mouet aerem, qui ei cedit, quare motum aeris conſequitur vt graue deorſum feratur; non enim moueretur graue niſi ſubſtans aer, vel aliud eiuſmodi corpus illi cederet; a primo igitur ad vltimum mouetur graue a ſeipſo per accidens, quia per aerem medium, qui primo mouetur a graui.* &c. quæ theoria locum non habet in motu naturali aeris, & ignis in centro geniti per arctiſſimos terræ immotæ cuniculos ad locum ſuperiorem; & eo etiam peccat, quod in motu elementi motorem improprie dictum, ac per accidens priorem facit motore proprie dicto ac per ſe. tibi vero refragatur aperte, dum ſtatuit motorem proprium ac per ſe mouens

* I. de mot. gr. & leu. cap. 12.

ele-

elementum ad ſuum locum eſſe quid extrinſecum, non autem propriam elementi formam. Quare Zab. in loco a te citato docet oppoſitum eius, quod prætendis, vt hæc etiam citatio tantum non Pleſſiaca ſit. Quod autem ais, incl. Fl. *Generans eſt mouens mediatum, ita intelligo 8. phy. t. 32. immediatum mouens anima 4. de cæl. t. c. 24.* id totum conuellit Ariſt. loco a te citato; nam comparans elementorum motum motui pilæ reflexo a pariete; ſupponens motum primum directum pilæ ad parietem fieri a proijciente, ſcribit etiam motum ſecundum eiuſdem pilæ reflexum fieri non a pariete tanquam a motore, ſed a proijciente; licet proijciens pilam reflectat mediante pariete: ſic in motu elementi a generante primum producitur forma elementi, qua conſtituitur elementum in eſſe mobile; qui motus correſpondet motui primo directo pilæ, quo pila conſtituitur in eſſe reflexibilis: deinde ab eodem generante elementum a ſe genitum impellitur ac mouetur motu naturali ad proprium locum; qui impulſus perſeuerat tota duratione elementi, cui eſt naturalis; vt impulſus in pila factus primum a proijciente manet ad multum temporis etiam poſt contactum parietis tempore reflexionis: vnde cum Ariſt. colligendum eſt elementa non habere ſui motus in ſe principium actiuum, ſed paſſiuum. Et ſane quum effectus reſoluendi ſint a ſcientifico potius in cauſſam immediatam & proximam; quam in remotam & mediatam; immo referri debeant in proximam & immediatam, neglecta remota & mediata, decretis Ariſtotelicis in primo Analyticorum poſteriorum; male nunc neglecto motore proximo, & immediato, ſi tecum ſentiret eſſe formam elementi, ſolum afferret mediatum atque remotum, dicens elementa non habere in ſe principium mouendi, neque faciendi, ſed patiendi. Quod autem affers Ariſtotelis, vel Auerrois dicta in 4. cæl. t. c. 24. nihil me turbat, nam Ariſt. ibi dicens, *Quærere vero propter quid fertur ignis ſurſum, & terra deorſum, idem eſt & propter quid ſanabile, ſi moueatur & mutetur quatenus eſt ſanabile, in ſanitatem venit, ſed non in albedinem; ſimiliter autem & omnia alia alterabilia: At vero & augmentabile, quum mutatur quatenus eſt augmentabile, non in ſanitatem venit, ſed in magnitudinis exceſſum. Similiter autem & horum vnumquodque, hoc quidem in qualitate, hoc autem in quantitate*

titate

ditate mutatur, & in loco, leuia quidem ſurſum, grauia autem deorſum; niſi quod hæc quidem videntur habere in ſeipſis principium mutationis (dico quippe graue, & leue) illa autem non, ſed extrinſecus, vt ſanabile, ac augmentabile: quamuis quandoque & hæc ex ſeipſis mutentur; & paruo facto in ijs, quæ extra ſunt, motu, alterum quidem in ſanitatem venit, alterum vero in augmentum. Et quoniam idem eſt ſanabile, & ægritudinis ſuſceptiuum, ſi moueatur quatenus eſt ſanabile, in ſanitatem fertur; ſi autem quatenus ægrotabile, in ægritudinem. Magis autem his graue & leue in ſeipſis habere videntur principium, propterea quod proxime ad ſubſtantiam horum materia ſit. Signum autem eſt quod latio abſolutorum, & generatione vltima motuum. Quare primus vtique erit & ſecundum ſubſtantiam hic motus. nomine principij motus, quod in ſe dicuntur habere grauia & leuia, ad differentiam ſanabilium, augmentabilium, & ægrotabilium, non intelligit principium effectiuum motus principale, ac immediatum, de quo diſputamus: ſed principium paſſiuum vltimo diſpoſitum, ac determinatum ad certum motus terminum: tum quia non quærit a quo effectiue moueatur ignis ſurſum, & terra deorſum Ariſtoteles, quam quæſtionem nos in præſentia tractamus; ſed propter quid ignis moueatur ad locum ſurſum, non autem ad albedinem; huius vero cauſſa non poteſt referri ad efficiens ſiue internum, ſiue externum; ſed ſolum ad vltimam diſpoſitionem mobilis, qua ſic determinatur ad vnam formam, quod non ad aliam; nam & actus actiuorum non ſuſcipiuntur niſi in patiente *e* diſpoſito, & quodlibet non videtur recipere quodlibet, ſed vniuſcuiuſque actus in eo quod *f* potentia exiſtit, & in propria materia aptus natus eſt fieri, a quocumque fiat efficiente; & quodcumque recipitur per modum recipientis recipi vulgatiſſimum eſt: etenim idem efficiens eadem virtute ſimul mouet materias diuerſa diſpoſitione affectas ad contrarias formas: non ne tibi ſimul idem calor, aut Solis, aut ignis lutum cogit & indurat, glaciem viciſſim ſoluit & colliquat emollitque? tum quia falſo diceret Ariſt. augmentabile non habere principium effectiuum primarium augmentationis in ſeipſo; & ſanabile principium principale productiuum ſanitatis in ſeipſo; quum anima in viuente ſit principium effectiuum principale ſui augmenti; & natura ſiue calor na-

e 2. de an. t. 24.
f tex. 26.

Digitized by Google

naturalis, ſeu potius anima caloris naturalis vtens miniſterio ſit principium productiuum ſanitatis; quum medicamenta, & Medici ſolum remoueant impedimenta, diſponantque corpus ad ſanitatem; vnde Medicus dicitur miniſter naturæ, & natura dicitur morborum curatrix ab g Hippocrate. Sed nonne hoc explicuit alibi Magiſter apertiſſime? ait enim, *h Sed alterans, & principium motus in eo, quod augmentatur, & alteratur; in his enim mouens.* tum quia ſatis euidenter in loco noſtro Magiſter docet ſe loqui de principio paſſiuo, nimirum de materia vltimo diſpoſita ad talem formam, inquiens, *Magis autem his graue & leue in ſeipſis habere videntur principium motus, propterea quod proxime ad ſubſtantiam horum materia eſt; ſignum autem eſt, quod latio abſolutorum eſt, & generatione vltima motuum: quare primus vtique erit, & ſecundum ſubſtantiam hic motus.* nimirum, Graue, & leue magis habere videntur in ſeipſis principium materiale diſpoſitum ad talem locum, quam ſanabile, & ægrotabile, & augmentabile ad ſanitatem, ægritudinem, & quantitatis exceſſum; quia hæc in ſe ſolam habent inclinationem remotam, at proximam & vltimam diſpoſitionem hauriunt ab extrinſeco; quum grauia & leuia ex ſe ipſis in ſeipſis obtineant huiuſmodi materiæ determinatam inclinationem vltimam ad locum deorſum, & ſurſum; quod Ariſt. ipſe declarauit olim, dicens, *i Actus autem ipſius leuis eſt alicubi eſſe, & ſurſum: prohibetur autem, quum in contrario loco eſt: & hoc ſimiliter ſeſe habet & in quanto, & in quali: Attamen quæritur hoc, quare ad ſuum locum mouentur leuia, & grauia: cauſſa autem eſt, quia apta natura ſunt aliquo; & hoc ineſt ipſi graui, & leui eſſe; hoc quidem ipſo ſurſum, illud autem ipſo deorſum determinatum. Potentia autem eſt & leue, & graue multipliciter ſicut dictum eſt; quum enim eſt aqua, potentia quodam modo eſt leue; & quum aer eſt, adhuc potentia eſt; contingit enim impeditum, & non ſurſum eſſe,* &c. & mox colligit ex dictis, *Quod igitur nihil horum ipſum mouet ſeipſum manifeſtum eſt, ſed motus habet principium, non mouendi, neque faciendi, ſed patiendi.* Quum ægrotabile, ſanabile, & augmentabile vltimam diſpoſitionem ad ſubeundum motum auguſtationis, vt ita dicam, & ſanationis, augmentationiſque non habeant ex ſe ſe, verum induant ab extrinſeco nutrimento accedente, ac medicamento hauſto, & ambiente, ali-

g 6. epid. ſe.5.

h 1. de gen. t.34.

i 8. phy. t.32.

aliquove quopiam alio forinſecus occurrente: graue vero, &
leue ſtatim ab ortu ſubſtantiam completam obtinens ex ſe pro-
penſiſſimum ſit determinate ad lationem, locumque deorſum,
& ſurſum. Quod principium motus in elementis hic ab Ariſt.
poſitum nihil aliud eſſe quam eorum determinatam inclinatio-
nem, pariterque propenſionem ad ſua loca, luculentiſſime do-
cet ipſe Themiſtius inquiens, k *Dicemus quando mouebuntur* k 4. cæl. t.
corpora, quæ natura ſupra infraque ad eorum perfectionem mouentur, c. 24.
non conuenit vt quicquam hac in re inquiramus, hoc eſt in motu eo-
rum ad hæc duo loca, niſi inclinationem ejus, quod poteſtate eſt ad per-
fectionem, hoc eſt ad actum & finem. &c. Simplicius nobis con-
ſentiens l ait huiuſmodi principium motus, quod hic proponi- l 4. cæl. cō.
tur ab Ariſt. in elementis eſſe modo grauitatem, & leuitatem; ſuo 12.
quas non ita pridem oſtendimus ex m Ariſt. tribuere ſuis ele- m 4. cæl.
mentis inclinationem propenſionemque ſolam ad motum, non t. 8.
proprie motum efficere: modo materiam, & idoneitatem ex-
plicans hunc Ariſt. locum ita, n *Huius autem, quod perfectiora* n 4. cæl. cō.
ſint, quæ ſecundum locum mouentur, cauſſam adiecit, ſcilicet quod ho- ſuo 12.
rum materia propinquiſſima ſubſtantiæ eſt, obſcure cauſſam expri-
mens: materiam quidem enim dicit idoneitatem ipſarum, & quod
potentia eſt; ſubſtantiam autem perfectam ipſorum ſpeciem. & mox, [illegible]
Nam quæ ſecundum localem motum idoneitas non vt ad ſubſtantiam,
ſed vt ad operationem vadit. & paullo poſt, *Merito igitur horum*
idoneitatem propinquiſſimam perfectioni quæ ſecundum ipſam dixit,
ſi quæ perfecta entia ſecundum ſubſtantiam operari indigent ſolum.
In eandem ſententiam D. Tho. inſit, o *Grauia autem & leuia in* o 4. cæl. l. 2.
ſeipſis videntur habere magis principium ſui motus, quia materia, ſ. id
quod poſſunt moueri motu iſto primo, propinquiſſima eſt ſubſtantiæ eo-
rum, per quam determinantur: formam enim grauis & leuis, per
quam inclinantur ad huiuſmodi motus, immediate ſequuntur formæ
ſubſtantiales; & ideo ſicut vnius eſt forma vna, ita vnius inclinatio
ad vnum; & propter hoc vnum corpus ſimplex ſecundum ſe non eſt
in potentia, niſi ad vnum motum tantum, vel ſurſum, vel deorſum,
quod ideo poteſt ab extrinſeco moueri. Sed & hanc meam ſenten-
tiam contra tuum dogma ſtatim comprobat Ariſtoteles imme-
diate ſubdens, p *Quum igitur ſit ex aqua aer, & ex graui leue, venit* p 4. cæl. t.
ad ipſum ſurſum: ſimul autem eſt leue, & non amplius ſit, ſed ibi eſt. 25.

Manifeſtum eſt itaque quod potentia ens, in actum veniens, proficiſcitur illuc, & ad tantum, & tale, vbi eſt actus & quanti, & qualis, & vbi. Eadem autem cauſſa eſt vt ea, quæ iam exiſtunt, atque ſunt terra, & ignis, moueantur in ſua loca nullo impediente: etenim nutrimentum, quum prohibens, & ſanabile, quum detinens non fuerit, fertur confeſtim, & mouet etiam & id, quod a principio fecit, & id, quod ſubtraxit, aut vnde reſiliuit; quemadmodum dictum eſt in
q 8. phy. 632. *primis q ſermonibus, in quibus determinauimus quod nihil horum ipſum ſeipſum mouet. Ob quam igitur cauſſam fertur eorum, quæ feruntur, vnumquodque, & ferri in ſuum locum quid ſit, dictum eſt.* Ex quibus aperte conſtat Ariſtotelem velle proprio motu moueri efficienter per ſe vnumquodque elementum & dum fit, & poſtquam factum fuerit, ab eadem cauſſa, nimirum non a ſeipſo, ſiue non a propria forma, ſed a generante; quin & a te, Fl. incl. textum ſuperiorem, in quo Magiſter agit de principio paſſiuo motus, quem materiam vltimo diſpoſitam appellat, falſa citatione proponere tanquam agentem de principio motus acti-
† 115. falſ. cit. uo, quaſi in eo dicatur, † *formam elementi eſſe mouens immediatum idipſum elementum, in quo eſt;* de qua re ne verbum quidem in eo textu. Si vero non Ariſtotelem, ſed Auerroem attuliſti,
r 4. cæl. t. com. 24. vere quidem Commentator ait, r *Modum, ſecundum quem motus elementorum in loco differt a ceteris motibus, & d. ſed eorum, quæ diximus, & c. i. quod iſtæ tranſmutationes communicant inquantum tranſmutantur ad ſimile; & differunt in eo, quod quædam tranſmutationis principium habent, quod mouet ea ex intrinſeco, non ab extrinſeco, vt graue & leue; & quædam habent principium tranſmutationis ex extrinſeco, non ab intrinſeco, vt ſanabile, i. tranſmutabile ad ſanitatem, & augmentabile ad quantitatem.* ſed nomine principij motus, quod mouet graue, leue, ſanabile, & augmentabile, non ſignificat principium per ſe proprie effectiuum motus localis ad proprium locum in graui, & leui; & principium effectiuum ſanationis & augmentationis in eo quod ſanatur, & augetur; vt arbitraris; aſt intelligit cum Ariſt. principium vltimo diſponens grauia, & leuia ad motus locales ſubeundos a generante, & ſanabilia, augmentabilia ad ſanationem ſubeundam a calore naturali, atque augmentum ab anima propria; quod principium mouens diſponendo ad motus principales ſubeundos eſt incli-

na-

natio, & omnino præparatio materiæ mobilis ad motum, cuius non eſt principium actiuum, de quo diſputamus, at reducitur ad principium paſſiuum. Quod apparet ex ijs, quæ mox affert Auerroes inquiens, *Motor autem propinquus in augmentabili, qui eſt cibus, venit ab extrinſeco; motor autem remotus eſt in ipſo augmentabili, ſ. calor naturalis, qui eſt in membro augmentabili*. Nam cibus in augmentabili ſi referatur ad motum augmentationis, non eſt motor vllo modo, ſed mobile; quia in motu augmenti nihil agit, ſed mere patitur; quia conuertitur in corpus quod augetur: at ſi referatur ad motum diſpoſitionis, quo corpus animatum præparatur, ac vltimo diſponitur ad motum augmenti ſubeundum ab anima; quum id ante cibi ſumptionem non eſſet vltimo diſpoſitum ad augmentum; vere cibus ab extrinſeco accedens eſt motor diſponens vltimo viuens ad motum augmenti: ſic leuitas & grauitas vltimo diſponunt, ac determinant elementa ad motus ſurſum & deorſum ſubeundos: At vero nos in præſentia non agimus de motore diſponente quodlibet elementum ad motum determinatum ſubeundum; ſed noſtra diſceptatio nunc eſt de motore, qui ſingulum elementum ex ſe diſpoſitum vltimo ad motum determinatum, actu mouet efficienter eo motu, ad quem fuit diſpoſitum: dicimusque ſingulum elementum diſponi ab interna ſibi grauitate, ac leuitate, vt ſupra nouimus ex ſ Ariſt. at diſpoſitum moueri ad proprium locum ab extrinſeco motore: viceuerſa tum ſanabile vltimo diſponi ad ſanitatem ab externo motore, ſeu medicum velis, ſeu medicamentum; at diſpoſitum moueri ad ſanitatem, ſiue ſanari ab interno motore, qui calor naturalis eſt, ſiue cor vt ait Auerroes hoc loco, ſiue natura, vt ait t Hippocrates, hoc eſt anima calore naturali u nixa, & vtens: tum augmentabile vltimo diſponi ad ſubeundum motum augmenti ab externo motore, qui cibus eſt; at a cibo diſpoſitum poſtea moueri motu augmenti ab interno motore, qui eſt anima propria, decretis x Ariſtotelis; qui hanc differentiam mouentium diſponentium notauit loco y a te producto, non autem mouentium primariorum, de quibus mihi nunc litem indixiſti, Fl. inclyte. LIL. Sed hæc relinquantur, quia ſunt præter noſtrum inſtitutum. VL. Cur ea in medium attuliſti? Age nunc affer, quæ pertinent ad noſtrum

ſ 4. cæl. t. 2.
t 6. epid. t. 5.
u Ariſt. de vit. & mor. c. 3. 1. de gen. t. 39.
x 2. de an. t. 42. 47. & 3. de an. t. 59.
y 4. cæl. t. 24.

z pag. 58. 59. ſtrum inſtitutum. LIL. z In pag. 21. afferuntur rationes ad probandum efficienti generaliter loquendo conuenire nomen naturæ. † 126. falſ. cit. VL. Non attuli rationes vllas † ibi, nec alibi, quibus confirmem efficienti generaliter loquendo conuenire nomen naturæ; quia cenſeo placitum hoc eſſe falſum; nam efficiens generaliter loquendo eſt, quod ab Ariſt. definitum, vnde principium mutationis primum, aut quietis, ab eodem extenditur ad conſultorem, & ad omne faciens, cuiuſmodi eſt artifex: ait enim a Ariſt. definiens effectricem cauſſam, *Amplius vnde principium mutationis primum, aut quietis; vt conſultor cauſſæ, & pater filij, & omnino faciens facti, & mutans mutati*: quum inter facientia ſæpe naturam collocet Ariſt. aſſerens, eam de poſſibilibus facere quod melius eſt; & omnia propter finem facere: ſed ego probare ſumpſi, Naturam proprie dici, non cauſſam efficientem generaliter, at in genere cauſſæ efficientis, productricem rerum naturalium ſpeciatim; mea verba fuere, b *Tertio loco Natura proprie dicitur, Cauſſa efficiens res naturales*. Sed expende rationes, quibus vtor. LIL. Prima ratio eſt, Ars dicitur cauſſa effectiua rerum artificialium: ergo Natura eſt cauſſa effectiua rerum naturalium. VL. In primis ego talia dicens eo loci, *Tertio loco Natura proprie dicitur Cauſſa efficiens res naturales, vt Ars dicitur Cauſſa efficiens res artificioſas*: nullam omnino propoſiti rationem attuli, ſed ſolum propoſui concluſionem a me probandam, & explicaui exemplo artis modum, quo Cauſſa efficiens res naturales dicitur proprie natura, ſcilicet velle probare me Cauſſam effectricem rerum naturalium eſſe proprie naturam, vt cauſſa effectrix rerum artificioſarum eſt proprie ars: quare ſumpſiſti meam concluſionem probandam pro ratione integra eam probante; meumque textum mire † turbaſti, tum adiectu particulæ illatiuæ *ergo*, qua non vtor: tum tranſpoſitione vocum variante ſenſum mei placiti: tum diſtinctione concluſionis, quæ vna eſt coniunctione in duas aſſertiones: tum detractione particulæ *vt*, ac *ſicut*, in mea concluſione a me poſitæ; quam concluſionem probatam autoritate Ariſtotelis mox etiam deduco, dicens, *Ex quibus aperte conſtat Ariſtoteli Naturam eſſe cauſſam effectricem rerum naturalium, ſicut Ars eſt cauſſa effectrix rerum artificialium*. Sed gratia diſputationis eſto mea

a 2. phy. c. 28.

b 1. de nat. pri. mou. pag. 21.

† 127. falſ. cit.

ratio,

Digitized by Google

ratio; Ars eſt cauſſa effectrix rerum artificialium; ergo Natura eſt cauſſa effectrix rerum naturalium: quid opponis? LIL. Nego conſequentiam; nam ars eſt actiua in materiam exteriorem; natura vero de ſua formali ratione non eſt effectiua in materiam exteriorem; ſed in id in quo eſt. VL. Incl. Fl. hæc tua non eſt ratio probans propoſitum tuum; quia conſequentia nunc a te negata non conſiſtit in analogia Naturæ & Artis fundata in habitudine vtriuſque ad materiam, in quam agunt; quia de materia ne verbum quidem in allata ratione: ſed conſiſtit in analogia Naturæ & Artis fundata in habitudine vtriuſque ad effectus, quos procreant: quam ſane conſequentiam facile ſit deducere ex Ariſt. alicubi ſcribente, *c Quoniam autem a* c 2. de an.
fine appellare omnia iuſtum eſt: finis autem eſt generare quale ipſum; t.49.
erit vtique prima anima generatiuum quale ipſum. vnde ſic nectitur conſequentia, Iuſtum eſt omnia appellare a fine: ſed vt finis eſt animæ primæ generare quale ipſum; ita finis eſt tum naturæ generare naturalia; tum artis generare artificioſa: igitur ſi cauſſa efficiens artificialia dicitur proprie ars; conſimili ratione cauſſa efficiens naturalia dicitur proprie natura; licet differant in modo agendi. Deinde vero vt ars eſſentialem habet habitudinem, ſecundum quam dicitur ars, tum ad artificem, cuius eſt forma conſtituens ipſum, quem Ariſt. appellat *d* ſe- d 2. phy.
cundum artem; tum ad effectus artificioſos, quorum dicitur t.38.
cauſſa efficiens; ita plane natura duplicem hanc habet habitudinem eſſentialem, tum ad compoſitum, in quo eſt veluti pars eſſentialis, quod Ariſt. itidem appellat *e* ſecundum naturam; e 2.phy.t.5
tum etiam ad naturalia, quorum eſt cauſſa efficiens: quam doctrinam habemus ab Ariſt. dicente. *f Vt enim ars dicitur quod* f 2. phy.
ſecundum artem, & artificiale; & ſic & natura quod ſecundum natu- t.11.
ram dicitur, & quod naturale. ſi ergo Ars dicitur proprie, quia eſt principium effectiuum rerum artificialium; eadem ratione Natura proprie dici debet quia eſt cauſſa producens compoſita naturalia; licet differant in modo producendi ſuos effectus Ars & Natura; quod Ars ſit principium agens in alio, natura vero ſit principium in ipſo: Ceterum hoc non ideo eſt, quia Natura ſemper agat formaliter in eodem numero in quo eſt, vt arbitraris; etenim ſat eſt vt natura ſit principium agens in idem

ſpe-

ſpecie; quod late ſuperius oſtendi ex Ariſt. ſcribente de cauſſa rerum tam artificialium, quam naturalium effectrice, g *Deinde quod quælibet ſubſtantia ab vniuoco fit: Quæ enim natura ſubſtantiæ ſunt, & alia: aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut caſu fiunt: Ars igitur principium in alio; natura vero principium in ipſo: homo namque hominem generat; cetera vero cauſſa priuationes horum ſunt.* homo enim, qui natura dicitur, quatenus hominem generat; neque ratione ſuæ formæ, neque ſecundum ſe totus, eſt in ipſo homine indiuiduo, quem generat; ſed eſt in ipſo ſecundum ſpeciem, quia ſunt ambo in eadem ſpecie, ac vt ait h Porphyrius, participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo. LIL. Adducitur ibid. t. 3. lib. 2. phy. quaſi Ariſt. loquatur de cauſſa effectiua rerum naturalium, quando dicit, *Eorum, quæ ſunt, alia quidem ſunt Natura* &c. atque hinc fiat, vt ſufficiat ad hoc vt ſit Natura, eſſe quomodocumque cauſſam efficientem rerum naturalium. VL. Non hoc ſenſu, quem mihi nunc † imponis, aſſero ſufficere ad hoc, vt aliquid ſit proprie natura, eſſe quomodocumque cauſſam effectricem rerum naturalium; non enim vnquam in propoſito verbum illud attuli, *quomodocumque*; ſciens ad cauſſam effectricem quomodocumque rerum naturalium redigi inſtrumentalem, quam non aſſero eſſe naturam: ſed naturæ nomen & rationem dedi ſolum effectrici rerum naturalium cauſſæ primariæ. Quid contra hanc affers? LIL. Illum t. non bene exponi de cauſſa efficiente, ſed vt obſeruauit egregie Zab. ſermo ibi eſt de cauſa formali: non dicit enim t. ille, *Eorum, quæ ſunt, alia quidem ſunt a natura*, ſed dicit, *alia ſunt natura*, quaſi dicat natura conſtantia, & quorum eſſentia eſt natura; cælestia enim corpora dicuntur natura eſſe, non quia naturam habeant efficientem cauſam ſecundum Ariſt. ſed quia per eſſentiam ſuam natura conſtant formaliter. VL. Si textus illius explicatio ab Interpretibus haurienda ſit, non ne præferendi ſunt duo veteres Claſſici, Simplicius, & D. Tho. vni recentiori Zabarellæ? Simplicius quidem ait, hic ab Ariſt. naturа eſſe dici ea, *quæ duce natura fiunt*: ſed euidentius paullo poſt, i *Quinto autem ſignificato, & propriiſſimo natura eſt cauſſa vt naturalia moueantur, ceu ars eſt cauſſa effectrix artificialium, & eius motus.* & mox, *Sed conceptio & ſignificatio nominis* Naturæ *magis*

pro-

g 12. meta. t. 13.

h cap. de ſpec.

† 128. ſal. cit.

i digr. in expl. t. 17. cō. ſuo 12.

Digitized by Google

proprie conuenit ei naturæ, quæ accipitur vt effectrix cauſſa eſt rerum naturalium. D. autem Th. euidentius explicat hunc t. in eo ponens particulam *a*, quam requirebas, ait enim, *k Dicit ergo primo* k 2. phy. t. c. 1.
Ariſt. quod inter omnia entia quædam eſſe dicimus a natura; quædam vero ab alijs cauſſis, puta ab arte, vel a caſu. Dicimus autem eſſe a natura quælibet animalia, & partes ipſorum, ſicut carnem, & oſſa; & etiam plantas, & corpora ſimplicia, ſicut elementa, quæ non reſoluuntur in aliqua corpora priora, vt ſunt terra, ignis, aer, & aqua; hæc enim omnia, & ſimilia, a natura eſſe dicuntur, & differunt hæc omnia ab his, quæ non ſunt a natura &c. vbi repetitam ad ſatietatem habes præpoſitionem *a*, quam requiris. Ceterum quid egemus Interpretum explicatione, quando Magiſtrum habemus explicantem ſemetipſum, & rationem illius dictum aperientem? Ariſtoteles enim tractans de generatione rerum tam naturalium, quam artificialium, cauſſam earum effectricem modo deſignat ſine præpoſitione *a*, modo cum illa, promiſcue dicens, ac pro eodem habens, res naturales natura eſſe vel fieri, & a natura eſſe vel fieri; res artificiales arte fieri, & ab arte fieri; nam *l* alicubi ſcribit, *Manifeſtum igitur eſt, quod neque* l 7. meta. t. 22.
ſpecies fit, aut quodcumque nominare oportet formam, quæ in ſenſibili eſt; nec eſt eius generatio, nec eſt hæc ipſum quid erat eſſe. Hoc enim eſt, quod in alio fit, aut ab arte, aut a natura, aut potentia. Quibus aperte conſtat Ariſtotelem decernere, formas, quæ ſunt ipſum quid erat eſſe ſenſibilium rerum, fieri aut ab arte, aut a natura, aut ab alia potentia operante in alio: nimirum vel indiuiduo ab eo, in quo eſt cauſſa generans; vt quæ fiunt a natura ſibi ſimilia in ſpecie generante; vel ſpecie, genereve, in quo eſt cauſſa generans, vt quæ fiunt ab arte; quæ nunquam eiuſdem ſpeciei eſt cum re a ſe genita. & paullo poſt de eadem cauſſa effectrice ſine præpoſitione tractat Ariſt. inquiens, *m Dubitauerit autem* m t. 29.
aliquis, cur quædam & arte, & caſu fiunt, vt ſanitas: quædam vero minime, vt domus: an tibi domus, quam arte fieri dicit Ariſt. non item caſu, non appoſita præpoſitione *ab*, habebit artem tanquam ſui cauſſam formalem, non autem effectricem? ſimiliter alibi promiſcue vtitur Ariſt. vtroque modo loquendi ad ſignificandum cauſſam effectricem prout a formali diſtinguitur, aſſerens, *n Si domus eorum, quæ natura fiunt, eſſet ſic vtique facta* n 2. phyſ. t. 78.
eſſet.

eſſet, vt nunc ab arte: ſi autem quæ natura, non ſolum natura, ſed & arte fierent, ſimiliter vtique fierent: propter ergo alterum alterum.
o t. 79. *o & omnino ars alia quidem perficit, quæ natura non poteſt efficere; alia vero imitatur*: imitatur autem ars in pangendis rebus artificioſis naturam, non quatenus eſt forma, ſed quatenus eſt efficiens rerum naturalium. Sed ratio quoque ſatis aperte docet Ariſtotelem in textu à me citato loqui de natura ſub ratione cauſſæ efficientis, non autem ſub ratione cauſſæ formalis; quia ibi comparat naturam cum arte, & caſu, alijſque cauſſis efficientibus in relatione ad ſuos effectus, ſeu mauis effectus naturæ cum effectibus artis, & aliarum cauſſarum efficientium: comparatio vero decretis Ariſtotelicis non fit inter ea, quæ ſunt diuerſi penitus ordinis, vti ſunt cauſſa formalis, & efficiens; quæ ſunt duo genera cauſſarum diſtincta; ſed fieri debet inter ea, quæ ſunt eiuſdem ordinis, ac generis; dicente Magiſtro, *p Sed*
p 7. phyſ. t. 24. *quæcumque non ſunt æquiuoca, omnia comparabilia ſunt: veluti cur comparabile non eſt, vtrum acutius ſit ſtilus, an vinum, aut vltima? quia enim æquiuoca ſunt, non comparantur: ſed vltima ſpecies ipſis quæ eſt iuxta vltimam* in eodem genere *comparabilis eſt; quoniam*
q tex. 25. *idem ſignificat acutum in vtriſque*. Ac mox: *q An primum quidem hoc non verum eſt, quod, ſi non ſint æquiuoca, comparabilia ſunt*:
r tex. 26. & paullo poſt, *r An & in his eadem ratio* &c. & adhuc infra,
ſ tex. 27. *ſ Verum propter quid alia comparabilia ſunt, alia vero non, ſi vna quædam eſt natura? An quia ſunt in alio primo ſuſceptiuo: equus igitur, & canis comparabilia ſunt; vtrum albius: in quo enim primo idem eſt, ſuperficies: & ſecundum magnitudinem ſimiliter: aqua au-*
t tex. 29. *tem, & vox non; in alio nanque*. Ac demum; *t Amplius ſuſceptiuum non quoduis eſt, ſed vnum vnius primum: ſed non ſolum oportet comparabilia non æquiuoca eſſe, ſed & non habere differentiam, neque quod, neque in quo*. vnde ſatis conſtat, comparationes multorum fieri ſolum ſecundum vnam aliquam rationem communem, in qua illa omnia conueniunt vniuocè. Dum ergo compa-
u 2. phyſ. t. 3. rat *u* Ariſt. ea, quæ natura ſunt, cum ijs quæ ſunt propter alias cauſſas, nimirum artes, caſum, & fortunam, electionem ve, ſi placet; quum effectus ab arte, caſu, fortuna, & electione pendeant veluti à cauſſis efficientibus; iam neceſſarium eſt ibidem Ariſtotelem numerantem, & ijs comparantem ea, quæ natura

ſunt,

ſunt, intelligere effectus, qui pendent a natura velut ab effectrice cauſſa, non autem velut a formali; nam pendere a formali cauſſa, & ab efficiente non eſt vnum quid, ſed multiplex, & æquiuocum; ab efficiente ſiquidem pendent effectus per motum generationis; a forma vero poſt motum generationis, ſiue in termino generationis, per ſolam actuationem præſentiamve formæ, ſiue motu. Quod autem addis de corporibus cæleſtibus, quæ natura ſunt, quia per eſſentiam ſuam natura conſtant formaliter, abſque eo quod pendeant a natura, tanquam a cauſſa efficiente, nihil attinet ad noſtrum contextum; quoniam Ariſt. in eo referens quæ ſint a natura, ſolum ſubcæleſtia proponit, quæ naturam habent ſui cauſſam effectricem, ſilentio cæleſtibus excluſis, ait enim declarans, quæ ſint a natura, de quibus agit, *Natura quidem ſunt & animalia, & partes ipſorum, & plantæ, & ſimplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua: hæc enim & huiuſmodi natura eſſe dicimus*; huiuſmodi ait vt mixta a prædominio terrea, aquea, aerea, & ignea infra plantarum ſortem; quod alibi declarat Ariſt. inquiens, *x quod ſimile igni eſt, igneum, non ignis; & quod aeri, aereum: ſimiliter autem & in alijs.* LIL. Quod ſi quis velit inſtare *y* in t. 1. 2. phy. accipi naturam pro cauſſa efficiente rerum naturalium; quæ expoſitio placuit quibuſdam grauibus auctoribus, illi reſpondeo duabus diſtinctionibus: altera eſt, Naturam eſſe quidem cauſſam effectiuam extrinſecam rerum naturalium ſpecificatiue, non autem reduplicatiue: res enim illa, quæ cauſat extrinſece id quod naturale, poteſt in ſe eſſe natura; vt quando anima, quæ eſt in ſe natura patris, generat filium, & hoc eſt eſſe *ſpecificatiue*; ſed quia in hoc faciendo non eſt natura formaliter, quum agat in extrinſecum; ideo *reduplicatiue* loquendo, ſiue *vt ſic agendo*, non eſt Natura. Altera diſtinctio eſt, aliud eſt eſſe naturam, aliud cauſam naturalem; generans aliud extra ſe poteſt quidem eſſe cauſa naturalis, non autem de formali loquendo natura. VL. Iacl. Fl. Ariſtoteles ipſe tuam hanc reſponſionem duabus iſtis diſtinctionibus fultam demolitur, euidentiſſime declarans controuerſum inter nos contextum, & pariter naturam eſſe formam vt terminus generationis, & vt principium actiuum in alio indiuiduo, dum ait, *z Eorum autem, quæ fiunt, quædam natura, quædam arte, quædam*

x 2. de gen. t. 20.

y pag. 60.

z 7. metz. t. 22.

Digitized by Google

dam a caſu fiunt. Omnia vero, quæ fiunt, & ab aliquo (tanquam ab efficiente) *& ex aliquo,* (tanquam ex materia) *ac aliquid fiunt* (tanquam terminus generationis adæquatus) *Aliquid vero dico, ſecundum quodque prædicamentum: aut enim hoc, aut quantum, aut quale, aut vbi. Generationes vero, naturales quidem hæ eorum ſunt, quorum generatio ex natura eſt: ex quo autem fit, ea eſt quam materiam dicimus. A quo vero, quippiam eorum eſt, quæ natura ſunt. Ipſum autem aliquid, homo, aut planta, aut quicquam aliud ſimilium, quæ maxime dicimus ſubſtantias eſſe. Cuncta vero, quæ aut natura, aut arte fiunt, habent materiam: poſſibile enim eſt eſſe, & non eſſe eorum vnumquodque. hoc autem cuique materia. Vniuerſaliter vero, & id, ex quo natura; & illud, per quod* (nempe generatio) *natura; quod enim fit, habet naturam, vt planta, aut animal;* (quo ar-
a 2.phy. t.14. gumento probauerat *a* alibi Generationem eſſe naturam, quia foret via ad naturam) *Et a quo, natura, quæ ſecundum formam dicitur; quæ eiuſdem ſpeciei eſt; hæc autem in alio eſt: homo namque hominem generat: ſic igitur fiunt, quæ ob naturam fiunt. Ceteræ vero generationes dicuntur effectiones omnes autem effectiones, aut ab arte, aut a poteſtate, aut ab intellectu.* In quibus primum obſeruo Magiſtrum ſignificare cauſſam effectricem rerum modo cum præpoſitione *a* modo ſine tali nota, dum ait, *Eorum, quæ fiunt, quædam natura, quædam arte, quædam a caſu fiunt.* & mox, *Cuncta vero, quæ aut natura, aut arte fiunt.* Et demum, *Effectiones aut ab arte, aut a potentia, aut ab intellectu.* Deinde noto, Philoſophum hic dicere, *homo namque hominem generat; ſic igitur fiunt, quæ ob*
b 2.phy.t.1 *naturam fiunt;* vt ibi *b* dixerat non naturalia fieri *propter alias cauſſas:* quæ phraſis vel tibi deſignabat cauſſam effectricem extrinſecam. Deinceps animaduertere te cupio naturæ rationem hic ab Ariſtotele pariter attribui tanquam vniuerſalem & communem tum materiæ, ex qua res naturales generantur, tum ipſi generationi, per quam fiunt; tum etiam formæ generantis, quam ait eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed agere in alio indiuiduo, dum ait, *Vniuerſaliter vero & id, ex quo, natura; & illud, per quod, natura; & a quo, natura; quæ ſecundum formam dicitur; quæ eiuſdem ſpeciei eſt; hæc autem in alio eſt, ſcilicet indiuiduo; homo namque hominem generat.* ex quibus ita diruitur tua reſponſio duplici diſtinctione vallata, Forma in homine generante, quę eſt cauſſa a qua

generatur aliud indiuiduum ab eo in quo eſt ſub eadem ſpecie communiter ac vniuerſaliter eſt natura vt & materia ex qua homo generatur, & generatio per quam homo producitur: ſed materia, ex qua homo generatur, vt materia, quod tu ais, *reduplicatiue, ac vt ſic*, eſt proprie natura; generatio quoque, per quam homo producitur, vt generatio, ſiue quod ais, *reduplicatiue, ac vt ſic*, eſt proprie natura; igitur Forma in patre generante, prout eſt cauſſa efficiens, à qua generatur filius in eadem ſpecie à patre numero diſtinctus, eſt proprie natura. LII. In eadem pag. adducitur t. 13. 2. phy. vbi videtur Ariſt. aſſerere ideo formam eſſe naturam, quia producit aliquid extra ſe ſibi ſimile tanquam cauſſa effectiua rei naturalis. Verum ibi Ariſt. argumentum facit *ad hominem* contra Antiphontem, cuius meminerat t. 7. Antiphontis ratio fuit; Omne quod generat ſibi ſimile eſt natura: materia generat ſibi ſimile; ergo materia eſt natura: Arguit Ariſt. in t. 13. accipiendo maiorem ab aduerſario, & ſubſumendo minorem propriam: ſcimus enim dialecticum ita ſolere argumentari accipiendo ab aduerſario tanquam *cognoſcente & concedente* 1. poſt. t. 1. argumentum itaque t. 13. eſt hoc; Omne quod generat ſibi ſimile eſt natura, forma generat ſibi ſimile: ergo forma eſt natura: maior non eſt Ariſtotelis, ſed eſt Antiphontis. Simplicius manifeſte hoc approbauit in 2. phy. com. 9. VL. In primis Ariſt. circa veterum dicta ita ſe gerit, vt vera ſuſcipiat, & falſa vitet atque refellat; ait enim, c *Intendentes autem de anima, neceſſe eſt ſimul dubitantes de ijs, quibus abundare oportet, pertranſeuntes priorum opiniones comprehendere, quicumque aliquid de ipſa enunciauerunt, vt bene quidem dicta accipiamus; ſi vero aliquid non bene, hoc euitemus*: quum igitur hanc Antiphontis aſſertionem non euitet Ariſt. ſed eam accipiat, eaque vtatur ad ſuæ ſententiæ confirmationem; iam ipſam veram, & bene prolatam ab eo ſuſcipi dicendum eſt. Deinde Magiſter hic non ad hominem, vt ais argumentatur aduerſus Antiphontem, tanquam aduerſarium; etenim Antipho tali dogmate probare ſatagebat materiam eſſe naturam, non autem ille negabat formam eſſe naturam, quia formam ipſe non agnoſcebat; nam antiqui ſolam materiam agnouerunt, cetera cuncta paſſiones, habitus, & diſpoſitiones accidentales materiæ pone-

c 1. de an. t. 19.

Zz 2 bant,

d 2. phy. t. 9. bant, vt monet *d* Ariſt. Quare Magiſter eodem argumento probans formam eſſe naturam, quo prius Antipho probabit materiam eſſe naturam, non habet Antiphontem aduerſarium, vt ais, ſed illi *e* conſentiens materiam eſſe naturam, eodem argumento *f* demonſtrat formam eſſe naturam: proptereaque non argumentatur ad hominem; id enim contingeret, ſi ex eo quod natura generat, Ariſt. oſtenderet aduerſus Antiphontem materiam eſſe naturam; nam argumentari ad hominem eſt ex principijs aduerſarij colligere contrarium eius, quod ille contendit. Præterea Philoſophum hanc Antiphontis aſſertionem accipere, ac probare veluti veram apertiſſime conſtat ex eo, quod Ariſt. eam alibi ſumit veluti fundamentum ad probandum ſuas concluſiones vbi non diſputat aduerſus Antiphontem, nec vllam ipſius mentionem habet; etenim *g* alicubi demonſtrat materiam eſſe naturam, quia quod fit habet materiam; & ex eo generationes aliquorum eſſe naturales oſtendit; quia generabilia huiuſmodi conſtant ex materia, quæ materia eſt, atque natura. Et multo *h* poſt oſtendit, naturam ad artis differentiam eſſe principium actiuum in ipſo, quia homo hominem generat; clariſſime ſupponens, id quod generat nouum indiuiduum eiuſdem ſpeciei, eſſe naturam. Quin & priori *i* loco, demonſtrans id, a quo fit aliquid in eadem ſpecie, naturam eſſe quæ ſecundum formam, quæ in alio eſt a generato, quia homo hominem generat, euidentiſſime ſupponit, Omne quod generat ſibi ſimile, eſſe naturam. Quare propoſitionem hanc accipit Ariſt. tanquam veram, qua propria confirmet, non tanquam falſam ab aduerſario prolatam, qua dogma aduerſarij conuellat arguens *ad hominem*, vt ais. Deinceps obſeruo Simplicium non aſſerere tecum, Ariſtotelem argumentari ad hominem ex propoſitione falſa Antiphontis; Sed ille dicens in loco a te citato, *Item inquit, qui aiunt materiam, & non formam eſſe naturam, ob id dicunt, quoniam lectus, ſi defodiatur humi, ſiat autem germinatio, certe lectus non pullularet, ac ex eo germine prodiret, ſed lignum ex ligno. Quum ergo & homo ex homine fit, & homo eſt homo per formam, erit ergo forma natura. Etſi non fiat igitur lectus ex lecto, tamen homo ex homine oritur, ceu lignum ex ligno: & vniuerſaliter vnum artificiale non fit ex altero, ſed naturalia hoc modo fiunt: Vnde, ſi hæc vera ſunt;*

Margin notes: *d* 2. phy. t. 9. — *e* tex. 10. — *f* tex. 13. — *g* 7. meta. t. 22. — *h* 12. meta. t. 13. — *i* 7. meta. t. 22.

*ſunt; eum, qui de rebus naturalibus regulas & canones tradit, oportet fateri formam eſſe naturam, ex canone rerum naturalium, & non rebus naturalibus decernere, atque ſtatuere: nam ars non efficit formas, quæ ſint inſtar prolis ſimiles, ceu natura; etenim lignum quamuis ſit materia lecti, tamen naturalis forma eſt; & ob id lignum habet generare ſimile. Sed id, quod veluti concluſio antea prolatum eſt, ſcilicet fit homo ex homine, rationem eſſe occultam facit: At perſecutio rationis talis eſt, fit homo ex homine naturalis, ſcilicet forma naturalis ex naturali, non autem artificialis ex artificiali: ad quam illi reſpicientes tradunt formam non eſſe naturam: Atqui eos oportebat magis reſpicere ad naturalia, quæ ſimilia ſuæ formæ generant. Quod ſi hoc eſt proprium naturæ, debebant certe formam eſſe naturam fateri: nam ſi eo quod materia permanet in generatione ligni ex ligno, materia ipſis videtur eſſe natura; etiam quia forma permanet, videatur * ens natura eſſe forma.* Hæc inquam, ibi dicens Simplicius, rationis illius Antiphonteæ, quam tu proponis huiuſmodi, *Omne quod generat ſibi ſimile eſt natura, materia generat ſibi ſimile, ergo materia eſt natura:* non negat tecum maiorem ab Ariſtotele, atque a me receptam, omne quod generat ſibi ſimile eſt natura; ſed eam vltro recipit tanquam veram, dicens, *Nam ars non efficit formas, quæ ſint inſtar prolis ſimiles, ceu natura; etenim lignum quamuis ſit materia lecti, tamen naturalis forma eſt, & ob † id habet generare ſibi ſimile.* & paullo poſt, *Atqui eos oportebat magis reſpicere ad naturalia, quæ ſimilia ſuæ formæ generant: quod ſi hoc eſt proprium naturæ, debebant certe formam eſſe naturam fateri.* Sed recepta mecum maiori, quæ vera eſt, negat Simplicius Antiphonti minorem illam, *materia generat ſibi ſimile,* cum ſua probatione petita ex lecto defoſſo, cuius lignum generat lignum eiuſdem ſpeciei; nam etſi lignum ſit materia lecti, tamen in ſe res eſt naturalis conſtans ex materia & forma, quæ natura eſt; & generat lignum ſibi ſimile, non quatenus eſt materia lecti, ſed quatenus eſt in ſe res naturalis, habens in ſe formam, quæ natura eſt; cuius participatione generat lignum ſibi ſimile. Quare Pleſſiaca citatione proponis Simplicium, quaſi negantem Antiphontis dogma receptum ab Ariſtotele dicente, quod generat ſibi ſimile, eſſe naturam; quum id & ipſe Simplicius mecum accipiat veluti verum, reprobans alterum

* a. l. aitia.

† 119. fals. cit.

An-

Antiphontis aſſertum, quo dicebat materiam generare ſibi ſi-
k 2. phy. t.13. mile, mecum ex k Ariſtotele ac ex rei natura decernens, id eſſe proprium compoſiti naturalis ratione ſuæ formæ, quæ natura
l 2. de an. t. 34.47.49. eſt; adeoque proprium l formæ. Denique vero falſa citatione pariter ais Ariſtotelem 1. poſt. 1. dicere dialecticum ita ſolere argumentari accipiendo ab aduerſario tanquam *cognoſcente, & concedente*; quoniam ibi non leguntur iſtæ voces, quas va-
† 130. falſ. cit. rio charactere velut Ariſtotelicas affers, *cognoſcente, &* † *concedente*, nec de dialectico, nec de aduerſario diſputante mentionem vllam habet; at ſolum ait rationes omnes ſyllogiſticas concluſionem ſuam notificare ex præmiſſis antea notis, atque accipere tanquam a propoſitionibus euidentibus, probaturus omnem doctrinam diſcurſiuam fieri ex præexiſtenti cognitione principiorum diſcurſus inquiens, *Conſimiliter autem & circa rationes, & quæ per ſyllogiſmos, & quæ per inductionem: ambæ enim per ea, quæ præcognoſcuntur, faciunt doctrinam: illæ quidem acci-*
* al. le. cognoſcentibus *pientes, tanquam a* notis; iſtæ vero monſtrantes vniuerſale per id quod manifeſtum ſit, ſingulare.* vbi nulla mentio de dialectico accipiente ab aduerſario tanquam *cognoſcente, & concedente*, vt ais; ſed Ariſt. ait, illas rationes, quæ per ſyllogiſmos fiunt, aut conſtituuntur, facere doctrinam per principia præcognita, accipientes ſuam concluſionem a præmiſſis tanquam notis: quod enim Argyropilus vertit ὡς παρὰ ξυνιέντων, *tanquam a cognoſcentibus*, in actiua ſignificatione, melius vertitur in paſſiua tum a Boëthio, antiquæ tranſlationis autore, *tanquam a notis*, tum a N. Gruchio, *tanquam a cognitis*: quam lectionem & explicatio-
m 1. poſt. l.1. nem accipit D. Tho. inquiens, m *In ſyllogiſmo accipitur concluſio vniuerſalis concluſi ab alijs vniuerſalibus notis*. Tu vero multiplici ratione textum Ariſt. corrumpis, tum illi adijciens verba *& concedente*, quæ nulla ſunt in textu: tum peruertens vocem pluralis numeri, *a cognoſcentibus*, ſi placet, ſiue *a cognitis*, in vocem ſingularis numeri, *a cognoſcente*; vt vi textum traheres ad tuum placitum de conceſſione aduerſarij: tum opus accipiendi concluſionem a præcognitis præmiſſis, quam Ariſt. tribuit ipſis rationibus, quas ſyllogiſmos appellat, attribuens dialectico qui præmiſſas accipiat ab aduerſario; de quo dialectico, & aduerſario nulla mentio, nullaque habetur occaſio in textu citato: in

quo

quo Ariſt. eadem phraſi dicit, ſyllogiſmos abſolute, tam dialecticos, quam demonſtratiuos accipere ſuam concluſionem, ſiue doctrinam ſuæ concluſionis a præmiſſis tanquam notis; qua poſtea n dicturus erat, *ſpecies ſuſcipere & nomen, & rationem generum*: & alibi, o *Genera ſpeciebus ſuis nomina dare, & definitionem: ſpecies vero ſuis definitionibus nomina dare ſimiliter.* Quæ falſis etiam nititur autoritatibus hæc tua nota, Flos inclyte. n 2. top. c. e loc. 1. o 1. de plan. cap. 1.

LII. In o eadem pag. afferuntur vulgatæ propoſitiones, quibus natura dicitur eſſe cauſſa efficiens, nempe *Natura nihil fruſtra facit. De poſſibilibus facit quod melius eſt. Natura agit propter finem*, & conſimiles enunciationes: ad quas reſponſiones vnica ſufficit reſponſio, Ariſtotelem accipere naturam pro cauſis naturalibus, quæ cauſæ naturales aliquando habent in ſe naturam *ſpecificatiue*, quando videlicet & mouent, & mouentur, iuxta t. 73. 2. phy. ſed *reduplicatiue* dum ſic agunt non ſunt naturæ. o pag. 61.

VI. Hanc tuam reſponſionem ſatis aperte demolitur p Ariſt. decernens naturam ab habente naturam, & naturali, ſeu ab eo quod ſecundum naturam dicitur, diſtingui; *hoc enim*, ait, *natura quidem non eſt, neque habet naturam, ſed a natura, & ſecundum naturam eſt.* Neque vero Magiſter in tua te citato dicit, cauſſas naturales habere in ſe naturam ſpecificatiue, quando & mouent, & mouentur; quia ne verba quidem ibi vlla leguntur a te propoſita, ſed longe diuerſa huiuſmodi, q *Duplicia autem ſunt principia mouentia phyſice, quorum alterum non phyſicum eſt: non enim habet motus principium in ſeipſo: tale autem eſt, ſi aliquid mouet, quod non mouetur; vt id, quod penitus eſt immobile, & quod omnium primum eſt.* in quibus non lego nomen *cauſſæ*, neque *naturæ*, neque habeo vocem *ſpecificatiue*, neque video ſcribi, *quæ & mouent, & mouentur*; quare citatio † referenda eſt inter Pleſſiacas. Diſtinctio vero, *ſpecificatiue, & reduplicatiue*, Claſſicis autoribus ignota, quippe Cænobitarum e ſcoria, barbarieve proueniens, in ſchola Peripatetica nunquam edocebit Ariſtot. naturæ nomine ſimpliciter prolato ſignificare quod proprie natura non eſt; etenim tibi probandum fuerat, non gratis aſſumendum, Ariſt. dicentem Naturam agere propter finem, facere quod melius eſt, nihil fruſtra facere ſexcentis in locis, aſſumpſiſſe ſemper naturam improprie, ſiue vti dicis *non reduplicatiue, ſed ſpecificatiue* p 2. phy. t. 5 q 2. phy. t. 73. † 131. fall. cit.

tiue

r 8. phyſ. t. 15. *tive* pro cauſſa naturali; nam decretis eiuſdem r Ariſtotelis te coarguam obijciens, *& hoc dicentem oportet non affirmare ſolum, ſed & cauſſam ipſius dicere; & non ponere, neque cenſere vllam ſententiam irrationabilem, ſed aut inductionem, aut demonſtrationem afferre*. Sed vt motus nomine ſimpliciter enunciato localem intelligimus, qui propriſſime motus eſt, ac primus omnium motuum, reliquos vero cum adiectu pronunciamus motum in qualitate, motum in quantitate: ſic naturæ efficientis vocabulo nude prolato ab Ariſtotele tam ſæpe, natura proprie dicta debet intelligi; & eo magis, quo Magiſter damnat, vt antea vidimus, impropriam locutionem. LII. In pag. 22. ad idem probandum citatur t. 5. lib. 5. meta. vbi dicitur, *principium vnde motus ſiue effectiuum eſſe naturam*. VL. Neque ego talia verba citaui, ſed longe alia; neque Philoſophus talia verba profert eo loci, ſed longe alia, nimirum hæc a me recitata, *Natura dicitur item vnde primus motus in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt*. tu vero corrupiſti textum non ſolum ab eo tollens particulam *primus*, & ſententiam, *in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt*: in qua conſiſtit determinatio noſtræ diſputationis contra tuam ſententiam, vt mox aperiam; ſed etiam adijciens voces *ſiue principium effectiuum*, quæ non habentur in textu. LII. Sed aperte conſtat ibi Ariſt. non loqui de principio effectiuo extra id, in quo eſt, ſed de effectiuo in eo, in quo eſt; & propterea appellari naturam: conſulamus illius loci expoſitores, qui intelligunt illa verba Ariſt. de efficiente intrinſeco. VL. Quid opus eſt expoſitores conſulere, quando ſemetipſum ſatis exponit Ariſtoteles? In principis enim Ariſt. ait ibi ſe loqui de illa natura, quæ eſt *vnde primus motus in vnoquoque eorum quæ natura ſunt*, quæ ſcilicet generationi & corruptioni obnoxiæ ſunt: vt ſtatim ſubdit de ijs, quæ naſcuntur: at primus motus in vnoquoque ſecundum naturam generabili nullus eſt alius, quam generatio, vt alibi decernit Ariſt. inquiens, ſ *Sed in vnoquoque eorum quidem, quæ habent generationem, lationem neceſſe eſt poſtremum eſſe motuum: poſt enim generationem primum alteratio eſt, & augmentatio; ſed latio iam perfectorum motus eſt. Sed alterum neceſſe eſt moueri ſecundum lationem prius, quod & generationis cauſſa erit ijs, quæ fiunt,*

ſ 8. phy. t. 57.

fiunt, non generatum, vt id, quod genuit eo, quod generatum eſt. Videbitur autem generatio vtique eſſe prima motuum, propterea quod factam eſſe oportet rem primum: hoc autem in vno quidem quouis eorum, quæ fiunt, ſic ſe habet; ſed alterum quid neceſſe eſt prius moueri ex ijs, quæ fiunt, quod & ipſum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationem impoſſibile eſt eſſe primam (omnia enim, quę mouentur, eſſent corruptibilia) manifeſtum eſt quod neque eorum, qui conſequenter ſunt, motuum vllus prior eſt: dico autem conſequenter, augmentationem, poſtea alterationem, & diminutionem, & corruptionem: omnes enim poſteriores ſunt generatione. Quare, ſi neque generatio prior latione eſt, neque aliarum vlla mutationum. Ex quibus habemus, lationem quidem eſſe primam omnium motuum ſimpliciter, quia ante generationem, quæ præcedit alios motus, neceſſe eſt fieri lationem in alio ab eo, quod generatur; at ſi generatio conferatur ad motus in eodem factos, ea ſola primus motus eſt in vnoquoque eorum quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt: nam in vnoquoque orbium cæleſtium latio non poteſt dici motus primus, quia in eo ſecundum quod ipſum eſt, non fit vllus alius motus præter lationem; primus autem motus neceſſario dicitur in relatione ad ſecundum, & alios; quare latio eſt primus motuum in vniuerſa corporum congerie, non in vnoquoque corporum naturalium; ſed talis primus motus in vnoquoque corporum naturalium ſigillatim ſumpto circumſcriptis alijs eſt ſola generatio, quæ competit ijs, quæ pluribus motibus agi poſſunt: quum igitur Ariſt. in noſtro contextu dicat *naturam eſſe vnde primus motus in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt;* iam certum eſt eum agere de natura generante, ſiue vnde motus generationis prouenit: quum autem motus generationis proueniat ab efficiente extra id, quod generatur; etenim ſemetipſum nihil generat *t* Ariſtoteli, vt dicebam: manifeſto conſtat Ariſtotelem hic nomine naturæ agere de principio effectiuo extra illud indiuiduum, in quo eſt; licet in eo ſit ratione ſpeciei, vt olim oſtendi. Cuius rationis vim vt euitares, callide tum e † mea fideli citatione, tum ex Ariſtotelico textu † detraxiſti verba illa, *primus in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt.* Sed & Ariſt. hic agere de natura generante, quæ cauſſa eſt effectrix

t 2. de an. t. 47.

† 132. falſ. cit.

† 133. falſ. cit.

Digitized by Google

extra illud indiuiduum, in quo ipſa eſt, manifeſtum eſt etiam ex ijs, quæ ſtatim addit Ariſt. in propoſitorum explicationem, inquiens, u *Naſci autem dicuntur, quæcumque incrementum per aliud habent, tangendo, & connaſcendo, aut adnaſcendo, ſicut embryones. Differt autem connaſcentia a tactu; hic enim nihil aliud præter tactum neceſſe eſt eſſe: in connaſcentibus vero eſt quiddam vnum in ambobus idem, quod propter id, quod ſe contingant facit vt connaſcantur, & vnum ſecundum continuationem & quantitatem, non ſecundum qualitatem ſint. Item natura dicitur* &c. ex quibus apparet Ariſtotelem ad principium generatiuum embryonis applicare naturam illam, quam nuperrime dixerat eſſe *id, vnde primus motus in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt*; adeoque principium effectiuum extra id, in quo eſt; nam embryo ſemetipſum non generat. Sed, quæſo refer expoſitores, quos tibi ſuffragari putas in propoſito; quinam hi ſunt? LIL. Alber. 5. meta. tr. 1. cap. 5. explicat de motore intrinſeco, *ſicut, inquit in animatis primum motum dicimus eſſe motum nutrimenti, & principium huius motus intrinſecum eſſe naturam nutriti.* VL. Primo quidem hæc Alberti ſententia, qua niteris, falſa penitus eſt, ab x Ariſtotele funditus euerſa, conſtituente primum motum in animatis eſſe ipſorum generationem; vt nuper oſtendi. Deinde vero ſi textum integrum Alberti retuliſſes, omnes agnoſcerent eum ibi naturæ nomen attribuere quoque virtuti ſeminis, ac omnino cauſſæ generanti † nouum indiuiduum in eadem ſpecie; dicit enim loco a te citato, *Dicimus enim virtutem illam eſſe naturam, quæ ex ſe porrigit formatum ſibi cohærens, ſicut virtutem pullulantem, quæ ex ſe porrigit id quod ex ſe formatum dicimus naturam: ſicut videmus a ſemine pullulare radices, ſtipitem, & a ſtipite ramos, & huiuſmodi: & dicimus quod natura ſeminis porrigit illa, & natura ſtipitis porrigit ramos, & virgas, & huiuſmodi: & iuxta illum modum dicimus naturam ex quo generatur, ſiue formatur pullulando id quod eſt generatum; ita quod illud, ex quo formatur, ſit formans primum, & quod ſit in ipſo exiſtente formato per aliquem modum, ſicut membra formantur ex corde, & ſunt in ipſo per aliquem modum, quem conſequenter determinabimus: & ſicut fructus, & ſemina formantur ex plantis, & ſunt in eis per modum ſtatim determinandum. Amplius adhuc iuxta hunc modum*

u 5. meta. t. 5.

x 8. phy. t. 57.

† 134. falſ. cit.

di-

dicitur natura id, vnde motus primus eſt in quolibet naturaliter exiſtentium: ita quod principium illius motus ſit in eo, & intrinſecum eidem exiſtens, ſicut in animatis primum motum dicimus eſſe motum nutrimenti (quod tamen nuper ex Ariſt. ac ex natura rei probaui falſum eſſe demonſtrans hunc primum motum eſſe generationem) *& principium huius motus intrinſecum eſſe naturam nutriti, ſiue illud virtus ſit cordis, ſiue hepatis, ſiue radicis in plantis, ſiue alterius; hoc enim non eſt de intentione propoſiti diſtinguere, quia hoc in lib. de animal. eſt diſputatum: hoc etiam modo motus primus ſpermatis in ſe habet principium, quod eſt natura ipſius in quantum exiſtit ſperma. & hoc modo omnia, quæ mouentur ſecundum naturam, habent in ſe principium ſui in quantum ſunt talia. Quid autem ſit in hoc, quod conuenire videntur omnia ſic mota per naturam, non habemus cum ſtudio hic dicere, quia in ſequentibus de hoc erit tractatus: ſed quod hic ſufficit, hoc eſt, quod ſicut diximus, forma primi motoris ſtat ad vltimum, quod mouetur tantum, nec ſtaret ad id vltimum, niſi per omnia media diffunderetur vſque ad vltimum. Et hoc eſt principium motus commune in eis, ſicut ſupra in ſecundo huius ſcientiæ libro eſt declaratum. Quod autem principium motus eſt illa omnibus attribuens motum ſecundum naturam declaratum eſt in octauo noſtrorum phyſicorum: In conſequentibus tamen cum ſtudio ſubtili de hoc intendemus. His ergo tribus modis dicta natura conuenit in hoc quod eſt principium motus exiſtens in eo quod mouetur: & ideo oportet diſtinguere qualiter inſit iis, quæ pullulando ex aliquo porriguntur. Dico ergo quod hoc modo porrectionis generari ex aliquo dicuntur quæcumque nutrimentum & augmentum habent per aliquid a ſe diuiſum & in ſubſtantia, & in figura; & motum nutrimenti, & augmenti, & formationis accipiunt ex ipſo tangendo ipſum. Et in hoc, quod inſimul apte ſunt cum ipſo in aliud ad eſſe vltima eorum cum vltimis eorum, ex quibus pullulant, ſicut tymbria plantarum, & animalium: quoniam fructus plantarum poris ſuorum apte aſſunt vltimis pororum plantarum, & adhærent vltima vltimis adeo apte, quod paruus ſpiritus & porus recipiens ſuccum eſt ſuper porum, per quem decurrit ſuccus in planta: & ſic ex planta continue haurit ſpiritum, & nutrimentum, & virtutem formantem: in animalibus autem embria per vmbilicum cohærent apte matricibus; ita quod porus arteriæ embryi eſt ſuper porum arteriæ matricis, & porus venæ ſuper porum*

Digitized by Google

venæ, & porus nerui ſenſibilis ſuper porum nerui ſenſibilis, & porus nerui motiui ſuper porum nerui motiui: & ſic apte cohærens adeſt matrici in tangendo apte: & ideo fota & nutritæ coaleſcunt: virtute enim & porriguntur ex matrice. Hoc etiam modo apte coniunctæ cordi pullulant ex ipſo, ſicut patet per ea, quæ in libro de animalibus, & plantis diſputata ſunt: omnia autem, quæ ſic ſimul ſunt, apte ſunt ſimul tactu vltimorum reciproce agentium & patientium inuicem & ab inuicem, aut ſuper tactum conflatione, aut conglutinatione quadam: huius autem conflatio, ſiue conglutinatio differt a tactu, quia in tactu nihil eſt præter contactum vltimorum, quæ ſine medio ſunt ſimul, nihil inquam quod diuerſum eſſe ſit a tangentibus; in ijs autem quæ ſimul apte conflata vel conglutinata ſunt, eſt aliquid vnum & idem medium in ambobus exiſtens; quod pro tactu facit ſimul apte eſſe, & facit ea vnum eſſe ſecundum quantitatem extenſiuam, & continuitatis modum illum, quo apte vtriuſque particulæ ad medium copulantur; licet non faciat ea vnum ſecundum qualitatem; quia alia eſt qualitas porrigentis, & alia porrecti, & alia medij: & hoc vocatur cacilidon in plantis, & vmbilicus in animalium conceptibus, & ſubneſis in membris. Sic ergo dicitur natura principium quoddam motus primi ſecundum tres diuerſitates: & hoc modo natura aliquid habet de ratione cauſſæ mouentis. Quæ eſt integra ſententia Alb. in loco a te citato de modo, quo natura eſt principium motus effectiuum in eo in quo eſt, ſiue vnde motus primus: in qua conſtat aperte naturam eſſe principium motus effectiuum non ſolum in eodem numero indiuiduo in quo eſt, vti cenſes, at etiam in alio indiuiduo, licet in eadem ſpecie, vel primo illi mouenti agentive colligato, apteve connexo; quod eſt id, de quo nunc mihi litem indixiſti; nam primo M. Alb. ait naturam eſſe virtutem illam quæ ex ſe porrigit formatum ſibi cohærens, ſtatuitque talem eſſe virtutem ſeminis, tum in plantis ex ſe porrigentem & generantem radices, & ſtipitem: tum in animalibus ex ſe formantem embriones, & prolem: decernitque talem naturam ſeminis generantem, ac formantem tum plantas, tum animalia eſſe in eo, quod ab ipſa formatur per aliquem modum, non autem ſimpliciter, vt arbitraris: at hunc modum alibi nobis declarauit Ariſt. non eſſe talem, qualem tu ponis, in
y 2. de gen. an. cap. 3. eodem indiuiduo; ſed ſolum in eodem ſpecie; decernens y ſemen

men non fieri partem viuentis a ſe conſtituti, ſed peracta functione ſua in materiam rei generandæ, talique materiæ ſtatim ac dederit principium vitale, ſemen diſſolui, verſumque in ſpiritum flatulentum euaneſcere: Quin & apertius hunc modum illico declarat Albertus inquiens ſicut membra formantur ex corde, & ſunt in ipſo per aliquem modum: ceterum ſatis eſt alia membra, quæ dicit Albertus a corde formari tanquam ab agente, non ſunt in ipſo corde, neque cor in ipſis niſi ſecundum ſpeciem, quia cor & alia membra ſingula ſunt in eadem ſpecie partis humanæ: quare vt in mundo paruo cordis indiuiduum eſt numero diſtinctum membrum a pulmone, cerebro, & alijs; attamen quia ſunt hæc omnia in eadem ſpecie membri humani: propterea vnum agens in alio, dicitur agere in eo, in quo eſt; ſic in mundo magno ſemen generans prolem tam in plantis, quam in animalibus, etſi numero diſtinctum quid eſt ab eo, quod format, formans tamen dicitur eſſe natura, quæ eſt principium motus in eo, in quo eſt, quia ſi non eſt in eo ſecundum indiuiduum, tamen eſt in eo aliquo modo, nempe ſecundum ſpeciem. Deinde non ne clare dicit Alb. Primum motorem eſſe formam exiſtentem in omnibus a ſe motis vſq; ad vltimum, & hoc eſſe principium motus commune in eis? quare non ſolum cenſet cauſſam motricem vnam eſſe in omnibus a ſe motis, verum etiam primum motorem eſſe proprie naturam, quod ego probare, tu negare contendis. Deinceps aſſerens Primum motorem eſſe formam, quæ omnibus attribuit motum ſecundum naturam, clare contra te decernit ſuperius contendentem cauſſam effectricem omnium motuum non eſſe Deum, ſub ratione primi motoris, quod ego dicebam, ſed etiam ſecundas intelligentias, & orbes æthereos. Denique conſtituens ad hoc vt natura mouens ſit principium motus in quo eſt, ſufficere vt mouens & mobile ſint ſimul vel per contactum, vel per conflationem, vel per conglutinationem, ſiue vt ait Ariſt. per connaſcentiam, & adnaſcentiam, cuiuſmodi ſunt embryones; quos Albertus Matrici apte colligatos ait; quum certum ſit puellum in vtero, quantumuis per vmbilicalia vaſa matrici colligatum, eſſe tamen indiuiduum numero diſtinctum a matrice, atque a matre, licet in eadem ſpecie; liquido conſtat ex Alberto Matrem, quatenus eſt

prin-

principium aliqua ratione actiuum in generatione prolis, eſſe (ratione ſi placet formæ ſuæ, vnde vim omnem agendi) naturam, qua de agit in loco citato Magiſter, quæ eſt vnde primus motus in vnoquoque eorum effectiuum, quæ ab ipſa ſecundum naturam fiunt, adeoque vere principium motus in quo eſt, ſi non eodem indiuiduo, ſaltem in eodem ſpecie; vt ſæpe notaui. Quare M. Alb. in loco a te producto docet oppoſitum eius,
a pag.62. quod ipſum ibi ſcribere profiteris. LIL. Et a Alex. de Ales in illo eodem loco pariter idem docet, refert enim hæc omnia in dicta in 2. phy. t. 3. vbi manifeſtum eſt Ariſtotelem loqui de motore intrinſeco. VL. Si verba Alenſis attuliſſes, integra ſcilicet; omnes agnoſcerent eum per motorem intrinſecum indicaſſe motorem non in eodem indiuiduo, ſed in eadem ſpecie,
† 135. falſ. cit. † contra tuum dogma pro mea ſententia militantem; ait enim, explicans hunc locum, Ariſtoteles *a Ponit tertium modum naturæ; Dicit ergo quod tertio modo dicitur natura, quod eſt principium*
a 5. meta. com. t. 5. *motus & quietis in quolibet entium; dummodo ſit in eo in quantum huius, & non per accidens: & iſte motus eſt ille, qui eſt poſitus in 2. phy. Vbi notandum eſt quod generatio naſcentium eſt quædam ſpecies mutationis: Differt ergo iſte modus a primo, quia ibi loquitur Ariſt. de mutatione, quæ tantum eſt in naſcentibus: hic loquitur de qualibet mutatione naturali: differt etiam in hoc, quia in primo modo loquitur de ipſa generatione naſcentium, quæ eſt quædam mutatio; hic loquitur de principio mutationis: differt etiam iſte modus a ſecundo, quia in ſecundo modo accipitur principium generationis naſcentium tantum; hic autem accipitur principium cuiuſlibet mutationis naturalis.* Alenſis igitur ait mecum Ariſt. hoc loco nomine naturæ ſignificare principium cuiuſlibet mutationis naturalis, adeoque generationis effectiuum, per id vnde primus motus in quolibet natura entium; quod eſt ipſum generans: at quia nihil ſeipſum
b 2. de an. t. 47. *b* generat, ſed ſolum *c* ſimile ſibi in ſpecie; iam natura hic Ariſtoteli dicitur ex Alenſe principium effectiuum extra illud
c 2. de an. t. 34. indiuiduum in quo eſt, ſolum actiuum in eo, in quo eſt ſecundum ſpeciem; quod eſt oppoſitum eius; quod ex Alenſe probare ſatagis. LIL. Et vere non poterat ibi Ariſt. de alio efficiente loqui, cum in fine illius capitis de natura concludat his verbis, *Ex dictis itaque prima, & quæ proprie dicitur natura, eſt ſub-*

ſubſtantia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habent. V L. Memineris *d* Porphyrio participatione ſpeciei multos homines eſſe vnum hominem; & Ariſtoteli, *e* hominem, dum hominem generat in eadem ſpecie, agere in ſeipſo, ad artis diſcrimen, quæ agit in alio; *Ars igitur*, inquit, *principium in alio; natura vero principium in ipſo; homo nanque hominem generat:* & videbis apud Ariſtotelem, naturam, quæ proprie dicitur, eſſe ſubſtantiam eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, etiam ratione ſpeciei, ſi non ratione indiuidui, motus principium habent; adeoque eſſe principium motus, in quo eſt eodem ſpecie, ſi non eodem numero: propterea que falſo ſtatuis naturam eſſe efficiens non vniuerſaliter, ſed intrinſecam quod agit, & facit motum in eo ſuppoſito, in quo reperitur. L I L. In eadem pag. 22. aſſeritur cauſſam finalem etiam eſſe naturam: verum eſt aliquem finem eſſe naturam; ſed falſum eſt omnem finem rerum naturalium eſſe naturam. V L. Quis vnquam dixit omnem finem rerum naturalium eſſe naturam? ego certe propoſitione quadam indefinita, quæ particulari æquipollet aſſerui, *f Quarto Natura ſignificat etiam cauſſam finalem rerum phyſicarum;* & *g* mox collegi, *Finis igitur naturalium rerum eſt vere proprieque natura:* nec vnquam dixi finem omnem eſſe naturam: quare poteras abſtinere ab hac nota. L I L. S. Tho. in 3. con. *h* Gent. cap. 18. diſtinguit duplicem finem. *Alter*, inquit, *eſt finis, quem agens, ſua actione conſtituit; alter, qui acquiritur per actionem, non autem conſtituitur:* prioris finis exemplum eſt ſanitas, quæ a Medico efficitur; poſterioris finis exemplum eſt Deus, qui acquiritur tantum & non conſtituitur per actiones noſtras. V L. Addendus his etiam eſt tertius finis ab Ariſt. propoſitus aſſerente, *i Finium vero quædam videtur eſſe differentia, alij enim operationes, alij præter has opera quædam ſunt.* L I L. Alex. de Ales etiam 3. meta. com. t. 3. concludit primam cauſſam eſſe finem totius, & non acquiri per actum, ideſt non fieri, non conſtitui per actum; terminat actum, non fit per actum. V L. Quid inde? L I L. Ille finis, qui dicitur natura conſtituitur, innouatur, & generatur per actum; quia eſt finis generationis: Deus autem non eſt huiuſmodi, neque eſt talis finis, qui eſt forma, & natura. V L. In hac tua ratione, quam,

d cap. de ſpec.
e 12. meta. t. 13.
f pag. 22.
g pag. 23.
h pag. 64.
i 1. eth. c. 1.

vt

vt exiſtimo, ſic texere volebas, Ille finis, qui dicitur natura, conſtituitur, innouatur, & generatur per actum: Deus non conſtituitur, innouatur, aut generatur per actum; ergo Deus non eſt talis finis, qui eſt forma & natura: primum obſeruo, ſi maior vniuerſaliter ſumatur, eam eſſe falſam; quia generatio, quam Ariſt. ait eſſe finem generantis, inquiens, *k Quoniam autem a fine appellare omnia iuſtum eſt; finis autem eſt generare quale ipſum; erit vtique prima anima generatiuum quale ipſum:* quamque Ariſt. idem dicit eſſe *l* Naturam non vno in loco: generatio inquam non conſtituitur per actum, ſed eſt ipſemet actus generantis, cuius eſt finis. At ſi ſumatur non vniuerſaliter, erit quidem vera, ſed efficiet tibi paralogiſmum in ſecunda figura ex maiore non vniuerſali. Solum vera eſt illius conuerſa vniuerſalis, Ille finis, qui conſtituitur, innouatur & generatur per actum, dicitur natura: ſed ſi hac vtaris, nihilominus elenchum efficies in prima figura ex minori negatiua. Obſeruo pariter probationem maioris illam, *quia eſt finis generationis;* etenim ea non probatur intentum; tum quia non ſola forma, ſed etiam compoſitum eſt finis generationis; quod tamen tibi non eſt natura: tum quia finis generationis eſt maxime perpetuitas ſpeciei rerum corruptibilium; vt ex *m* Ariſt. ſupra demonſtraui; quum tamen perpetuitas ſpeciei non ſit natura vllo modo. Deinde quod ais in tua minori, *Deus autem non eſt huiuſmodi,* duplicem ſenſum habet, alter eſt, Deus non eſt finis, qui conſtituitur per actum generationis; qui quidem verus eſt; ſed oppoſitum colligo ex tua probatione; nam alter ſenſus eſt, Deus non eſt finis generationis; qui falſus eſt, tum quia Deus eſt finis omnium; tum quia Deus ex Alenſis tua citatione terminat actum generationis; operationes autem non niſi fine terminantur apud Ariſtotelem, cui *n Eſt enim effectiua cauſſa, vt vnde principium motus; cuius autem gratia, non eſt effectiua, niſi ſecundum tranſlationem; etenim facientis, quum inerit, generatur aliquid ipſum patiens: habitibus autem præſentibus, non autem generatur, ſed eſt iam; formæ autem, & fines habitus quidam ſunt:* tum maxime quia generatio eſt a natura inſtituta, vt indiuidua materialia fiant æterno Deo ſimilia per æternitatem *o* ſpeciei, cui ob materiæ corruptionem aduehentis culpam, in indiuiduo ſimilia

k 2. de an. t.49.

l 2. phyſ. t.14. & 5. meta. t.5

m 2. de an. t.34. & 2. de gen. an. cap.1.

n 1. de gen. t.55.

o 2. de an. 34. 2. de gen. an. cap.1.

ſe-

Digitized by Google

ſecundum hoc attributum fieri non valent. SIB. Id quidem Lilio manifeſtum eſſe reor ex Theologia, docente beatos in Patria, vbi Deo ſimiles in æternitate ſinguli ſunt immortales, generationem ſobolis vllam non habere; ſed ſolum in hac vita mortali homines proli procreandæ vacare; dixit enim veritas
p apud Lucam, *Filij huius ſæculi nubunt & traduntur ad nuptias: illi vero, qui digni habebuntur ſæculo illo & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores, neque vltra mori poterunt: æquales enim angelis ſunt, & filij ſunt Dei, quum ſint filij reſurrectionis.* p Luc. 20. Marc. 12.

VL. Si ergo tibi, Finis ille, qui conſtituitur, innouatur, & generatur per actum, eſt natura, quia eſt finis generationis; quum Deus ſit finis generationis; iam Deus eſt natura contra tuum placitum. Sique ille finis, qui dicitur natura, conſtituitur innouatur & generatur per actum, quia eſt finis generationis; iam Deus, qui eſt finis generationis, conſtituitur innouatur & generatur per actum; quod eſt falſum; quare falſa eſt maior illa tua, cum adhibita probatione. LIL. Ad hoc idem obſeruandam puto doctrinam S. Tho. 12. meta. l. 7. & p. p. q. 103. ar. 2. vbi Deum ait eſſe finem extrinſecum toti vniuerſo. & per conſequens neque formam, neque naturam.

VL. D. Th. in priori loco nihil † omnino tractat de fine extrinſeco vniuerſi; ſed ſolum ait, q *Dicitur autem primum mouens mouere ſicut appetibile, quia motus cæli eſt propter ipſum; ſicut propter finem, cauſſatus ab aliquo proximo mouente, quod mouet propter primum mouens immobile, vt aſſimilet ſe ei in cauſſando, & explicet in actum id quod eſt virtute in primo mouente: non enim eſt motus cæli propter generationem, & corruptionem inferiorum ſicut propter finem; quum finis ſit nobilior eo quod eſt ad finem. Sic igitur primum mouens mouet ſicut appetibile.* In quibus D. Tho. ſi nomine primi mouentis Deum intelligit, ipſum non ait eſſe finem extrinſecum toti vniuerſo, vt ais; ſed ſolum finem motus cæleſtis, prout ab elementari mundo contradiſtinguitur: an tibi, cui elementa r ſuperius dicta ſunt eſſe partes principales principaliter integrantes mundum, nunc nomine cæli prout ab elementis contradiſtinguitur, intelligendum eſt totum vniuerſum? ſed & hoc in loco D. Th. aſſerens cælum moueri ab aliquo proximo mouente, quod mouet propter Deum, vt aperte tibi

† 136. falſ. cit.
q 12. meta. lect. 7.
r pag. 58.

ſ pag. 47. refragatur in eo quod ſ ſuperius contendebas cælum a ſummo Deo immediate moueri; ſic in eo non ſuffragatur, quod in præſentia vis Deum eſſe finem externum; quia proximum mouens mouere poteſt propter finem internum; non ne ſanus homo ambulans vt t ſanitatem ſuam cuſtodiat, immediate proximeque mouet ſeipſum propter finem internum? quis dixerit ſanitatem eſſe tunc extra hominem? Paullo poſt inquiens D. Th. *Dupliciter autem poteſt eſſe aliquid finis alterius: vno ſicut præexiſtens; ſicut medium dicitur finis prēexiſtens motus grauium: & huiuſmodi finem nihil prohibet eſſe in immobilibus; poteſt enim aliquid tendere per ſuum motum ad participandum aliqualiter aliquo immobili: & ſic primum mouens immobile poteſt eſſe finis. Alio modo dicitur aliquid eſſe finis alicuius, ſicut quod non eſt in actu, ſed ſolum in intentione agentis per cuius actionem generatur; ſicut ſanitas eſt finis operationis medicinæ: & huiuſmodi finis non eſt in rebus immobilibus.*

t 2. phy. t. 30.

Quibus D. Th. nec aperte dicit, nec obſcure inſinuat Deum eſſe finem † extrinſecum toti vniuerſo, tum quia ne verbum quidem de extrinſeco, aut vniuerſo; ſed de *aliquo* particulari, & de præexiſtente fine: modo in Peripato, vbi Ariſt. profitetur mundi totius *u* æternitatem, Deus mundo coæuus eſt, nec mundo præexiſtit. Quin & apud eos, qui mundum procreant, factum dicentes in tempore ab æterno Deo, Deus ante mundum conditum præexiſtens dici quidem poteſt externum quid mundo nondum exiſtenti; ſed tunc finis non eſt mundi, vel alicuius infra Deum; quia finis habet duplex eſſe, alterum ideale in mente appetentis, alterum reale in eo, qui ipſo iam adepto & præſente potitur: ante mundi natales non erat Deus in intentione vllius ipſum appetentis, nec vlla res Deo fruebatur; quare tunc prēexiſtens dici non poterat finis mundi, cui erat extrinſecus. Verum ſtatim ab ortu ſuo Mundus Deo præſente potitus eſt, ſine quo ne momento quidem exiſtere valeret; finis vero ſecundum ſui eſſe reale non eſt extra rem, cuius dicitur finis; quis iterum dicet ſanitatem eſſe extra viuens? quis quietem in centro dicat eſſe extra graue quieſcens? Deus igitur vt participatus a mundo non eſt extra mundum, ac finis illi extrinſecus; quum ergo D. Th. hic aſſerat Deum eſſe finem quatenus participatus; iam oppoſitum docet eius, quod eum hic dicere

† 137. falſ. cit.

u 1. cæl. & 8. phy.

ſcri-

ſcribis: quod paullo poſt euidentius contra te decernit D. Th. inquiens, *Dicitur autem melius, quaſi amatum, quam quaſi deſideratum; quum deſiderium ſit eius, quod nondum habetur, ſed amor etiam habiti eſt.* & demum vlterius aſſerens, *Finis autem principium eſt, quod poſtea nominat Deum, inquantum attenditur per motum aſſimilatio ad ipſum: aſſimilatio autem ad id, quod eſt volens, & intelligens, cuiuſmodi oſtendit eſſe Deum, attenditur ſecundum voluntatem, & intelligentiam, ſicut artificiata aſſimilantur artifici, inquantum in eis voluntas artificis adimpletur; ſequitur quod tota neceſſitas primi motus ſubiaceat voluntati Dei.* His enim D. Th. non comparat Deum vniuerſo toti, vt ais, at ſoli parti cæleſti, cuius ſolius motus eſt abſolute primus, vt ait x Ariſtoteles. x 8. phy. t. 75. & ſeqq. Nec ait Deum eſſe finem extrinſecum mundo, ſed potius docet eſſe finem intrinſecum, tum quia ſimilitudo cum Deo adepta eſt mundo intrinſeca; tum quia complementum voluntatis artificis in re artificiali non eſt niſi forma realis in re artificioſa ſimilis ideali præexiſtenti in mente artificis; quæ forma realis non eſt extrinſeca, ſed plane intrinſeca rei artificio factæ. Sic ergo falſa penitus eſt prima tua citatio loci meta. D. Th. Secunda quidem vera eſt, ſed tuum placitum non adſtruit, meum non deſtruit; dicens enim ibi D. Th. y *Quum igitur principium rerum ſit aliquid extrinſecum a toto vniuerſo, ſ. Deus, vt ex z ſupradictis patet: neceſſe eſt quod etiam finis ſit quoddam bonum extrinſecum; & hoc ratione apparet; manifeſtum eſt enim, quod bonum habet rationem finis: vnde finis particularis alicuius rei eſt quoddam bonum particulare; finis autem vniuerſalis rerum omnium eſt quoddam bonum vniuerſale. Bonum autem vniuerſale eſt quod eſt per ſe & per ſuam eſſentiam bonum, quod eſt ipſa eſſentia bonitatis: bonum autem particulare eſt, quod eſt participatiue bonum: manifeſtum eſt autem quod in tota vniuerſitate creaturarum nullum eſt bonum, quod non ſit participatiue bonum: vnde illud bonum, quod eſt finis totius vniuerſi, oportet quod ſit extrinſecum a toto vniuerſo.* nihil aliud ſibi vult. niſi Deum non eſſe bonum eiuſdem generis cum rebus mundanis; quia ſingula res mundana bona eſt participatiue, hoc eſt dependenter a ſummo bono; Deus autem vt finis in ſe eſt per ſe bonum quid, per eſſentiam ſuam bonum, ac independenter bonum; ac omnino ipſa bonitas: at non vult,

y 1. p. q. 103. ar. 2.
z q. 19. ar. 4. q. 44. ar. 1. 2.

Digitized by Google

de quo mecum litigas, Deum eſſe finem, qui non compleat intrinſecus mundum; ſed oppoſitum; etenim mundus ideo dicitur eſſe quid bonum participatiue, quia Diuinam bonitatem participat, a qua regitur; at vero non participat ſolum extrinſecus in cortice, ac vltima ſuperficie, ſed intrinſecus in omnibus partibus ſuis, atque medullitus: quod ſatis eſt ad hoc vt finis poſſit dici forma, ſeu perfectio, & natura eius cuius eſt finis. Etſi ergo Deus ſit extra genus boni, in quo comprehenditur bonum mundi; quia mundi bonum participatiue bonum eſt, & a Deo pendet; Diuina bonitas a nulla re dependet, & non eſt participatiue ab vllo; tamen Deus vt bonum participatum, eſt bonum intrinſecum Vniuerſo, quia quum ſit eſſentialiter communicabile, & ſumme communicabile; non igitur extrinſecus tantum, ſed etiam intrinſecus vt finis vniuerſo communicat ſemetipſum Deus optimus. & quum hic D. Th. aſſerat Deum eodem ſe habere modo ad res, & ad vniuerſum tam ſub ratione agentis, quam ſub ratione finis; quum ſupra determinauerit,
r q.8.ar.1. & ar.3. r *oportere Deum eſſe in omnibus rebus & intime*, quas condidit & conſeruat. Quin & *eſſe in omnibus per eſſentiam, inquantum adeſt*
ſ q.44.ar.4. *omnibus vt cauſſa eſſendi*. Addo quum infra dicturus ſit, ſ *Sed primo agenti, qui eſt agens tantum non conuenit agere propter acquiſitionem alicuius finis, ſed intendit ſolum communicare ſuam perfectionem, quæ eſt eius bonitas: & vnaquæque creatura intendit conſequi ſuam perfectionem, quæ eſt ſimilitudo perfectionis & bonitatis diuinæ: ſic ergo diuina bonitas eſt finis rerum omnium*. quum igitur diuina bonitas, quæ eſt ipſe Deus, vt communicata rebus alijs, quas reddit vtcumque Deo ſimiles, dicatur ſua ipſarum perfectio, quarum eſt finis; iam ex D. Th. Deus hac ratione finis eſt non externus, ſed internus vniuerſo. Præterea quod apte dicere poſſum loco a te citato D. Thomam agere de Deo theologice ſub ratione Deitatis, vel ſaltem metaphyſice ſub ratione primi entis, & vltimi rerum omnium tam naturalium, quam ſupernaturalium finis; quam conſiderationem a noſtro inſtituto alienam,
t pag.22. t olim a te proſcriptam ab hac tua diſputatione, promiſſi memor non debueras huc afferre: ſed vbi D. Tho. agit de Deo ſub ratione primi motoris (in quo genere magiſter
u 3.de an. t.54. u finalem cauſſam collocat) in hoc eodem opere decernit pri-

mum

mum mouens (quod mouet gratia ſui) eſſe principium *x* internum ex *y* Ariſtotele. LIL. Et in eodem ar. 2. ad 3. melius declarat hoc S. Thom. dicens mundum habere duplicem finem, alterum quidem internum in ipſo exiſtentem, & hic *finis eſt ordo, qui eſt forma mundi*; alter finis eſt ſuperior habens rationem vltimi, atque hic eſt finis extrinſecus, ſicuti eſt Dux reſpectu ordinis exercitus 12. meta. 52. VL. Hæc ad verbum dicit ibi D. Th. *Quod finis quidem vniuerſi eſt aliquod bonum in ipſo exiſtens, ſcilicet ordo ipſius vniuerſi: hoc autem bonum non eſt vltimus finis; ſed ordinatur ad bonum extrinſecum, vt ad vltimum finem, ſicut etiam ordo exercitus ordinatur ad ducem, vt dicitur 12. meta.* In quibus obſeruo te S. Tho. verba mire † variaſſe, vt ea tuum ad ſenſum traheres; quum enim dicat, ordinem vniuerſi non eſſe vltimum finem, ſed ordinari ad finem extrinſecum, vt ad vltimum finem; ſicut etiam exercitus ordinatur ad ducem; ponens analogiam inter ordinem mundi, & exercitum quod vterque ordinatur in vltimum finem, ille in Deum hic in Ducem; iudicis eum ſcribere vltimum finem mundi eſſe extrinſecum, ſicuti Dux eſt extrinſecus exercitui; quaſi ponat analogiam inter finem mundi, & exercitus, quod vterque ſit finis extrinſecus; quod a vero abeſt; non enim ait D. Th. Ducem eſſe extrinſecum exercitui; ſed in eum ordinari ordinem exercitus, & profecto quum longe diuerſum ſit quod ait D. Th. ordinem vniuerſi ordinari ad bonum extrinſecum, vt ad vltimum finem, ſicut etiam ordo exercitus ordinatur ad Ducem; ab eo, quod tu ſcribis eum dicere, vltimum finem Deum eſſe extrinſecum toti vniuerſo, ſicuti eſt Dux reſpectu ordinis exercitus; iam citatio tua Pleſſiacam ſapit. Dux præterea dici non poteſt extrinſecus exercitui ſimpliciter, ſed ſecundum quid vt propterea dici debeat forma exercitus interna: ſiquidem quum Dux primo cogat ac efficiat exercitum, deinde facto ſemetipſum exhibeat formam gubernatricem, quæ quidem ab exercitu non pendeat, ſed viciſſim exercitus a Duce, qui exercitui foriſecus aduenire dicitur; duplici ratione Dux exercitui dici valet extrinſecus, altera eſt, quia dum exercitus efficitur a Duce; tunc Dux eſt, nondum exiſtente exercitu; quia quod fit * non adhuc eſt; adeoque Dux eſt extra exercitum:

x q.62. ar. 3. & ibi ad 5.
y 8 phy. t. 41. 42. 43.
† 138. falſcit.
* 1. phy. 71 2. meta. t 7

tum : altera eſt , quia vt lumen extrinſecum aeri dicitur ac perſpicuo, quia forinſecus a lumine prouenit in perſpicuum, nec ex interna perſpicui natura defluit , deduciturve ; ſic Dux exercitui dicitur extrinſecus , quia non dependet in eſſe ab exercitu , nec ex eo prouenit, ſed & ante conſtitutionem exercitus, & poſt eius diſſolutionem permanet incolumis : Nihilominus tamen exercitum præſentem regens , atque perficiens , illi dicitur internus , & eſſentialis eius forma cenſetur ; quia neceſſarium eſt exercitum Duce definiri ; quæ vero in definitione ponuntur , omnia ſunt interna definito, & eſſentialia: ſic Deus erga Mundum ſe habet, quia prius quam vniuerſum conderet , a Mundo ſeparatus erat ; cui condito ſemetipſum communicauit formam gubernatricem ; quæ a mundo non pendeat in eſſe ; non tamen inde fit, vt Deus interna mundi perfectio non ſit, & proprie natura ſuprema; nam & lumen *a* actus perſpicui definitur; & anima rationalis, quæ *b* forinſecus aduenit humano conceptui, & a corpore non dependet in eſſe, corporique non *c* miſta dicitur, forma tamen eſt interna, & proprie *d* natura hominis. Quare Deum extrinſecum bonum ipſi vniuerſo dicit D. Th. in comparatione ad ordinem partium vniuerſi , qui ordo dependet ab ipſis partibus , & illis intimus , coæuus eas informat ; non autem Deum abſolute mundo extrinſecum poſuit adeo vt illius forma , & pars eſſentialis eſſe non poſſit in Peripato , vt *e* alibi fuſe probauit . Inſuper aſſerit D.Th. Deum eſſe bonum extrinſecum mundo, quia non eſt forma mundum informans , at vniuerſo aſſiſtens ; ſic lumen extrinſecum aeri vt perſpicuo dicitur, cuius eſt forma non informans , ſed aſſiſtens . L I L. Non bene igitur concluditur pag. 23. generaliter dicendo, *finis igitur naturalium rerum eſt vere proprieque natura* . V L. Inc. Fl. mea illa concluſio ſine nota vniuerſali eſt indefinita , quæ particulari æquipollet , vt antea notaui , & norunt etiam Logicæ tyrones . L I L Sed oportet concludere *aliquem finem eſſe naturam* . V L. Ita feci ſine nota particulari proferens concluſionem indefinitam . Sed quem finem putas eſſe naturam ? L I L. Illum videlicet, qui eſt forma, & terminus generationis, & finis gratia cuius eſt generatio ; finis enim *cui* communiter loquendo eſt potius quid *naturale* , *quam natura* . V L. Tibi ergo

a 2. de an. t. 69.
b 2. de ger. an. cap. 3.
c 3 de ar. t. 4 6.
d 2. phy. t. 12. 13.
e 1. p. q. 7. ar. 3. 2. con. gét. cap. 70.

go

go non erit natura Generatio, quam tamen aſſerit eſſe naturam *f* Ariſt. cui eadem eſt *g* finis quum non ſit forma, nec terminus generationis. Tibi ergo Deus mecum dicendus eſt eſſe natura, ſi Ariſtotelem audis, cui Deus eſt *i* forma, & finis *k* generationis, vt antea vidimus; & finis cuius gratia, non autem cui; nam apud Ariſt. finis cui omnia in vtilitatem cedunt, eſt *l* homo; quum Deus nullius indigeat, a quo ſibi commodum & vtilitatem hauriat. L I L. Et per has diſtinctiones patet tex. allatos in pag. 22. & 23. non probare de omni fine quod ſit natura, ſed tantum de forma informante, & termino generationis, cuius gratia eſt generatio, & quo veniente ceſſat generatio. V L. Quum ſupra probauerim ex *m* Ariſt. Deum, cui vt in æternitate aſſimilentur naturalia ſingula generant ſibi ſimile, immo cuius gratia agunt, quæcumque agunt ſecundum naturam: iam tibi mecum Deus æternus ponendus eſt in Peripato natura: Quod autem ais, naturam eſſe ſolam formam informantem, id non patet ex habitis, ſed oppoſitum. L I L. Quatenus *n* vero t. 14. 2. phy. in pag. 22. extenditur ad compoſitum naturale, quod eſt terminus generationis, vt inde probetur *compoſitum eſſe naturam*. Reſp. ex Auer. 2. de an. com. 37. compoſitum eſſe finem *cui*, non *cuius*; & propterea non eſſe naturam, ſed naturale; quia forma producitur vt conſtitutiua compoſiti naturalis, *cui* dicitur fieri, ſcilicet eius *commodo, & vtilitati*. V L. Nihil minus; etenim Ariſt. ibi abſolute naturam dicit ad quod eſt via generatio; generatio vero ſimpliciter eſt via non minus, ſed magis ad compoſitum, quam ad formam; quia compoſitum eſt vltimum bonum, ad quod etiam dirigitur forma, vt pars ad totum. Neque compoſitum eſt finis cui cedat in vtilitatem & commodum forma; ſed eſt finis cuius gratia forma materiæ coniungitur a generante, quod pro fine habet compoſiti conſtitutionem; bona enim commoda & vtilia non neceſſaria ſunt; at forma compoſito non vtilis & commoda proprie, ſed abſolute neceſſaria eſt. Compoſitum vero, perinde ac forma eſt finis, cui cedunt in vtilitatem & commodum organa, ſiue ſint accidentia, ſiue membra, pro recte obeundis proprijs muneribus. Quod autem ais Auerr. dicere compoſitum eſſe finem cui, & propterea non eſſe naturam,

f 2. phyſ. t. 14.
5. meta t 5
g 2. de an. t. 49.
i 12. meta. t. 49.
k 2. de an. t. 34.
2. de gen. an. cap. 1.
l 2. phyſ. t. 24.
m 2. de an. t. 34. & 2. de gen. an. cap. 1.
n pag. 15.

ad formæ diſcrimen; id plane Pleſſiacum eſt; nam Auer. in loco a te citato talia † non inquit, ſed potius oppoſita; ſcribit enim, Animam eſſe finem cui cedit in vtilitatem corpus, vt inſtrumentale; at relatam ad compoſitum Animatum; ait hoc eſſe finem cuius gratia eſt tum anima ipſa; tum etiam corpus; animatoque compoſito tribuit eſſe finem, non cui, ſed cuius inquiens, *Illud enim propter quid inuenitur aliquid* (nempe finis) *dicitur duobus modis: quorum vnus eſt illud, propter quod inuenitur aliquid,* (qui eſt finis cui) *& iſta eſt proportio animæ ad corpus* (quod ſcilicet eſt pars materialis in compoſito animato, & dicitur corpus organicum.) *& alius eſt illud, Cuius eſt hoc* (nota particulam *Cuius*) *& alius eſt illud, cuius eſt hoc propter quod inuenitur aliquid; & iſta eſt proportio animæ ad animatum: dicimus enim quod anima, & corpus vtrumque non ſunt niſi propter animatum.* Sic igitur Auerr. conſtituit compoſitum eſſe finem, cuius gratia inuenitur ac eſt tum forma, tum materia, dicens animatum eſſe finem, cuius gratia inuenitur anima, & corpus: aſſeritque animam eſſe finem cui corpus inſtrumentale inuenitur; quare falſa citatione doctrinam Auerrois hic eſſe dicis compoſitum eſſe finem *cui*, non *cuius*. LII. In pag. 23. aſſignatur quinta ſignificatio naturæ pro ſubſtantia compoſita: obſeruo ſubſtantiam compoſitam duplicem eſſe; alteram appellari *eſſentiam*, alteram vero *ſuppoſitum eſſentiæ*: prior eſt humanitas, poſterior homo, ſiue humanitas, & Socrates: ſunt ambo compoſita, etiam eſſentia 1. p. q. 76. ar. 1. ſed humanitas eſt eſſentia includens prædicata quidditatiua, quæ ſpectant ad definitionem, ſed Socrates ſubſiſtens in humanitate appellatur ſuppoſitum humanitatatis. Eſſentia appellari ſolet *forma totius, & natura*, ſaltem aliquo modo: ſuppoſitum vero non eſt natura, ſed naturale in natura ſubſiſtens. Doctrina hæc communiter recepta, eſt S. Th. 1. p. q. 3. ar. 3. 5. meta. l. 10. in f. 1. p. q. 29 ar. 2. de ent. & eſſ. c. 2. & 5. meta. l. 5. non longe a f. Concedit S. Th. formam totius, ſiue eſſentiam, quę apud ipſum eſt aliquid compoſitum, eſſe naturam. Idemquoque concedit Alex. Aphr. in 5. meta. com. 9. dum exponit quintam ſignificationem naturæ, vt obſeruauit etiam Sueſſanus in eodem 5. meta. expoſ. t. 5. Huius eſſentiæ, quæ etiam appellatur forma totius, & natura, ha-

† 139. falſ. cit.

habemus pulcherrimum exemplum in Auerr. 1. cæl. com. 92. vbi appellat *cælitatem* naturam ipſius cæli, ſicuti nos appellamus humanitatem naturam ipſius hominis. His *o* poſitis dico nomen naturæ conuenire poſſe eſſentiæ rerum compoſitarum, quæ ipſa quoque eſt compoſita, ſed non conuenire ſuppoſito, quod ſubſiſtit in hac eſſentia: quocirca dum video concludi in hac pag. 23. 24. & 25. animalia, plantas, & reliqua huiuſmodi compoſita eſſe naturas, aperte nego; ſed dico hæc eſſe naturalia, & eorum eſſentias eſſe naturas &c. VL. Forma totius, vt humanitas, quam & hic, & *p* infra concedis eſſe naturam, ad differentiam ſuppoſiti, vt eſt indiuiduum animal, quod negas eſſe naturam, incl. Fl. eſt ne tibi quidpiam diſtinctum ab homine compoſito in ea prioritate naturæ, qua ſubſtantia compoſita præcedit omnibus accidentibus, an non? ſi annuas, iam mutila fuerit illa tua diuiſio ſubſtantiæ compoſitæ in eſſentiam, & ſuppoſitum indiuiduum, quod accidentia includit: ego vero *q* probaui compoſitum illud ex materia, & forma vt quid prius omnibus accidentibus eſſe naturam, & hoc *r* appellaui plantam, animal, & huiuſmodi. an tibi homo non eſt, aut animal, aut planta, compoſitum ex materia & forma in ea prioritate naturæ, qua præcedit omnibus accidentibus? iam non ſolum tibi accidentia tribuent eſſe homini; ſed etiam reclamabis Ariſtoteli decernenti *ſ* conceptum fieri animal per adeptionem animæ ſenſitricis, & hominem per adeptionem intellectricis: mihi quidem compoſita ſubſtantia ex materia, & forma humana, ſecluſis accidentibus, vere homo eſt; cui ſuperuenientia accidentia tribuunt ex *t* Porphyrio vt ſit hic homo, Socrates, vel Alcibiades. Si vero renuas formam totius eſſe, quidpiam diſtinctum a compoſita ſubſtantia ex materia & forma ante originem accidentium, ſiue abſtracta intellectu ab omnibus accidentibus; cur tu concedens formam totius eſſe naturam, mihi negas compoſitam ſubſtantiam, quæ dicitur totum, vt homo, animal, & planta, eſſe naturam? Formam vero totius de toto compoſito prædicari in recto non ſolum vidimus *u* antea apud *x* Albertum a *y* te citatum; ſed etiam apud *z* Ariſt. dicentem, *Cauſſarum autem alia quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes: aliæ autem vt quod quid erat eſſe, & totum, & compoſitio, &*

o pag. 66.
p pag. 73.
q 1. de nat. pr. mo. pag. 26. 27.
r ibid. pag. 25. & ſeqq.
ſ 2. de gen. an. cap. 3.
t cap. de ſpec. ipſ.
u pag. 128.
x 8. meta. tr. 1. cap. 3.
y pag. 30.
z 2. phyſ. t. 31.

Digitized by Google

ſpecies: Ceterum quid mihi *cælitatem* illam Auerr. obtrudis? non ne ſatius eſt ibidem Ariſtotelem audire dicentem, *a* a 1.cęl.t.92 *Quoniam igitur cælum eſt ſenſibile, ſingularium vtique erit: ſenſibile enim omne in materia exiſtit; ſi autem ſingularium, aliud erit eſſe huic cælo, & cælo ſimpliciter: alterum igitur eſt hoc cælum, & cælum ſimpliciter: & hoc quidem vt ſpecies, & forma; illud autem vt cum materia miſtum*? iam hic Ariſt. formam totius, ac eſſentiam cæli, abſtrahendo ab accidentibus omnibus *b* indiuiduantibus, appellat cælum ſimpliciter; quam contradiſtinguit ab hoc cælo, quod eſt quid conſtitutum ex illa eſſentia, & accidentibus omnibus illi inhærentibus, quæ conſtituunt materiam ſignatam, per quam cæli ſubſtantia redditur ſenſibilis, & ſingularis: Recte igitur ego, & cum Ariſt. quin & cum alijs a te citatis, philoſophatus fui dicens, *c Quinto loco ſubſtantiam compoſitam eſſe, & appellari naturam*; ſtatuensque, *d plantam, & animal, & ſemen, vere proprieque naturam dici*; nam ſubſtantiæ compoſitæ nomine *e* declaraui me intelligere *ſubſtantiam compoſitam in ea prioritate naturæ, qua præcedit omnia ſua accidentia: quæ a ſcholis appellatur eſſentia, ſubſtantia intelligibilis, ſeu quidditas, & forma totius*. Tu vero, Fl. inc. vt falſo ſupponis me nomine ſubſtantiæ compoſitæ, quam proprie naturam eſſe dixi, ſignificaſſe ſuppoſitum, quod eſt indiuiduum *f* Ariſtoteli; ſic non ex Ariſtotele philoſopharis, dum & humanitatem ab homine contradiſtinguis; quaſi homo ſit non forma totius, ſed ipſum ſuppoſitum: & ponis hominem eſſe humanitatem, & Socratem, quaſi quid conſtitutum ex humanitate & Socratem, tanquam ex partibus diſtinctis; quum tamen & Socrates abſque humanitate concipi nequeat; quod Ariſt. appellat cælum, Auerr. nuncupet cælitatem. Sed falſo ſtatuis † *Auerroem appellare cælitatem naturam ipſius cæli, ſicuti nos appellamus humanitatem naturam ipſius hominis*: nam Auerr. nihil de propoſito, ſed ait cælitatem contradiſtingui ab hoc cælo, vt vniuerſale ab indiuiduo; verba illius hæc ſunt, *g Cælitas enim eſt aliud quam dicere hoc cælum; cælitas enim dicitur de pluribus indiuiduis; & ſicut hoc inuenitur in pluribus partibus huius cæli; ita non eſt longe quin inueniantur plura indiuiduorum totius cæli. Et quum dixit, cælum ergo ſimpliciter eſt ſola forma, intendit quod illud quod intelligitur de cælo, inquantum cælum, eſt ſola for-*

Marginal notes: b Porph.c. de ſpec. — c pag. 23. — d pag. 24. — e pag. 26. — f 1.cęl.t.92 — † 140.falſ. sit. — g 1.cæl.cō. t.92.

Digitized by Google

forma; per ſenſum autem comprehenditur forma cum materia. In quibus nihil eorum habemus, quæ vis Auerroem dicere. Magiſter autem ibi nomine cæli ſimpliciter, quod contradiſtinguit ab hoc cælo, tanquam formam totius, & eſſentiam cæli a cælo ſenſibili, quod eſt compoſitum ex eſſentia cæli, & accidentibus ſenſibilibus eam indiuiduantibus, intelligit naturam, & eſſentiam cæli, quæ mera ſubſtantia eſt in ea prioritate naturæ, qua præcedens omnibus ſuis accidentibus, non adhuc eſt ſenſu perceptibilis, ac digito monſtrabilis; ſiue ſubſtantia pura in hoc cælo degens intellectu abſtracta ab omnibus ſuis accidentibus; nam ſubſtantia pura non eſt ſenſibilis; & ſubſtantia mera cæli dicitur cælum ſimpliciter, hoc eſt cælum abſtractum ab omnibus accidentibus, quæ cæli nomine non donantur; quę ſubſtantia cæli ab Ariſt. dicitur etiam eſſe-cęlo, vt ſubſtantia circuli dicitur circulo-eſſe; Quare nos compoſitæ ſubſtantiæ nomine, quam naturam proprie dictam aſſerimus, eſſentiam puram ex materia & forma ſubſtantiali conſtitutam intelleximus, circumſcriptis omnibus accidentibus; quam & abſtracto, & concreto nomine dicere promiſcue poſſumus, vt hominem, & humanitatem; nec homo humanitate poſterior eſt, vt aſſeris; nec homo formaliter eſt ſuppoſitum indiuiduum, vt ponis: nec homo eſt humanitas, & Socrates, vt fateris; quum homo ſit per formam ſubſtantialem ante omnia accidentia, quæ Socratem ac indiuiduum conſtituunt apud *h* Porphyrium. LIL. In *i* eadem pag. 23. affertur t. 12. phy. ad probandum ſubſtantiam compoſitam, quæ naturalis dicitur, eſſe naturam; ſed ego adhærendo Simplicio ſic explico t. illum: vt tantum dicam formam eſſe naturam, compoſitum vero eſſe naturale: *Vt ars dicitur quod ſecundum artem, & artificiale; ſic & natura quod ſecundum naturam, & quod naturale:* ſed ars dicitur forma rei artificialis, ſecundum quam illud eſt artificiale, & ad artem ſpectat; ergo & natura erit forma, ſecundum quam eſt quid naturale & ſecundum naturam &c. VL. In primis hoc argumento probas formam eſſe naturam; quod nunquam negaui; ſed non oſtendis, quod tibi probandum ſumpſeras, formam tantum, non item compoſitum, eſſe naturam. Deinde ſyllogiſmus iſte paralogiſmus eſt ex * quatuor terminis; in maiori nanque pro-

h cap. de ſpec.
i pag. 66.
* 11. ſophiſma.

ponitur ab Ariſt.eà proportio inter artem & naturam, quod *vt ars dicitur id quod ſecundum artem, & artificiale;* nimirum tum forma rei artificioſæ conſequens artem productricem; quæ eſt in mente artificis; tum productum ipſum artificiale; quod indicat particula *&* coniunctiua duorum, quibus conuenit nomen idem artis: *ita natura dicitur quod ſecundum naturam, & quod naturale,* nempe tum forma rei naturalis, quæ eſt ſecundum naturam formæ generantis, a qua prouenit; tum compoſitum ipſum naturale; quod itidem indicat eadem particula *&* coniunctiua duorum, quibus conuenit idem nomen naturæ: tu vero, Fl. incl. in altera propoſitione tua, quam addis huic Ariſtotelicæ, pro medio termino tui ſyllogiſmi non accipis, vt Ariſt. *quod ſecundum artem;* ſed quid longe diuerſum, *ſecundum quam eſt artificiale.* Sed textus Ariſtotelis in hanc rationem inculpatam reſolui debet, Quod ſecundum naturam, & quod naturale eſt, dicitur proprie natura: ſed forma partis rei genitæ eſt ſecundum naturam generantis, & forma totius eſt compoſitum naturale: igitur forma ſimpliciter, tam partis, quam totius appellata, proindeque compoſitum naturale dicitur proprie natura. Maiorem ſuam probat Ariſt. ex analogia naturæ ad artem; quoniam artis nomen conuenit cum formæ rei artificialis; tum ipſimet

k pag. 68. rei artificiali. LIL. In k pag. 23. deducitur ex 5. meta. t. 5. argumentum, Materia ſecunda eſt natura; materia ſecunda eſt ſubſtantia compoſita: ergo aliqua ſubſtantia compoſita eſt natura. Reſpondeo ex doctrina Alex. de Ales in eodem 5. met. in expoſit. illorum verborum, materiam ſecundam appellari naturam *non ſimpliciter, & abſolute, ſed per quandam analogiam,* videlicet per attributionem ad formam, quam reſpicit: quocirca aqua v. g. ſimpliciter loquendo & in ſe eſt corpus naturale, ſed per attributionem ad formam miſti, quam poteſt recipere, appellatur materia, & natura non cuiuſcumque, ſed miſti; ſicut etiam æs in ſe eſt aliquod naturale, tamen reſpectu operum æneorum eſt materia & natura; quod eſt dicere non eſſe nec materiam, nec naturam ſimpliciter, ſed per quandam analo-

† 141. falſ. cit. giam. VL. Hic duo notanda; primum falſo † citari nunc Alenſem, quaſi dicat materiam ſecundam ad primæ diſcrimen non eſſe proprie naturam, ſed per quandam analogiam, & at-

tri-

tributionem ad formam; nam oppoſitum dicit aſſerens tam primam quam ſecundam materiam dici naturam per attributionem ad formam verbis ipſiſſimis, *Notandum eſt quod ideo materia dicitur natura, quia eſt in quadam analogia, & in quadam attributione ad formam, quæ proprie natura eſt: quia ergo tam materia prima, quam materia propinqua eſt in potentia ad formam; ideo tam iſta, quam illa poteſt dici natura ſecundum iſtum modum dicendi naturam: Et ideo bene dictum eſt, quod iſte modus annexus eſt illi modo, ſecundum quem dicebatur, quod materia erat natura.* Deinde ſi verum eſt, quod ais, materiam ſecundam, vt eſt aqua in miſto, non eſſe proprie materiam, aut naturam, quia non eſt materia & natura cuiuſcunque, ſed miſti ſolius; quum materia & forma ſint ad aliquid *l* Ariſtoteli; & quot modis vnum relatiuorum dicitur tot modis dicatur eius correlatiuum; iam tibi forma miſti, quæ non eſt cuiuſcumque forma & natura, ſed miſti ſolius, non erit proprie forma, neque natura: quo quid abſurdius? Immo vero ex hac tua doctrina, nulla forma erit ſimpliciter ac proprie forma, aut natura; quum nulla forma ſit vniuſcuiuſque forma, ſed ſingula forma ſit propriæ ac ſecundæ materiæ determinatæ forma; *videtur enim, m* Ariſtotele *in patiente, & diſpoſito actiuorum ineſſe actus*: quin *n vniuſcuiuſque actus in eo quod potentia exiſtit, & in propria materia aptus natura eſt fieri.* LIL. Conſtat ex Ariſt. 1. de gen. t. 24. materiam proprie dici materiam primam, quæ eſt ens in potentia, & ſubiectum generationis ſubſtantialis; ens autem actuale, quod eſt ſubiectum aliorum motuum, dici materiam modo aliquo, ideſt non ita proprie, ſed ſecundum quandam proportionem; & ſimilitudinem; atque hinc fit, vt materia proxima non ſit ita proprie materia, neque ita proprie natura; ſimpliciter loquendo eſt naturalis, non natura. VL. In primis & hic Ariſt. falſo citatur quaſi dicat materiam proprie dici materiam primam, ſubiectum aliorum motuum dici materiam modo aliquo, ideſt non proprie, ſed per quandam ſimilitudinem; quia in textu Magiſter materiam generationis & corruptionis abſolute proponit, nec addit nomen illud † *primam*: ait enim, *o Eſt autem & materia maxime quidem, & proprie ſubiectum generationis ſuſceptibile; modo autem aliquo & quod alijs tranſmutationibus; quoniam omnia ſubiecta ſuſceptiua ſunt contra-*

l 1. phyſ. t. 16.
m 1. de an. t. 24.
n tex. 26.
† 142. falſ. cit.
o 1. de gen. t. 24.

Digitized by Google

p 1. phyſ. t.82. *trarietatum aliquarum*. Vt autem materia prima eſt p primum ſubiectum ſuſceptibile omnis generationis, & corruptionis; ita materia ſecunda eſt ſubiectum ſuſceptibile huius vel illius generationis & corruptionis; quum igitur hic Ariſt. indefinite loquatur de materia, quę ſuſceptibilis eſt generationis, & corruptionis, tibi non erat Ariſtotelis dictum coarctandum ad materiam primam, excluſa ſecunda. Deinde quod ais materiam ſecundam, ſeu proximam non eſſe proprie materiam, id mihi nouum & inauditum eſt in Peripato; ſed oppoſitum aperte do-

q 8. meta. t.12. cuit Ariſt. inquiens, q *Quum itaque quiſquam quænam ſit cauſſa quærat, quoniam multipliciter cauſſæ dicuntur, omnes contingentes cauſſas dicere oportet: vt puta hominis, quæ cauſſa vt materia? nempe menſtrua: quæ vero vt forma? quod quid erat eſſe; quæ autem vt huius cauſſa? finis: fortaſſis autem hæ ambæ idem ſunt. Oportet autem proximas cauſſas dicere, quæ materia? non ignem vel terram, ſed propriam*. Putaſne Magiſtrum ſcientifico pręcipere quęrenti materiam hominis, neglecta proprie dicta materia, ſumere improprie dictam? abſit. visne menſtrua non eſſe materiam generationis ſubſtantialis? reclamantem habebis Ariſtotelem, cui menſtrua feminis nomine donantur, dum ait, r *Et men-*

r 2. de gen. an. cap. 3. *ſtrua ſemen ſunt, quanquam non purum*; & ſemen eſſe conſtituit materiam, ex qua generantur animalia, & plantę, dum infit,

ſ 1. phyſ. t 62. ſ *Quod autem ſubſtantia, & quæcumque alia ſimpliciter entia ex ſubiecto quodam fiunt, conſideranti fiet vtique manifeſtum: ſemper enim eſt aliquid, quod ſubijcitur, ex quo fit quod fit, vt plantæ & animalia ex ſemine*. Præterea quod ais, materiam ſecundam, ſeu proximam non eſſe proprie naturam, longe a vero abeſt; tum quia

t 2. phy. t. 3 proprie natura eſt, quæ ab Ariſtotele t definitur principium primum motus & quietis per ſe in quo eſt non ſecundum accidens: modo quis neget materiam ſecundam eſſe tale principium paſſiuum, quale forma eſt actiuum? tum quia Magiſter

u 2. phyſ. t.21. poſt definitionem naturæ dicens, u *Quum autem natura duplex ſit, & forma & materia*. & mox. Quum duæ naturę ſint, de vtra eſt Phyſici: *an de eo, quod eſt ex vtriſque; ſed ſi de eo, quod eſt ex vtriſque, & de vtraque*. & poſtea inter argumenta determi-

x tex. 26. nantia propoſitam quæſtionem affert hoc, x *Amplius eorum, quæ ad aliquid materia eſt; ad aliam enim formam alia materia*: quibus

bus apertum eſt agi de materia ſecunda & proxima, quæ multiplex eſt; quum prima ſit vnica. Denique nec illud accipere poſſum, materiam ſecundam dici naturam non proprie, quia dicatur natura per quandam proportionem & ſimilitudinem, ſiue attributionem ad formam; quia ſic nec materia prima dicenda eſſet proprie natura; quum dicatur natura ſecundum tranſlationem, & per attributionem ad formam, quæ proprie natura dicitur: at non audis Ariſtotelem hæc aſſerentem? *y Et forma & ſubſtantia: hac autem eſt generationis finis: Metaphorice vero omnino omnis ſubſtantia natura propter hanc dicitur, quoniam & natura eſt aliqua ſubſtantia: ex dictis itaque prima, & quæ proprie dicitur natura, eſt ſubſtantia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habent: materia enim, eo quod huius eſt ſuſceptiua, dicitur natura: generationes autem, ac ipſum naſci, eo quod ab hac motus ſunt:* pariter ergo natura eſt materia prima, & ſecunda. L I L. In *z* eadem pag. 24. adducitur argumentum ad probandum ſubſtantiam compoſitam eſſe naturam; terminus generationis eſt natura, ſubſtantia compoſita eſt terminus generationis; ergo ſubſtantia compoſita eſt natura. Cui reſpondeo terminum generationis eſſe vel naturam, vel quid naturale: forma eſt natura gratia cuius fit generatio; compoſitum autem cui, ſiue in beneficium cuius generatur forma, eſt naturale, non natura: & ad hoc neceſſarium eſt videre ſupra notata ex Auerr. 2. de an. com. 37. de fine *cuius*, & de fine *cui*. V L. Iam vidimus Auerroem ibi dicere oppoſitum eius, quod illi adſcribis: nunc addimus compoſitum nihilominus eſſe finem cuius, ac ſit illius forma, in relatione ad generans, & ad generationem; quia finis cuius eſt vltimum bonum, quod ab agente per actionem comparatur; at finis cui præexiſtit, vt pote cui cedunt in vtilitatem ea, quæ ab agente fiunt: Quam doctrinam habemus ab *a* Alex. & Euſtratio dicente, *Duplex enim finis eſt, hic quidem cuius, hic autem cui. nam propter ipſum videre oculi ſunt: gratia autem ſalutis animalis & viſio, & omnis ſenſus eſt: quemadmodum & in artibus finis eſt forma vniuſcuiuſque artificum, vſus hominum cuius gratia omnia illa fiunt.* modo certum eſt tum homines, qui ſunt finis cui artifices operantur, præexiſtere operationibus artificum, at formas rerum artificialium, quæ ſunt finis cuius gratia artifices operantur, poſt

y meta. t. 5.

z pag. 70.

a 2. poſt. pag. 64. col. 2.

poſt artificis operationem, qua comparantur, haberi: tum viſionem, quæ eſt finis cuius gratia oculi dati ſunt animalibus a natura, poſt animalium conſtitutionem haberi; ſed animal, quod eſt finis cui ad ſalutem viſio inſtituta eſt, præexiſtere ante viſionis actum. Sic vt habitatio commoda eſt finis cuius gratia ſtruitur domus, & homo eſt finis cui domus eadem conſtruitur, qua vti debet; ita cuique notum eſt habitationem commodam haberi poſt domum conditam, hominem vero præexiſtere cui domus habitanda conſtruitur: quum igitur compoſitum non præexiſtat ante ſui generationem, ſed poſt eam incipiat eſſe ſimul cum forma ſua, decernente Magiſtro formam p ſimul eſſe cum compoſito cuius eſt forma; iam patet compoſitum, quod generatur, non eſſe finem cui fit ipſa generatio, ſed finem cuius gratia fit generatio, non ſecus atque forma. LIL. In eadem pag. 24. adducitur 6.2 phy. vbi Ariſt. dicit non eſſe tentandum demonſtrare naturam eſſe, quia aperte conſtat entia multa reperiri, quæ habent in ſe principium motus; ideo hæc entia Ariſt. vult eſſe naturas. Sed reſpondetur facile, Ariſtotelis argumentum eſſe *a naturali ad naturam*: nam eſt tentandum demonſtrare naturam eſſe, nec magnus conatus in hoc adhibendus, quia ex naturalibus facile inueſtigamus, imo videmus naturam eſſe; naturalia enim multa ſunt; ſed naturalia habent naturam; ergo conſtat naturam eſſe. VL. Hic, incl. Fl. duplici falſa citatione me petis; altera eſt, qua dicis *Ariſtotelem* dicere, non eſſe tentandum demonſtrare naturam eſſe, quia aperte conſtat entia multa reperiri, quæ † habent in ſe principium motus; quum Ariſt. ne verbum quidem ibi de eo quod eſt, habere in ſe principium motus; ſed inquit, *Quod autem ſit natura tentare demonſtrare, ridiculum eſt; manifeſtum enim eſt quod huiuſmodi entia* (quæ ſcilicet naturæ dicuntur) *ſunt multa*. Altera eſt, qua dicis me adducere textum Ariſtotelis, vbi ſcribit ille, non eſſe tentandum demonſtrare naturam eſſe, quia aperte conſtat multa entia reperiri, quæ habent in ſe principium motus, nam meam theoriam mutilas ea parte, de qua mihi litem indixiſti; propoſito ſiquidem ad verbum Ariſtotelico textu, ſtatim addo, q *Vnde conſtat, Ariſtotelem aſſerentem, ridiculum eſſe tentare demonſtrare naturam eſſe, quia per ſe notum ſit, ac manifeſtum*

p 12 meta. t. 16.

† 143. fal. cit.

q pag. 25.

ſtum ſenſui multa entia huiuſmodi eſſe, quæ non ſolum in ſe tale principium habent, quod natura dicitur, ſed quæ ipſa (vt innuit Pſellus) natura dicuntur; quum talia entia multa nulla ſint alia, niſi ſubſtantiæ compoſitæ &c. quæ verba tibi refragantia † ſubticuiſti. † 144. falſ. cit.
Deinde vero, quod ais Ariſtotelem ibi probare naturam eſſe argumento ducto *a naturali ad naturam*; quaſi ſyllogizet ita, naturalia multa ſunt, ſed naturalia habent naturam; ergo conſtat naturam eſſe: id euertit vniuerſum contextum Ariſtotelis, qui ſtatuit ideo ridiculum eſſe tentare demonſtrare naturam eſſe, quia hoc ſit per ſe notum, nec aliquid eo manifeſtius reperiri valeat, per quod oſtendi ſyllogiſmo valeat; en Ariſtotelis ipſiſſima verba, r *Quod autem ſit natura tentare demonſtrare, ridiculum eſt; manifeſtum enim eſt quod huiuſmodi entia ſunt multa: demonſtrare autem manifeſta per immanifeſta, non potentis iudicare eſt quod per ſeipſum & non per ſeipſum notum eſt: Quod autem contingat hoc pati, non immanifeſtum eſt; ſyllogizare enim quis poſſit de coloribus, quum a natiuitate ſit cæcus; quare neceſſe eſt talibus de nominibus eſſe ſermonem, nihil autem intelligere.* Ex quibus apertiſſime patet Ariſtotelem hic agere de natura illa, quam eſſe ſit per ſe notum, nec vlla ſyllogiſmi luce manifeſtari debeat; talis vero natura non eſt materia, quæ obſcuriſſima eſt, & quam eſſe probare conatus fuit ſ Ariſt. ex natura mutationis; neque forma, quam veteres non agnouiſſe docuit t Ariſt. quare ſola eſt ſubſtantia compoſita, quam ſenſui euidentiſſimam omnibus eſt per ſe conſpicuum: & tu vis Ariſtotelem nunc eam naturam eſſe probare argumento ducto a re naturali notiore; quum ipſe nunc aſſerat, ridiculum eſſe tentare demonſtrare naturam eſſe, quia per ſeipſam manifeſta ſit, nec aliquid ea notius reperiri queat, quo niti ſyllogiſmus valeat vllus eam manifeſtans? r 2. phy. t. 4 ſ 1. phy. t. 42. & ſeqq. t 2. phy. t. 9
LIL. Themiſtius ſuper illum t. 6. ſic expreſſit vim argumenti a naturali ad naturam, *Ridiculum eſt conari demonſtrare naturam eſſe, cum manifeſtum ſit pleraque eſſe natura, & per naturam*; ſed illa, quæ ſunt natura, & per naturam, ſunt naturalia; ergo a naturalibus compoſitis notificamus naturam eſſe. VL. Immo Themiſtius eo loci ſcribit apertiſſime, Magiſtrum nullo prorſus argumento, ſyllogiſmove, nullaque ratione probare naturam eſſe, quia nihil hac re clarius ac illuſtrius eſſe poſſit: quæ ſi ſilen-

Digitized by Google

cio non inuoluiſſes, omnes agnoſcerent Themiſtium hic a me, non a te militare, dum ait, *Eſt autem perridiculum conari demonſtrare naturam eſſe, quum manifeſtum ſit pleraque eſſe natura & per naturam: Neque hoc quicquam eſſe clarius aut illuſtrius poſſit: Qui vero ex obſcurioribus contendit demonſtrari manifeſta poſſe, neceſſitatem demonſtrationis ignorat; neque diſtinguere id quod per ſe notum eſt, ab eo quod per ſe ignotum eſt, poteſt. Sed quemadmodum nihil profecerit, ſi qui iam inde ab ortu cacus exoculatusque, cuperet de coloribus quod ſint, ſyllogiſmo notitiam capere (nam ſi vidiſſet ſemel, ſuperuacaneus ſyllogiſmus foret) nunc vero ſolas merasque voces hauriet colorum, de re rebus nihil intelliget; non enim ſyllogiſmo, ſed viſu colores indicantur: Ita ſi ei, qui neque mente ſit ſana, neque manifeſta & ante oculos poſita videat, ſyllogiſmos præbueris, verba quidem temere fundentur, res vtique percipi & iudicari non poterit. Igitur naturam eſſe abſque vlla ratione conſtituendum recipiendumque eſt*. Hæc dicens Themiſtius † oppoſitum aſſerit eius, quod

† 145. fall. cit.

eum ſcribere contendis, nimirum probare naturam eſſe argumento ducto a rebus naturalibus; quum aſſerat naturam eſſe nulla ratione probari debere, ſed accipi tanquam per ſe notum: quare licet naturalia in relatione tum ad effectricem cauſſam, a qua producuntur; tum ad materiam, & formam, ex quibus conſtituuntur, appellet ſecundum naturam; tamen abſolute ſpectata nuncupat hic nomine naturæ, de cuius exiſtentia nulla prorſus afferri ratio debeat, tanquam de re ſenſata, & per ſe

u pag. 71.

manifeſta. LIL. u Clarius D.Th. 2. phy. l. 1. ſic facit argumentum, *manifeſtum eſt ſecundum ſenſum quod multa ſunt a natura, quæ habent principium ſui motus in ſe*; iſta vero ſunt naturalia, argumento 2. phy. t. 4. Ita etiam exponit Auerr. 2. phy. com. 6. & omnes pariter concordant. VL. In primis falſo ſtatuis omnes in eo conuenire, vt Ariſt. hic notificet naturam eſſe, quia ſint res naturales habentes in ſe naturam; quia Pſellus hoc loco nullam de compoſitis naturalibus mentionem faciens ait,

x 2. phyſ. com. t. 6.

x *Ne quis igitur iſtum merito reprehenderet & accuſaret, quod in hac quæſtione quæ de natura eſt, male ſe geſſerit, nempe qui omiſſo quærere ſi eſt, ſe contulerit ad Quid eſt, idcirco pro hoc ſuſcipit defenſionem dicens in rebus, quas vna vox omnium eſſe conſentit, quærere ſi ſunt, vitioſum eſſe & ſuperuacuum*. Confeſſum ergo atque euidens

dens eſt hoc tale, naturam ſcilicet eſſe: ridiculum itaque eſt oſtendere conari naturam eſſe, id quod clarum & illuſtre &c. Quum itaque non ſit confeſſum & euidens, neque clarum & illuſtre materiam, & formam eſſe, quas veteres multi non agnouerunt, & Ariſt. ipſe rationibus eſſe demonſtrauit; iam hic nomine naturæ, quæ per ſe nota eſt, non intellexit Ariſt. & Pſellus materiam, aut formam, ſed ex his compoſitam ſubſtantiam. Deinde Auer. & D. Th. in locis a te citatis aperte confitentur naturam eſſe, eſſe manifeſtum per ſe, ac per ſe notum; Auerr. quidem inquiens, y *Congregat illa, quæ declarauit, & dicit quod deſcriptio, quæ deſcripſit naturam, eſt deſcriptio rei manifeſtæ per ſe*: & mox addens, *Et naturam eſſe eſt manifeſtum per ſe, quoniam plura entia videntur habere principium in ſe quo mouentur & quieſcunt ex ſe*; non affert argumentum, vt ais, a naturali ad naturam; quia ſic non eſſet oſtendere naturam eſſe manifeſtum eſſe per ſe, ſi naturalia non eſſent & ipſa naturæ nomine donanda; ſed naturam eſſe manifeſtum eſſet per aliud nimirum ex naturali: pariter D. Th. eo loci ſupponit compoſitum eſſe naturam, dum ait, z *ridiculum eſt quod aliquis tentet demonſtrare quod natura ſit, quum manifeſtum ſit ſecundum ſenſum, quod multa ſunt a natura, quæ habent principium ſui motus in ſe. Velle autem demonſtrare manifeſtum per non manifeſtum, eſt hominis, qui non poteſt iudicare quid eſt notum propter ſe, & quid non eſt notum propter ſe.* ſecus enim niſi ſupponeret D. Tho. compoſitum etiam eſſe naturam, ex eo quod probat naturam eſſe, quia manifeſtum eſt eſſe compoſita, quæ ſunt a natura, & habent in ſe principium motus, male conſtituere per ſe notum eſſe quod natura ſit; quum id per ſe notum non ſit, ſed ex naturali, quod per ſe notum eſt. ſed quemadmodum animalis nomen æque conuenit homini, cani, phænici, ſirenæ, ſphingi, & onagro: etiamſi notum per ſe non ſit onagrum, ſphingem, phænicem, & ſirenam eſſe, quum multi nunquam ea viderint animalia, & multi poſſint ambigere num ea ſint; attamen quia ſingulis in conſpectu ſunt homines, & alia multa animalia domeſtica, ideo ratione horum per ſe notum eſt animal eſſe: ſic D. Tho. & Auerr. cum Ariſt. ſentiunt naturam eſſe quid per ſe notum exiſtere, nec vlla ratione confirmari oportere, quia cenſent naturæ nomen proprie conuenire compoſitæ

y 2. phy. t. 6

z 2 phyſ. com. t. 6.

poſitæ ſubſtantię, quam eſſe per ſe notum eſt. LIL. Quocirca ex illo t.6. non deducitur compoſitum eſſe naturam: ſed ex compoſito naturali deduci per certam notificationem eſſe naturam, argumentando a poſteriori a naturali ad naturam, methodo reſolutiua, iuxta regulam traditam ab eodem Ariſt. 1. phyſ.t.3.2.de an.t.12.7.meta.10. Si ſunt entia naturalia, ergo eſt natura; conſtat eſſe naturalia, ergo & naturam. VL. Dum Ariſt. hic ait ridiculum eſſe tentare demonſtrare naturam eſſe, quia per ſe notum eſt multa eſſe huiuſmodi entia, compoſita ſcilicet; ſi notificaret probaretque naturam eſſe methodo reſolutiua arguendo a poſteriori, hoc eſt a naturali noto ad naturam ignotam, vel minus notam; iam & ipſe ridiculus fieret demonſtrans ita naturam eſſe; & male poneret naturam eſſe per ſe notum eſſe, quum notum ſit per naturale, quod tu fateris non eſſe naturam: Quare Magiſter qui cenſuit naturam eſſe quoque compoſitum, ex eo quod multa compoſita eſſe per ſe notum eſt adeo vt ridiculum ſit tentare demonſtrare hominem eſſe, mundum eſſe, & alia id generis; ſapienter afferit, per ſe notum eſſe naturam exiſtere, ridiculumque eſſe tentare demonſtrare naturam eſſe. LIL. In pag.25.dicitur, generans eſſe principium motus in quo eſt, etiamſi non attendatur vnitas numerica, ſed ſpecifica: Dico, generans aliquid eiuſdem ſpeciei non poſſe dici naturam, ſed tantum cauſam naturalem: nam Ariſt.5.meta. t.5. *Natura*, inquit, *eſt ſubſtantia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt* (nota vnitatem numericam) *motus principium habent.* VL. Ibi Magiſter non agit allatis verbis de natura generatim accepta, quam communem materiei, formæ, efficienti, & fini definierat in *a* Phyſicis, & nos in præſentia tractamus; ſed vnam naturæ ſignificationem contradiſtinctam ab alijs, quas eodem contextu prius enumerauerat, ponens naturam eſſe tum generationem, tum materiam, tum effectricem cauſſam, tum finem, tum compoſitum, vt antea probaui. Deinde vero in illis verbis non poſſum ego notare vnitatem numericam ad excluſionem ſpecificæ; quia Magiſter agens de generante aliud indiuiduum eiuſdem ſpeciei vtitur iiſdem verbis inquiens, *b Ars igitur principium in alio; natura vero principium in ipſo: homo nanque hominem generat*. LIL. Sic ſemper loquutus eſt Ariſt. vt in 2.

a 2. phyſ. t.3.

b 12 meta. t.13.

phy.

phy.84. *natura ſunt quæcunque ab aliquo in ſeipſis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem.* V L. Si locum integrum afferas, omnes agnoſcent Ariſtotelem ibi tractantem de generante contrarium decernere eius, quod ab eo vis extorquere, dicit enim, *c Et in ijs igitur, quæ a principio compoſitionibus bouigena, ſi non ad quemdam terminum ac finem poterant venire, corrupto vtique principio aliquo fiebant, vt nunc ſemine. d Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum, ſed non ſtatim animalia: & ipſa maſſa quidem mollis prius ſemen erat. Amplius & in plantis ineſt ipſum propter aliquid, minus autem diſtinctum eſt; Vtrum igitur & in plantis fiebant, vt bouigena viriprora, ſic vitigena oleoprora? an non: inconueniens enim; ſed tamen oportebat; ſiquidem & in animalibus. e Amplius oportebat & in ſeminibus fieri, vt accidit. Omnino autem deſtruit ſic dicens ea, quæ natura ſunt, & naturam: natura enim ſunt quæcunque ab aliquo in ſeipſis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem: ab vnoquoque autem non idem quibuſque, neque quiuis, ſemper tamen ad eumdem, niſi aliquid impedierit.* Vnde luce clarius eſt, Ariſtotelem loco a te citato locutum de generante ſtirpes & animalia; quæ per actum generationis mouentur ad aliquem finem, qui forma eſt ſemper eiuſdem ſpeciei, niſi aliquid impedierit adeo vt generetur monſtrum diuerſæ ſpeciei: Quare pro me contra te conſtituit hic Ariſt. Natura eſſe quæcumque ab aliquo generante principio in ſeipſis ſaltem ſecundum ſpeciem, vel genus propinquum continue mota perueniunt ad aliquem finem; vt nihilominus generans hic dicatur agere in ſeipſo, ac f alibi: proindeque tua citatio † Pleſſiaca ſit. L I L. 1.Rhet.cap.10. V L. Profecto ibi ſcribit Ariſt. *Natura fiunt, quæ cauſſam & ordinem in ſeipſis habent; nam aut ſemper, aut vt plurimum ſic eueniunt; nam quæ præter naturam fiunt, ea vtrum ſecundum quandam naturam, an alia cauſſa fiant, non oportet inquirere; quamuis etiam fortuna cauſſa horum eſſe videatur.* Quis non videt hic agi de cauſſa efficiente res naturales abſolute, adeoque de generante? ſtatuit igitur hic Ariſt. † oppoſitum tuo placito, nimirum cauſſam effectricem, ac generantem naturalia eſſe in ipſiſmet quæ ab ea fiunt ſecundum naturam; quod intelligendum eſt in ipſis ratione vnitatis ſpeciei; ad fortunæ diſcrimen, quæ cauſſa efficiens eſt in alia ſpecie ab ijs, quæ producit.

c 2. phyſ. t.82.
d tex.83.
e tex.84.
f 12.meta. t.13.
† 146.falſ. cit.
† 147.falſ. cit.

† 148. falſ. cit. ducit. LIL. 4. de cæl. 24. VL. Et ibi Magiſter † nihil
de propoſito: quomodo in eo loco vides a te prolatam ſenten-
tiam, *Natura ſunt quæcumque ab aliquo in ſeipſis principio continue
mota perueniunt ad aliquem finem?* ego certe non video ibi nomen
naturę, neq; vllam mentionem fieri de principio effectiuo, quod
generans eſt, de quo nunc mecum litigas; ſolum ibi Magiſter
agit de motu augmenti, alterationis, & lationis. de generatione
autem, de qua nunc mecum diſputas in præſentia, ne verbum qui-
dem; *Quærere vero*, inquit, *propter quid fertur ignis ſurſum, & ter-
ra deorſum, idem eſt, & propter quid ſanabile, ſi moueatur, & mute-
tur quatenus eſt ſanabile, in ſanitatem venit, ſed non in albedinem: ſi-
militer autem & omnia alia alterabilia. At vero & augmentabile,
quum mutatur quatenus augmentabile, non in ſanitatem venit, ſed in
magnitudinis exceſſum. Similiter autem & horum vnumquodque,
hoc quidem in qualitate, hoc autem in quantitate mutatur, & in loco,
leuia quidem ſurſum, grauia autem deorſum. Niſi quod hæc quidem
in ſeipſis videntur habere principium mutationis (dico quippe graue,
& leue) illa autem non ſed extrinſecus, vt ſanabile, & augmentabile:
quamuis quandoque & hæc ex ſeipſis mutentur, & paruo facto in ijs,
quæ extra ſunt, motu, alterum quidem in ſanitatem venit, alterum
vero in augmentum. Et quoniam idem eſt ſanabile, & ægritudinis
ſuſceptiuum, ſi moueatur quatenus eſt ſanabile, in ſanitatem fertur;
ſi autem quatenus ægrotabile, in ægritudinem. Magis autem his gra-
ue & leue in ſeipſis habere videntur principium, propterea quod pro-
xime ad ſubſtantiam horum materia ſit. Signum autem eſt, quod la-
tio abſolutorum eſt, & generatione vltima motuum. Quare primus
vtique erit, & ſecundum ſubſtantiam hic motus.* Neque vero in ele-
mentis, ſiue in grauibus & leuibus, in quibus hic Ariſt. ponere
videtur principium motus, ponit principium actiuum, de quo
* 8. phyſ. t.32. nunc agimus, ſed ſolum paſſiuum; qui * prius determinauerat,
*Quod nihil horum ipſum mouet ſeipſum; ſed motus habet principium,
non mouendi, neque faciendi, ſed patiendi.* LIL. In eodem 2 phy.
§ pag. 72. t.80. dicit naturam geſſe ſimilem Medico, qui medetur ſibi ipſi,
ita vt idem numero ſit qui medetur, & cui adhibetur medela.
VL. Integrum textum ſi recolamus, habebimus tuæ difficul-
tatis claram ſolutionem; ait Ariſt. *Inconueniens autem eſt non opi-
nari propter aliquid fieri, niſi videant ipſum mouens deliberaſſe: at-*

tamen

tamen etiam ars non deliberat; namque ſi eſſet in ligno nauis facienda ars, haud ſecus, atque natura, faceret: quare ſi in arte ineſt ipſum propter aliquid, & in natura ineſt: maxime autem manifeſtum eſt, quum quis medetur ipſe ſibi ipſi: huic enim ſimilis eſt natura. Quod igitur cauſſa ſit natura, atque ita vt propter aliquid, manifeſtum eſt. Quibus apertiſſimum eſt, Ariſtotelem comparare naturam cum arte in eo, quod vtraque ſit cauſſa mouens, quæ agat propter finem, ſine deliberatione; quumque duæ ſint artium claſſes; nam aliæ generant aliquam ſubſtantiam non præexiſtentem, vt ars nauium factiua; aliæ circa ſubſtantiam præexiſtentem operentur, eam alterando ſolum, non autem de nouo producendo; vtramque naturæ ſimilem facit; primam quidem ſupponendo quod ars nauis factiua ſit in ligno: *ſi eſſet*, inquit, *in ligno nauis facienda ars*, quemadmodum in homine ineſt natura generatiua hominis; *haud ſecus atque natura* hominis hominem producit, propter ſpeciei conſeruationem ſine vlla deliberatione, *faceret* ars nauem: Ars autem quum ſit forma rei faciendæ degens in mente artificis abiuncta ab omni materia; quod non ſemel Ariſ. docuit dicens primum, *h Artem autem operis eſſe rationem, omni abiunctam materia, certum eſt:* Deinde, *i Ars enim principium, formaque eius, quod efficitur eſt, ſed in alio. Motus autem naturæ in ipſo eſt, ab altera profectus natura, quæ actu obtinet formam*: quibus verbis poſtremis contra te decernit compoſitum eſſe naturam, & ipſum generans eſſe naturam operantem in ipſo ratione ſpeciei ad artis differentiam; at in altero indiuiduo. Deinceps, *k Ab arte autem fiunt, quorum forma in anima; formam autem dico ipſum quid erat eſſe vniuſcuiuſque.* & mox, *Quare quodammodo ex ſanitate ſanitatem accidit fieri, & domum ex domo, quæ ſine materia, eam, quæ habet materiam: ars enim medendi & ædificandi eſt forma ſanitatis, & domus: dico autem ſubſtantiam abſque materia quod quid erat eſſe.* Ars itaque nauis factiua, quæ procul ab omni materia eſt forma nauis, vt in mente artifici poſita conſtituit in eſſe artificem; ita ſi ponatur in ligno, eadem vi pollens, ibi materialiter degens conſtituet in eſſe nauem, quæ ſibi ſimilem nauem efficere poſſet in eadem ſpecie, producens nouum indiuiduum, non ſecus atque natura; & perinde ac homo in eadem ſpecie nouum indiuiduum generans beneficio formæ ſuæ di-

h 1. de part. cap. 1.

i 2. de gen. an. cap. 1.

k 7. meta. t. 23.

dicitur agere in ipſo, & eſſe proprie natura. Sed quia fabrilis ars in ligno non eſt, ad aliam artem accedit, quæ poteſt eſſe cauſſa efficiens in eo quod mouetur, dicens Naturam eſſe ſimilem Medico medenti ſibi ipſi: quæ ſimilitudo in duobus eſt; nam vt natura dicitur eſſe principium motus in ipſo tum ratione ſpeciei, vt quando homo hominem generat, quod ſæpe no-
l 12. meta. t. 13. taui ex *l* Ariſtotele: tum ratione indiuidui eiuſdem, vt quando homo idem numero ſeipſum mouet ambulans; quod obſer-
m I. p. q. 7c. ar. 3. ad 5. uauit etiam *m* D. Th. a quo non diſcedis: ita Medicus ipſe ſibi ipſi mederi dicitur tum quando ſeipſum eumdem numero curat; tum quando Medicum alium curat; nam participatione
n cap. de ſpec. ſpeciei vt plures homines *n* Porphyrio ſunt vnus homo, ita plures Medici ſunt vnus Medicus, adeo vt ſi Galenus Hippocratem curaret, Medicus ſeipſum curaret. Quam doctrinam
o 2. phyſ. com. ſuo 67. vel 86. aperte collaudat Simplicius hunc locum explicans ita, *o* *Vnde rurſus ſimilitudinem naturæ ad artem indicat per hoc contextus: namque ſi eſſet in ligno nauis faciendæ ars, haud ſecus atque natura faceret nauem; perinde atque ob nil aliud inter ſe diſcrepent ea, quæ fiunt natura, & ea quæ fiunt arte, niſi quod ea, quæ natura fiunt, intrinſecus fiunt, ſed quæ arte fiunt, extrinſecus: Ideo quum tranſiſſet ad aliud quoddam exemplum proximius & cognatius; maxime autem inquit, manifeſtum eſt, ſcilicet manifeſta eſt ſimilitudo artis ad naturam, quando quum quis medetur ſibi: nam per hoc videtur tanquam natura habere aliquam intrinſecus cauſſam. Sed ab ipſo dicta eſt differentia huius cum natura prius, quia in his per accidens eſt motus principium: non enim qua Medicus ſibi medetur, ſed quatenus accidit ipſum ægrotare: at in his, quæ fiunt natura, per ſe eſt cauſſa intrinſeca motus: nam quatenus natura conſiſtunt, eis ineſt principium motus. Verumtamen in his huiuſmodi maxime eſt ſimilitudo artium ad naturam, in quibus motus intrinſecus quomodocumque videtur.* Hæc afferens Simplicius textum non mutilat, ſed ait naturam eſſe ſimilem tum arti nauis faciendæ poſitæ in ligno, quæ naue in eo conſtituta nouam ſibi ſimilem in proximo ligno fabricatur; vt vis naturalis generandi hominis in patre poſita filium generat, ac proinde hominem ipſum eumdem ſpecie: tum Medico medenti ſibi eidem vel numero, vel ſpecie; ac propterea dicit non ſolum, *tanquam natura videtur habere aliquam intrinſecus cauſ-*

Digitized by Google

ſam, non ſimpliciter cauſſam intrinſecus, at aliquam intrinſecus cauſſam dixit, denotans ſat eſſe ad hoc vt natura ſit, habere rationem cauſſæ internæ vel indiuiduo, vel ſpeciei : ſed etiam clarius in fine conſtituit, dum ait, *In his huiuſmodi maxime eſt ſimilitudo artium ad naturam, in quibus motus intrinſecus quomodocumque videtur,* non verbum illud *quomodocumque* non vnam tantum indiuidui vnitatem, ſed alterutram indicat, ſiue numeri, ſiue ſpeciei; adeo vt motus internus a natura ſit, *quomodocumque* hæc agat, ſiue in eodem numero ſuppoſito, ſiue in eodem ſpecie. Quum igitur exemplum artis nauis faciendæ in ligno poſitæ naturam æmuletur operantem in eodem ſpecie, nimirum hominem generantem alterum hominem; exemplum vero Medici pariter æmuletur naturam operantem tum in eodem numero, tum etiam in eodem ſpecie, vt oſtendi; tu, Fl. incl. mutilans textum ea parte, quæ tuum dogma deſtruit, adducis eam illius partem, quæ quoquopacto tibi ſuffragari videtur, me tamen non lædit: quare vix effugere potes quin hæc tua citatio referatur ad † Pleſſiacas. LII. In 9. meta. t. 13. *natura in eodem* † 149. falſ.
fit; in eodem enim genere cum ipſa potentia; non tamen in alio, ſed in cit.
ipſo prout ipſum eſt: ſemper videmus indicare vnitatem numericam principij mouentis & eius, quod ab illo mouetur. VI.. Et hunc textum ſi ad aures Ariſtotelis explicare velimus, oppoſitum dicit eius, quod prætendis; nam ſat eſt vt natura in eodem ſpecie, ſi non numero, agat; non ne Ariſtoteli homo hominem generans alium in eadem ſpecie dicitur agere in *p* ipſo ad artis *p* 12. meta.
differentiam? non ne agit in ipſo prout ipſum eſt, nimirum t. 13.
prout homo eſt? quare textus hic non eſt coarctandus ad vnitatem numericam, quum æque ſpecificam reſpiciat; quod maxime conſtat ex verbis immediate & præcedentibus, & ſequentibus, quæ ſiles occultas; *Manifeſtum eſt quod actus prius potentia eſt: dico autem non ſolum illa potentia definita, quæ dicitur principium tranſmutatorium in alio prout aliud eſt, ſed prorſus omni motiuo & ſtatorio principio: etenim natura in eodem fit; in eodem enim genere cum ipſa potentia; principium enim motiuum; non tamen in alio, ſed in ipſo prout ipſum*. ſtatim addit hæc explicans Ariſt. loco à te citato, *Omni itaque tali prior eſt actus & ratione, & ſubſtantia; tempore vero quodam modo quidem eſt, quodam modo vero non*. &

Digitized by Google

mox explicans id ait, *Tempore autem prius ſic, quod idem ſpecie*
agit prius, numero vero non: dico autem hoc, quod eo quidem homine,
qui actu iam eſt, & frumento, & vidente prior tempore materia & ſe-
men, & viſiuum eſt, quæ potentia quidem homo, & frumentum, &
videns ſunt, actu vero nondum: ſed his alia tempore priora actu exi-
ſtentia, e quibus hæc facta fuerunt; ſemper etenim ex eo, quod poten-
tia eſt, fit actu ens ab actu exiſtente, vt homo ex homine, muſicus ex
muſico, ſemper aliquo primo mouente: mouens autem actu iam eſt. Ex
quibus apertiſſime conſtat in textu a te producto Philoſophum
† 150.falſ. ſtatuere † oppoſitum eius quod ais, nimirum *indicare ſemper vni-*
cit. *tatem numericam principij mouentis, & eius quod ab illo mouetur;*
quum e contra declarans verba ſua per te allata dicat Ariſt.
tempore autem prius ſic, quod idem ſpecie agit prius, numero vero
non: dico autem hoc, quod eo quidem homine, qui actu iam eſt, &c.
LIL. In 1.de cæl.t.5.& 6.meta.t.1.ſic loquutus eſt Ariſt. aſſi-
gnans rationem naturæ: ſed quando ſignificat vnitatem ſpeci-
ficam cum diſtinctione numerica non ſic loquitur Ariſtot.
VL. Omnia hæc falſa ſunt, incl.Fl. primum quidem, Ariſt.1.
cæl.t.5.ſic loqui, vt in 5.meta.t.5.a te citato dicens, *naturam in*
eodem fieri, non autem in alio, ſed in ipſo prout ipſum eſt: nam longe
q 1.cæl.t.5. ſecus ibi ſcribit. q *Omnia enim naturalia corpora, & magnitudines,*
ſecundum ſe mobiles ſecundum locum eſſe dicimus: naturam enim mo-
tus principium eſſe dicimus. quibus decernit naturam eſſe princi-
pium motus ipſis naturalibus; & naturalia eſſe ſecundum ſe
mobilia motu locali: ſpeciatimque tractat de principio paſſiuo
motus; & ſi de actiuo, non ponit ipſum eſſe in ipſis ſecundum
quod ipſa ſunt; ſed in ipſis ſecundum quod ipſa ſunt ponit mo-
bilitatem, ſiue τὸ eſſe mobile: ſed in 9.meta.t.13.agit de princi-
pio effectiuo motus abſolute, dicitque eſſe naturam non in alio,
† 151.falſ. ſed in ipſo prout ipſum eſt, operantem: quare falſa † citatione
cit. nunc vteris. Deinde vero falſum eſt etiam r alibi Magiſtrum
r 6.meta. ſic loqui, vt loco a te ſ citato, nam ibi t quoque longe aliter ait,
t.1. *Quum autem Naturalis etiam circa quoddam entis genus ſcientia ſit;*
ſ 9. meta. *Etenim circa talem ſubſtantiam eſt, in qua principium eſt motus, qui*
t.13.
t 6. meta. *in ea eſt*: quibus agit de principio motus abſolute, non ſpeciatim
t.1. de principio actiuo motus, vt 9. meta.13. nec idem eſt, princi-
pium motus eſſe in ſubſtantia, in qua eſt motus, & naturam in

co-

Digitized by Google

eodem fieri, non autem in alio, ſed in ipſo prout ipſum eſt: quamobrem † falſo textum adducis. Deinceps falſo ſtatuis † 151. falſ. cit.
Ariſtotelem, quando ſignificat vnitatem ſpecificam cum diſtinctione numerica, non ſic loqui vt dicat mouens agere in ipſo; nam ſupra ſæpe notauimus, eum diſcernentem artem, quæ eſt principium motiuum in alio, a natura, quæ eſt principium agens in ipſo, hæc ad verbum ſcribere, *u Deinde quod qualibet ſubſtantia ab vniuoco fit: Quæ enim natura, ſubſtantiæ ſunt, & alia: aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut caſu fiunt: ars igitur principium in alio; natura vero principium in ipſo. Homo namque hominem generat;* u 12. meta. t. 13.
quum tamen eidem Ariſt. homo generans numero diſtinctus ſit ab eo, quem generat, ſed cum eo ſit vnum ſpecie. LIL. Et ad hoc oſtendendum adduco t. 35. 2. de an. vbi loquitur de generatione indiuiduorum propter ſpeciei conſeruationem, in quibus non eſt vnitas numerica, ſed ſpecifica, & dicit, *permanet non ipſum, ſed quale ipſum, numero quidem non vnum, ſed ſpecie vnum.* VL. Hoc nil tibi fauet, nil mihi obeſt: quia videns Ariſt. notam *ipſum* poſſe ſignificare tum vnitatem ſpeciei ſolius, qua ſignificatione *x* alibi vſus fuerat; tum vnitatem etiam numericam; quum de cauſſa generante loquitur, quia nihil ſeipſum eundem numero generat; proinde *y* ſcribit, generans aſſequi per actum generationis æternitatem ſpeciei; & permanere non ipſum, ſcilicet indiuiduum ſed quale ipſum, numero quidem non vnum, ſpecie autem vnum. LIL. Ex quo ſic arguo. VL. Caue ne paralogizes potius, quam ſyllogizes, aut falſis vtaris propoſitionibus. LIL. Quando eſt vnitas ſpecifica cum diſtinctione numerica, non eſt ipſum ſimpliciter, ſed quale ipſum 2. de an. t. 35. In actione naturæ debet eſſe ipſum ſimpliciter vt ipſum, non quale ipſum 5. meta. t. 5. cum alijs locis citatis: ergo in actione naturæ non ſufficit eſſe vnitatem ſpecificam, ſed requiritur vnitas numerica, vt propterea dicamus naturalia in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habere. VL. Si maiorem ponas vniuerſalem, falſam eſſe decernit Ariſt. *z* dicens, *Ars igitur principium in alio: natura vero principium in ipſo: homo namque hominem generat.* Si vero particularem, paralogiſmum conſtituet. Falſa pariter eſt minor, in actione naturæ debere eſſe ipſum ſimpliciter, non quale ipſum; namque gene-

x 12. meta. t. 13.
y 2. de an. t. 35.
z 12. meta. t. 13.

Digitized by Google

a loc. cit. ratio eſt actio naturæ, vt nouiſſime docuit *a* Ariſt. & promiſcue
b 12.meta. 13. dicitur in ea fieri *b* ipſum, & quale *c* ipſum, prout *ipſum* ſumitur
c 2. de an. 35. vel pro vno numero, vel pro vno ſpecie. textum vero propoſitum, & alios mihi non officere, ſed tibi, late ſupra probaui.
e pag. 72. LIL. Ad *e* idem melius confirmandum accipio doctrinam Alex. 12.meta.com.7.in expoſ. t. 13. *natura*, inquit, *principium quod in eo quod fit habetur*: ſed principium quod generat aliud diſtinctum numero a generante, non eſt in eo quod fit, ſed in efficiente tantum: ergo huiuſmodi principium generans, & producens non poteſt eſſe natura, &c. VL. Tuam rationem hanc demolitur Ariſt. & Alex. ipſe, cuius dictum mutilas ea parte, quæ meam ſententiam fulcit: Ariſt. quidem aperte dicens
f 12.meta. 13. allatam ſæpe ſententiam, *Ars igitur principium in alio: natura vero principium in ipſo: homo nanque hominem generat*; quum homo generans arti comparatus natura ſupponatur, & ſit in homine ipſo, qui generatur, non ratione indiuidui, ſed ratione ſpeciei.
g 12.meta. com.7. Alex. autem hæc explicans ait conſimiliter, *g Quum autem efficienda vel arte fieri, vel natura dixiſſet; diſcrimen artis & naturæ id eſſe ait, quod ars eſt principium, quod in efficiente ineſt, non in ipſo quod efficitur, natura vero principium quod in eo quod fit, habetur (generat enim hominem homo)*. *Hæc verba cohærent cum illis*: tu vero ea
† 153. cit. falſ. † ſubtices, vt & ſuperiora; quibus Alex. ex Ariſt. ponit hoc diſcrimen inter artem effectricem artificioſorum, & naturam effectricem phyſicorum; quod ars effectrix eſt ita vniuerſa *in* efficiente, vt nullo pacto ſit in eo ipſo quod efficitur; quum ex aduerſo natura (loquitur autem de natura generante) ita ſit in efficiente indiuiduo, vt ſit etiam in eo quod fit ratione communis ſpeciei; ſiquidem homo generat hominem; at ars artem non generat, ſed artificioſum ſpecie diuerſum: non enim negat Alex. ex Ariſt. naturam eſſe in efficiente, dum ait eam eſſe in eo quod fit; vt negat artem eſſe in eo quod fit, ponens eam vniuerſam in
h pag. 73. efficiente. LIL. In *h* eadem pag. 25. aſſeritur generans conſtituere res naturales, quas producit, & ideo dici naturam. Dico conſtituere *formaliter* munus eſſe naturæ, at conſtituere *effectiue* non eſſe naturæ munus, ſed generantis: quare laboramus in æquiuoco. VL. Minime vero, quia conſtituere naturalia ſimpliciter, ſiue id fiat effectiue, ſiue formaliter, id ſemper eſt

opus

opus naturæ; quippe motus determinatur a *i* termino ad quem, *i* 5.phy.t.4
& iuſtum eſt omnia denominare a *k* fine; quum itaque natura- *k* 2.de an.
le, quod conſtituitur, ſit finis, ac terminus ad quem tendit mo- 49.
tus ille conſtitutionis, ab eo natura conſtituens denominatur; ſiue conſtituat formaliter, ſiue effectiue: ſic vt natura eſt tam materia, quam forma, quum vtraque ſit principium motus, licet illa ſit principium paſſiuum, & hæc actiuum; ita natura eſt tam efficiens, quam forma, quum vtraque conſtituat compoſitum naturale, licet illa effectiue, hæc formaliter. Immo qua ratione proprie natura eſt tum materia, quæ conſtituit corpus naturale patiendo, ſiue materialiter; quam forma, quæ conſtituit idem compoſitum naturale perficiendo, ſiue formaliter: ſumpto naturæ nomine a fine, qui eſt τὸ conſtituere naturalia: eadem plane ratione proprie natura dici debet tam cauſſa efficiens, quæ conſtituit compoſitum naturale efficiendo, ſeu effectiue; quam cauſſa formalis, quæ conſtituit naturalia perficiendo, ſeu formaliter. LIL. Et ſicut notat Simpl. 2 phy. com. 25. ſecundum Alex. *Natura proprie non eſt efficiens cauſſa, ſed formalis.* VL. Mihi quidem videtur ibi Simpl. longe ſecus aſſerere cauſſam effectricem proprie ſeparabilem eſſe & ſeiunctam ab effectu ſuo, at nihilominus eſſe naturam & vniuerſalem, & particularem; ait enim, *Quum autem ea, quæ fiunt, & corrumpuntur naturalia, proxime a corporibus circularibus & ſempiternis fiant; nam homo hominem generat & Sol; patet quod proprie efficiens non immediate proximus his, quæ fiunt & corrumpuntur, facit, ſed per media ſempiterna; & ſic nobis exorta eſt cauſſa inſtrumentalis, & quę eſt mota ab alio, & mouens alterum: & id plane videtur in artificiali actione; nam ſecuris concauſſa eſt, quia mota mouet. Talis autem & natura vniuerſalis, & particularis, vt etiam Alex. fatetur; bene ſciens quod proprie efficientem cauſſam ſeparabilem eſſe oportet ac ſeiunctam.* hic ergo Simpl. aſſerens Alexandrum fateri, ac bene ſcire quod proprie efficiens cauſſa eſt ſeparabilis ac ſeiuncta, & quod talis cauſſa efficiens eſt & natura vniuerſalis, vt Sol, & particularis, vt homo; falſo a te citatur, quaſi eius verba legi
debeant, † *Natura proprie non eſt efficiens cauſſa, ſed formalis.* quum † 154.fac.
nihil de formali tractans, dicat, *Talis autem,* nimirum efficiens, cit.
eſt *& natura vniuerſalis, & particularis, vt etiam Alex. fatetur,*

bene

bene ſciens quod proprie efficientem cauſſam ſeparabilem eſſe oportet, ac ſeiunctam: euidentiſſime ſtatuens proprie efficientem cauſſam eſſe tum naturam & vniuerſalem,& particularem; tum ſeparatam & ſeiunctam ab eo indiuiduo,quod efficit: quare propoſitionem Simplicij affirmatiuam, tu negatiuam facis, mireque peruertis, & mutilas, & adiectu extraneorum verborum corrumpis. L I L. Pendaſius egregie 2. phy.par.7. excludit a ratione naturæ efficientem cauſſam, & contrahit tantum ad formam, cuius eſt conſtituere. V L. Licet hanc celſi Magiſtri mei doctrinam de cauſſa efficiente venia tanti viri non reciplam; attamen in eo virum a te falſo citari video,tum quod ais
† 155.falſ. cit. Pend. rationem naturæ contrahere † tantum ad formam; nam eam extendit etiam ad materiam; tum quod inquis eumdem virum contrahere rationem naturæ tantum ad formam, cuius
† 156.falſ. cit. eſt † conſtituere formaliter; quia formæ vt formaliter conſtituenti negat rationem naturæ; verba clariſſima ſunt in loco a te citato, *Acutius rurſus natura rationem propriam conſideranti, nec materia, nec forma, vt tales res ſunt ſimpliciter propriam naturæ rationem, ſeu vim indicant: hocque modo ſumptæ dicendæ ſunt potius res naturales, quam natura; non quia naturam habeant, ſed quoniam ſunt inſtituta ſicut naturæ ordo, ac ratio poſtulat: proprius namque naturæ character ex Ariſtotelis ſententia poſitus eſt non in forma, vt perficit, atque vt eſſe tradit* (nota) *: nec in materia, vt eſt aptum ſuſceptaculum; ſed vt in rebus, quibus inſunt, tanquam fomites quidam ſunt motuum ac paſſionum, non paſſiue ſolum, ſed etiam actiue*, &c. L I L. D.Tho.1.p.q.51.a.1.ad 3. ait dupliciter intelligi quod aliquid viuificet *formaliter & effectiue*; & quod viuificare formaliter conuenit ſubſtantiæ, quæ eſt pars, & natura, qualis eſt forma: cum ergo generans conſtituat tantum effectiue, non ſequetur vnquam eſſe naturam. V L. In primis longe ſecus ait D.Tho. cuius verba fide relata ſunt, *Viuificare effectiue ſimpliciter perfectionis eſt; ſed viuificare formaliter eſt ſubſtantiæ, quæ eſt pars alicuius naturæ, & non habentis in ſe integram naturam ſpeciei.* non ne tibi aliud eſt *quæ eſt pars alicuius naturæ*, quod ait D.Th.
† 157.falſ. cit. &, *quæ eſt pars, &* † *natura*, quod tu falſo ais eum dicere? mihi certe aliud eſt eſſe naturam, & eſſe partem alicuius naturæ. Deinde Natura, cuius pars eſt forma viuificans formaliter, eſt ip-

ipſa ſubſtantia compoſita: iam ergo contra te, dudum *l* mihi negantem compoſitam ſubſtantiam eſſe naturam pro me nunc militat D. Th. agens tua interpretatione de natura proprie dicta quam terimus. Deinceps autem hic D. Th. naturæ nomine ſignificat eſſentiam rei, non autem principium motus, quo de agimus; ſumitque naturam metaphyſice, non phyſice; quum tamen tu *m* pridem pollicitus fueris tibi ſemper agendum eſſe in hac diſputatione de natura phyſice, non metaphyſice. Denique non ideo generans dicitur mihi natura, quia quomodocumque conſtituat, ſed quia conſtituat res naturales; vt ars dicitur non ab eo quod conſtituat abſolute, ſed ab eo quod conſtituat res artificioſas; quod Ariſt. docuit aſſerens, *n Vt enim ars dicitur quod ſecundum artem, & artificiale: ſic & natura quod ſecundum naturam dicitur, & quod naturale:* Quare quemadmodum ars dicitur quia conſtituit effectiue res naturales, & formaliter ipſum artificem, qui ſecundum artem dicitur eidem Ariſtoteli dicenti, *o vt homo ædificat, quoniam ædificator eſt; ædificator autem eſt ſecundum ædificandi artem:* ita plane Natura dici debet quia conſtituit tum effectiue, tum etiam formaliter, vel eſſentialiter res naturales. LIL. In pag. 26. dicitur quod generatio eſt conſtitutio rei, quę generatur; ego dico hanc propoſitionem non poſſe intelligi *formaliter, ſed cauſaliter,* quia generatio non conſtituit per ſe, ſed per formam, quam producit. VL. Iam tibi forma, quæ per ſe conſtituit compoſitum, erit formaliter conſtitutio compoſiti; mihi vero diſtinguenti conſtitutionis actum a principio conſtituente, generatio licet per ſe non conſtituat, eſt tamen formaliter conſtitutio. LIL. Conſtituere enim ſpectat ad principium formale intrinſecum, quod per generationem producitur. VL. Compoſitum naturale non ex ſola forma conſtituitur, ſed ex materia pariter ac forma; vt docuit *p* Ariſt. non vno in loco: quare conſtituens eſt generans, quod copulat formam cum materia; coniunctio vero formæ cum materia, proindeque generatio, eſt formaliter conſtitutio compoſiti. LIL. Generatio eſt cauſſalitas agentis producentis formam conſtitutiuam. VL. Nequaquam; ſed generatio eſt operatio, ſeu actus ſecundus, adeoque effectus generantis; quum illius cauſſalitas ſit habilitas actiua producendi. Quin etiam

tibi

l pag. 65. & ſeqq.

m pag. 22.

n 2. phy. 11

o 2. phyſ. t. 37.

p 1. phyſ. t. 65. 2. de an. t. 2.

tibi generatio non poteſt dici cauſſalitas agentis producentis formam conſtitutiuam; quia creatio rationalis animæ, ac omnino productio formæ ab agente extra materiam, generatio non
q propugn. lu.1.c.5. eſt; licet tibi forma illa ſit *q* conſtitutiua. Sed Ariſtoteli generatio eſt productio formæ in *r* materia diſpoſita; proptereaque
r 2. de an. t.24.26. vnio formæ cum materia; & conſtitutio formalis compoſiti; quum conſtitutio ſit operatio, & actus ſecundus conſtituentis, quo per ſe ac formaliter fit conſtitutum: nam generatio referri poteſt tum ad generans, cuius eſt effectus immediatus, ac operatio: tum ad materiam & formam, quarum eſt congregatio, coniunctio, & vnio; tum etiam ad compoſitum ex vtriſque, cuius eſt conſtitutio formaliter, non autem cauſſaliter. L I L.
s pag.74. Dicere ergo, generatio eſt conſtitutio, ſiue *s* generatio conſtituit, eſt idem ac dicere interpoſitio terræ eſt eclipſis, facit ſenſum cauſalem: & ad hoc lubet animaduertere t. 55. lib. 2. de gen. *Latio*, inquit Ariſt. *facit generationem inceſſanter, quia adducit, & abducit generatiuum*: ſic ego dicam generatio conſtituit, quia adducit formam conſtitutiuam. V L. In primis generatio dici quidem poteſt conſtitutio, at non conſtituere; conſtituit generans efficienter, conſtituunt, ſi placet, materia & forma, quatenus ſunt ea, ex quorum vnione res conſtituitur. Nec exemplum eclipſis in propoſito valet; quia terræ interpoſitio eſt vere cauſſa eclipſis, quia priuat Lunam ſolari lumine, in qua priuatione conſiſtit eſſentia, & forma eclipſis: at generatio immediate terminatur ad eſſe compoſiti conſtituti; nec tibi ſumere licet formam veluti quid extrinſecum generationi, & ab ea diuerſum; vt defectus luminis eſt quid diuerſum ab interpoſitione, ac illi extrinſecum; quia forma eſt intrinſecum principium generationis; & dum dicitur generatio conſtitutio rei naturalis, ſumitur generatio perfecta ex omnibus internis principijs ſuis coagmentata; quatenus eſt proceſſus materiæ a priuatione ad formam incluſiue, ſeu quatenus eſt vnio materiæ cum forma. Conſimiliter dicendum eſt de Latione cæleſti, quæ adducit, & abducit principium generatiuum; quia non ita ſe habet latio cæleſtis ad generatiuum principium, vt generatio ſubcæleſtis ad formam geniti; nam latio cæleſtis vere adducit generatiuum principium, vt ait Ariſt. loco citato; quia eſt ipſum

ſubie-

Digitized by Google

ſubiectum mobile, nempe corpus ſolis, quod latione defertur modo ad ſigna borealia, modo ad auſtralia, & ſic ad nos accedit, & a nobis recedit, ſed forma geniti non eſt ſubiectum generationis, ſed terminus; a ſubiecto vero motus vnius ad terminum mutationis alterius nulla eſt conſequentia; nec inter ea vlla proportio. Si vero forma geniti quid affert; certe illam non affert ipſa generatio, verum ipſe motor ac generans, vt edocet idem Ariſt. inquiens, t *Formam autem ſemper afferet aliquam id, quod mouet, aut hanc, aut talem, aut tantam; quæ principium, atque cauſſa motus erit, quum moueatur: vt actu homo facit ex eo, quod potentia exiſtit homo, hominem.* quare generatio non adducit formam, ſed generans. LIL. In eadem pag. 26. aſſeritur finem ideo eſſe naturam; quia eſt primum mouens & principatum obtinet cauſarum in rerum generatione promouenda. Ego hic dico, quamuis finis poſſit appellari prima cauſa, non propterea ſequi vt ſit natura; quia finis non mouet vt natura, eſt cauſſa extrinſeca, mouet quando eſt abſens, mouet metaphorice, non vere effectiue, ſicuti mouere debet cauſſa phyſica. Hanc doctrinam amplectitur ipſe Collega pag. 87. dicens, *finis non mouet agentia phyſico motu, ſed metaphorico.* & paullo poſt, *mouens efficienter ac phyſice debet eſſe actu: nam omne agens phyſice agit quatenus eſt actu præſens; at finis mouet vt abſens; quare phyſice non mouet.* Ex quibus ſic arguo, natura mouet phyſice, finis non mouet phyſice ex conceſſis, ergo finis non eſt natura, quomodolibet ſit cauſſa principatum obtinens. VL. Concedens naturam mouentem mouere phyſice; nego finem non mouere phyſice; ad probationem obſeruo finalem cauſſam ad duo referri poſſe; vnum eſt agens, quod motu metaphorico impellit de ocio ad negocium; ſub qua formalitate non eſt natura; & hoc ego ſtatui in loco a te citato: alterum eſt ipſum mobile, quod finis ipſe mediante agente mouet motu non metaphorico, ſed phyſico; & ſub hac ratione eſt natura; & hoc idem multo prius conſtitueram tum inquiens, u *Mouet autem cauſſa finalis, immediate quidem motu x metaphorico cauſſam effectricem ad operandum; mediante vero cauſſa effectrice motum phyſicum generationis promouet, vt nuper vidimus ex y Ariſtotele;* z nuper autem attuleram hæc Ariſtotelis dicta, *Quum plures cauſſas generationis* na-

t 3. phyſ. t.17.

u pag.3.
x 1.de gen. t.55.
y 1.de part. cap.1.
z pag. 2[illegible]

naturalis eſſe videamus, ſcilicet eam, cuius gratia res gignantur; atque eam, vnde mouendi principium ſit: definiendum de ijs etiam eſt, quænam prima, quæ ſecunda haberi debeat; Principatum ſane illa obtinere videtur, quam ſub hoc verbo, Cuius gratia, ſignificamus. nimirum hic Ariſt. finem conſiderat vt eſt cauſſa generationis, quæ eſt motus phyſicus, cuius etiam dicitur cauſſa ipſum generans; & in motu generationis phyſice promouendo principatum dat cauſſæ finali; non autem eam ſpectat vt eſt cauſſa motus illius metaphorici, quo impellit agens ad motum generationis edendum. tum etiam non multo poſtea dicens, *a Primus motor, qui eſt immobilis ab alio, non abſolute, ſed in eo quod primus, eſt cauſſa finalis, ac ipſum appetibile bonum, vt ait b Ariſt. nam appetibile bonum plane quieſcens, & abſque ſui motu penitus, incutit ſui deſiderium cognoſcentibus eius bonitatem, eoſque immediate mouet ac impellit & excitat ad operandum; medianteque tali agente a ſe impulſo, motoque c metaphorice, phyſice promouet motum ab efficiente productum.* Quare finis natura eſt, non qua mouet metaphorice immediate agens ad operandum, ſeu generans ad generandum; ſed qua mediante agente a ſe moto phyſice mouet mobile, medianteque generante phyſice generat. Nec obſtat quod ais, finem eſſe cauſſam extrinſecam, & mouere quando eſt abſens; tum quia licet finis ſit extrinſecus agenti, non eſt tamen extrinſecus omnino motui, quem terminat, quum in eius definitione ponatur; & ſpecificat, *d* determinatque: tum quia licet ſit actu abſens, mouet tamen non vt actu abſens, ſed vt potentia præſens: an tibi menſtruum, adeoque materia proxima in generatione hominis, etſi non ſit actu præſens in homine, qui nondum eſt, ſed potentia præſens in homine mox generando, non erit cauſſa phyſice concurrens ad edendam generationem hominis? Non ne tibi forma eſt finis generationis? at hæc, ad quam generatio via eſt, * Ariſtoteli natura eſt, ob quam & ipſa generatio natura eſt: finis ergo natura eſt. LIL. In eadem pag. 26. aſſeritur generationem eſſe motum ſecundum mentem Ariſt. & citatur ad hoc t. 6. 2. phyſ. Hoc non credo ſimpliciter & indiſtincte admittendum: etenim ſcio Ariſt. negaſſe generationem eſſe proprie motum, & voluit appellari ſolum mutationem. VL. Nunquam reperies Ariſt. negare generatio-

a pag. 15.
b 3. de an. 54.
c 1. de gen. t. 55.
d 5. phy. t. 4. 2. de an. 49.
* 2. phyſ. t. 14.

nem eſſe † proprie motum: nunquam inuenies Ariſtot. velle † 158.falſ. cit.
generationem appellari † ſolum mutationem; nam Ariſt.pro- † 159.falſ. cit.
miſcue vtitur nominibus motus, ac mutationis ad ſignifican-
dum tam generationem, quam alterationem, & alios motus:
vt mox oſtendam. LIL. Quamuis enim in 3.phy. definiens
motum in genere non diſtinxerit motum a mutatione; imo nec
etiam in 4. phyſ. vt indicat t.97. lib.4. VL. Hoc mihi ſat
eſt in propoſito; nam motus ab Ariſt. poſitus in *e* definitione *e* 2. phyſ. t.3.
Naturę, eſt motus generatim acceptus includens etiam genera-
tionem; quam tibi a motu ſpeciatim diſtinxit Ariſt. multo
f poſtea: ſed id ex te plane deduco, qui *g* ſupra profitebaris ma- *f* 5. phyſ. t.8.
teriam primam ad ſecundæ differentiam eſſe naturam: at vero
Magiſtro *h* definitur materia principium primum generationis *g* pag. 68. 69.
& corruptionis, nulla facta mentione motus alterius vllius; quin *h* 1. phyſ. t.82.
& alibi dicit, *i Eſt autem & materia maxime quidem & proprie* *i* 1.de gen. t.24.
*ſubiectum generationis, & corruptionis ſuſceptibile, modo autem ali-
quo & quod alijs tranſmutationibus*: vnde conſtat non ſolum ge-
nerationem & corruptionem eſſe proprie motum, de quo men-
tio fit in definitione naturæ; ſed etiam alios motus omnes a ge-
neratione & corruptione dici ab Ariſt. tranſmutationes. Ce-
terum quod ais Ariſt. 3.phy. definientem motum in genere non
diſtinxiſſe motum a mutatione, iam confiteris mutationem,
adeoque generationem & corruptionem eſſe ſpecies motus;
quomodo ergo nunc aſſeris te ſcire Ariſt. negare generationem
eſſe proprie motum? definiens animal in genere viuens ſenſi-
tiuum a ſeipſo mobile, non diſtinguit hominem a bruto, tibi
negabit brutum eſſe proprie animal? nonne audis Ariſt. iterum
aſſeuerantem tum *k Species ſuſcipere generum nomen, & ratio-* *k* 2. top.c. 2.loc.1.
nem: tum *l genera ſpeciebus ſuis nomina dare, & definitiones*? *l* 1. de pl. cap.1.
an non erit proprie motus, non dicetur proprie motus, cui con-
uenit nomen, & definitio motus? Deinde quomodo ſtatuis
Ariſt. voluiſſe generationem appellari ſolum mutationem? non
ne Ariſt. audis hęc aſſerentem? *m Motus autem ſpecies ſunt ſex, ge-* *m* Præd. cap. de motu.
*neratio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & ſecundum lo-
cum mutatio*. & hæc, *n Dubitauerit autem aliquis, & qualis motus* *n* 4. phyſ. t.131.
*numerus tempus ſit: An qualiſcumque: etenim generatur in tem-
pore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, &*

 ſer-

fertur. Quatenus igitur motus eſt, eatenus eſt vniuſcuiuſque motus numerus: quapropter ipſius motus ſimpliciter eſt numerus &c. vbi nomen motus promiſcue tribuit generationi, corruptioni, & alijs;
o 1. de gen t.24. qui *o* alibi nomen tranſmutationis promiſcue tribuit ſimiliter generationi, corruptioni, & alijs: quod etiam *p* poſtea præſtitit.
p 5.phy.t.7 LIL. Tamen 5.phy. t.8. apertiſſime ſuam opinionem declarat dicendo generationem non eſſe motum; & in eodem t. dicit ne-
q pag.75. que corruptionem eſſe motum: *q* & t. 10. aſſerit *ad ſubſtantiam non eſſe motum*: generatio autem eſt ad ſubſtantiam. & t. 18. enumerantur ſpecies motus nulla facta mentione de generatione. & t.55. ait, *mutatio eſt oppoſita ea, quæ eſt ex ipſo ei, quæ eſt in ipſum; motus autem non eſt, vt ea quæ eſt ex ente, ei, quæ eſt in ens*. Hic videmus deſignare Ariſt. duas mutationes, videlicet corruptionem, quæ eſt ex ente, & generationem, quæ eſt in ens; & negare
r pag. 72. & ſeqq. has mutationes eſſe motus. VL. Dudum in Mulctra *r* Dialogo de duplici calore latius hæc explicata fuere; nunc breuius: termini ſunt accipiendi ſecundum ſubiectam materiam; quum
s 5.phy.t.7. enim *s* Ariſt. diſtinxiſſet omnem tranſmutationem in duas claſſes; quarum altera continet eas, quæ fiunt tum ex non ſubiecto in ſubiectum, tum ex ſubiecto in non ſubiectum, ac omnino inter contradictoria; cuiuſmodi monet eſſe generationem. & corruptionem; altera complectitur eas, quæ fiunt ex ſubiecto in ſubiectum inter contraria, cuiuſmodi ſunt alteratio, latio, decrementum, & augmentum; acturus de his vtriſque mutationum generibus ſeorſum, illas nomine mutationis appellat; has
t tex. 8. & ſeqq. vero nomine motus: *t* negat ergo generationem, & corruptionem eſſe motum, non ſimpliciter, ſed motum, qui fit ex ſubiecto in ſubiectum, & inter poſitiue contraria; de quo motu tunc agit. Ego autem dicens generationem eſſe motum ſumo motum abſolute, ac in genere, de quo prius Ariſt. egit in definitio-
u 2. phyſ. t.3. ne *u* Naturæ. LIL. In *x* eadem pag. 26. dicitur animalia ideo eſſe naturas, quia mouent ſeipſa, & ſunt principium mo-
x pag.77. tus ſibi ipſis: dico naturam eſſe principium quo, non principium quod; id enim eſt naturale: ſic Auer. 2. phy. com. 3. *Naturalia ſunt illa, quæ habent principium, quo mouentur, & quieſcunt ex ſe, & per ſe: & natura eſt illa, qua mouentur & quieſcunt*: ideo concludit dicens, *neceſſe eſt vt natura ſit principium Quo*: &c.

VL.

V L. Principium quo mouetur aliquid eſt tum forma partis, quam nemo negat eſſe naturam; tum forma totius, quam tu quoque concedis eſſe naturam: ſed hanc formam totius dicimus eſſe ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma ſubſtantiali in ea prioritate naturæ qua præcedit omnibus accidentibus; nam quod mouetur eſt compoſitum ex tali ſubſtantia & accidentibus; non enim mouetur niſi quantum continuum in loco degens & alijs præditum accidentibus. Ceterum compoſitum eſſe principium Quo mouetur idem a ſeipſo diſertis verbis docet Ariſt. inquiens, *y Omne enim mouens & aliquid mouet, & aliquo; aut enim ſeipſo mouet ipſum mouens, aut alio; aut vt homo ſeipſo, aut baculo, & ventus deiecit aut ipſe, aut lapis, quem impulit: impoſſibile eſt autem mouere ſine eo, quod ſeipſo mouet id, quo mouet: ſed ſi ipſum ſeipſo mouet* &c. quæ namque diuiſiones mouenti competunt, eaſdem & mobili conuenire, *z* nuper docuerat Ariſ. Deinceps autem Ariſt. definiuit abſolute naturam eſſe *a* principium motus in quo eſt; cur tu vis hanc definitionem vniuerſaliter de principio prolatam coarctare ad principium quo, excluſo principio quod? an neſcis ex *b* Ariſt. definitiones diuidere in ſingula, hoc eſt diſtinctè explicare ſingula definiti attributa eſſentialia? ſi ergo natura definitur abſolute principium motus, vt principium non coarctatur ad actiuum, ſed communiter prolatum accipitur pro principio tam actiuo, quam paſſiuo; cur non ſimiliter accipiendum eſt pro principio tam quod, quam quo? non enim bona definitio eſſet quæ cum definito non conuerteretur, ſi non omne principium motus in quo eſt eſſet natura, ſed ſolum principium quo. L I L. In pag. 27. aſſeritur naturam vere ac proprie eſſe id omne, vnde proxime ac per ſe pendent omnia naturalia: *c* Hic dico hanc propoſitionem nunquam eſſe concedendam, Illud eſt natura, *a quo pendent naturalia*. V L. Nec ego eam conceſſero, aut dixero; ſed cur falſa citatione meam ſententiam *d* prius bene prolatam, nunc † mutilas illis particulis *proxime ac per ſe*? namque naturalia pendent etiam ab inſtrumentis, accidentibus nempe, quibus mediantibus a natura primaria pendent; quum accidentia per ſe non cauſſent naturalia, ſed per accidens. L I L. Et probatur euidentiſſime argumento corporis cæleſtis; quod eſt naturale

y 8. phy. 35
z 8. phyſ. t. 27.
a 2. phy. t. 3
b 1. phy. t. 5
c pag. 79.
d pag. 78.
† 160. falſ. cit.

turale Ariſt. 8.meta. t.1.& 12. & 1.cæl. t. 15. non quia dependeat a natura tanquam ab efficiente, ſed quia ſecundum ſe formaliter intrinſece habet naturam. VL. Dum ego ſtatui, Naturam id omne eſſe, a quo proxime ac per ſe pendent omnia naturalia, non intellexi a quo tanquam ab efficiente ſolum ea pendent; ſed vniuerſalem propoſitionem conſtitui dicens id omne naturam eſſe vnde proxime ac per ſe pendent omnia naturalia; quam dependentiam ſtatim diſtinxi in eam, quæ eſt &
e pag. 28. & ſeqq. ab *e* efficiente primario, a *f* fine, & a *g* forma, & a *h* materia: quare licet cælum non pendeat efficienter a natura: ſed ſit na-
f pag. 29. turale, quia carens effectrice cauſſa in Peripato conſtitutum
g pag. 30. quid ſit ab æterno ex interno principio, quod natura eſt; & ideo
h pag. 30. 31. pendeat a natura formaliter & materialiter, vt ita loquar; hoc non deſtruit dogma, quo ſanxi, id omne eſſe naturam, vnde proxime ac per ſe pendent omnia naturalia. LIL. Satis mihi ſit adducere Auerr. qui comparat naturam cum Intelligentijs, & fatetur naturam dependere ab intelligentijs in ſuis actionibus, ſed non propterea vocat Intelligentias naturas, ſed naturæ præſtantiores; ait enim 12.meta.com.18. *Secundum hoc igitur eſt intelligendum quod natura facit aliquid perfecte, & ordinate, quamuis non intelligat, quaſi eſſet rememorata ex virtutibus agentibus melioribus ea, quæ dicuntur Intelligentiæ.* Concludo itaque me negare hanc conſequentiam: naturalia dependent ab aliqua cauſſa effectiua, ergo iſta cauſa vt ſic præciſe eſt natura. VL. In primis ego aliter conſequentiam e meo dogmate formo, naturalia quæ generantur, dependent proxime ac per ſe ab aliqua cauſſa effectiua; ergo talis cauſſa eſt natura. Deinde noto locum Auerr. a te citatum, vt euerteres meum dogma, quo ſtatuo cauſſam effectricem proximam per ſe rerum naturalium eſſe naturam, oppoſitum ſtatuere eius, quod prætendis; nam Auerr. cauſſam effectricem illam rerum naturalium, quam fatetur rememorari ex Intelligentijs, appellat naturam; & apertiſſime contra te ſtatuit generans res naturales eſſe naturam; vt apparet in verbis a te citatis, & in toto com. illius loci, in quo Magiſter agit de cauſſa effectrice, comparans effectricem in arte, cum effectrice rerum naturalium ad excluſionem idearum Platonis; ait
i 12.meta. 28. enim Ariſt. ibi, *Manifeſtum itaque eſt, quod propter hæc non oportet*

ideas

Digitized by Google

ideas eſſe: homo nanque hominem generat, ſingularis aliquem: ſimiliter etiam in artibus: medendi enim ars ratio ſanitatis eſt. Deinceps ego non ſtatui naturam eſſe id, a quo dependet natura in ſuis operationibus; ſed id, vnde proxime ac per ſe dependent omnia naturalia: quare præter rem mihi opponis Intelligentias ab Auerr. non propterea dici naturas, etſi fateatur eas eſſe a quibus natura dependet in ſuis actionibus. Demum ex eo, quod Auerr. dicat Intelligentias eſſe virtutes agentes nobiliores ea natura particulari, quæ facit aliquid perfecte & ordinate, non neceſſario colligitur Intelligentias motrices, & motu ſuo k gubernantes Ariſtoteli virtutem omnem actiuam in elementari mundo, non eſſe naturas: tum quia forte non agit de Intelligentijs motricibus, ſed de alijs altioris ordinis in mundo intellectuali; nam proxime dixerat de illis hæc verba, *Et iſta menſura prouenit ab arte diuina intellectuali, quæ eſt ſimilis vni formæ vnius artis principalis, ſub qua ſunt artes plures. Secundum hoc igitur* &c. quæ tu retuliſti: de quibus intelligentijs alibi dicit, *l Et ſuper illa eſt vnus gradus ſupremus, & glorioſus, qui vocatur gradus intellectuum abſtractorum, qui vere ſunt formæ dantes perfectionem, non exiſtentes in ſubiecto: ideo quum dicitur de anima quod aſcendit, intelligitur coniunctio eius cum aliquo intellectuum abſtractorum:* quem locum latius antea declaraui: tum quia tractans Auerr. de natura generante particulari ſubcæleſti, quæ facit aliquid indiuiduum perfecte, & ordinate, dum aſſerit Intelligentias eſſe virtutes agentes nobiliores ea; non propterea negat illas eſſe naturas abſolute; ſed ſolum vult eſſe nobiliores virtutes, quam ſit natura ſubcæleſtis. LIL. In *m* pag. 28. & 29. probatur cauſam effectricem eſſe naturam, quia natura vniuerſalis prout a particulari contradiſtinguitur, eſt vere natura. VL. Quid opponis? LIL. Dico naturam vniuerſalem in cauſando, de qua hic loquimur, non proprie dici naturam, ſed cauſam naturalem vniuerſalem, ſiue connexionem & ordinem omnium cauſarum naturalium a prima cauſa dependentium, & ideo abutimur nomine naturæ debentes dicere cauſam naturalem. VL. Hæc tibi probanda ſunt, non gratis aſſumenda: falſum eſt primo, naturam vniuerſalem in cauſando non dici proprie naturam: falſum eſt etiam, naturam vniuerſalem eſſe connexionem,

k 1. meteo. ſu. 1. c. 1.

l de beat. an. cap. 1.

m pag. 23.

nem, & ordinem omnium cauſſarum naturalium a prima de-
pendentium; quum talis connexio ſit mera relatio, & talis ordo
n pag. 40. eſt accidens apud *n* te: modo natura omnis eſt ſubſtantia, nul-
la eſt accidens. At quomodo probas naturam vniuerſalem non
eſſe proprie naturam? LIL. S.Th.2.cæl.le.9. *dicitur*, inquit,
natura vniuerſalis virtus actiua in cauſa vniuerſali. VL. Talis
o 8. phyſ. 84. eſt intelligentia, & omnino primus motor in *o* cælo, quod eſt
cauſſa *p* efficiens vniuerſalis omnium ſubcæleſtium; ſed hic
12. meta. 36. D.Tho. mecum appellat eam ſimpliciter naturam; non autem
p 1. meteo. c.2. eam tecum dicit eſſe non proprie naturam. LIL. Alb. M.
1.phy.tr.1.c.6. *Natura*, inquit, *generans, & producens res eſt du-
plex, ſ. quæ eſt ſicut cauſa generationis vniuerſalis rerum, & ea quæ
eſt ſicut cauſa particularis*, & explicat naturam vniuerſalem in cæ-
lo, *quod cum partibus ſuis & imaginibus, & motibus generat vni-
uerſaliter hominem, & plantam, & cetera omnia.* VL. Addere
poteras eundem ſtatim ſubdere, *particulare autem generans eſt
ſicut hic homo. Eſt autem verum quod natura vniuerſalis mouet in
particulari; & eſt intentio particularis naturæ producere hunc: &
ideo termini generationis particularis ſunt quod hic procedit ab hoc;
& hoc patet, quia actus particularis naturæ quieſcit in hoc producto.*
q eod.cap. Et paullo antea dixerat, *q Et ideo natura in phyſicis æquiuoca eſt
ad naturam communem re quæ eſt principium intelligendi ipſam; quia
natura in phyſicis eſt illa, quæ producit rem materialem ex naturali-
bus principijs eius. Illi enim natura notius eſt id, quod operatur ex
principijs ſuis, quam communis conceptus rei, per quem non operatur
niſi per conſequens: quia quum ex hoc, quod eſt homo generatur hoc
quod eſt homo: Deus generationis eſt ſuperpoſitum particulare, & per
conſequens generatum eſt* &c. & mox, *Sed nota quod quum natura
iſta, quæ producit ex ſuis cauſſis operetur per cauſſas* &c. Quare
M. Alb. in loco a te citato contra te ſtatuit tum generans, tum
† 161. cit. falſ. etiam compoſitum, vti eſt homo pater, eſſe † naturam; nec ali-
quid habet quo colligatur eſſe naturam non proprie. LIL. Ex
quo loco ſic arguo, Principium extrinſecum applicabile pluri-
bus nullius eorum eſt natura, ſed tantum cauſa naturalis, quia
natura eſt principium intrinſecum: ſed natura vniuerſalis eſt
principium extrinſecum atque applicatum pluribus ex allata
doctrina Alb. ergo natura vocata vniuerſalis non eſt vere natu-

ra, ſed cauſſa naturalis. V L. Alb. abſolute naturam appellat tam vniuerſalem, Deum, & cælum, quam particularem hominem in phyſicis: & tu vis ex eo probari naturam vniuerſalem non eſſe vere naturam? ſed tui argumenti vim conſideremus; ais Principium extrinſecum applicabile pluribus nullius eorum eſſe naturam: In primis applicabilitas pluribus non tollit rationem naturæ; quia materia prima; quæ pluribus generabilibus applicabilis eſt, omnium illorum eſt vere ac proprie natura; Deinde principium externum non eſt natura, ſi fuerit extra genus in quo eſt principiatum; at ad hoc vt natura ſit, ſat eſt vt in eadem ſpecie, vel in eodem genere collocetur: vt dudum ex r Ar ſt. ſæpe probaui; ſic cælum quod eſt natura vniuerſalis generans omnia ſubcæleſtia ex Alb. eſt in eodem genere corporis naturalis, & ſenſibilis; vt etiam tu ſupra ex Ariſt. notaſti. quare natura vniuerſalis non ita eſt principium extrinſecum, vt vere natura dici non poſſit. Deinde natura vere ſ definitur eſſe principium motus in quo eſt vel ipſe motus, vel ipſa natura; modo natura vniuerſalis eſt principium motus in mundano corpore, in quo eſt tum ipſe motus, tum ipſa natura: quare natura vniuerſalis dicenda eſt vere natura; potiſſimum ex Alb. cui anima reſidet in ſolo corde, ac inde mouet vt natura ſingulas partes in paruo mundo; vt antea vidimus. L I L. Idem optime colligitur ex eodem Alb. 2. phy. tr. 1. cap. 5. V L. Immo vero totum † oppoſitum pro me contra te colligitur naturam vniuerſalem eſſe vere ac proprie naturam: non ne tibi vere natura eſt, cui competit definitio & propria ratio naturæ? modo M. Alb. ibi talia ſcribit, *Dicatur ergo quod natura vniuerſalis dicitur dupliciter; quarum vna eſt natura vniuerſalis determinata in eſſe generis, vel ſpeciei; ſicut animalis natura, & hominis natura dicitur eſſe vniuerſalis: alio autem modo dicitur natura vniuerſalis abſolute: & hoc adhuc dupliciter: dicitur enim* (nota) *vniuerſalis natura quæ principium motus & quietis eſt in omnibus naturalibus: & hoc eſt illud commune, quod omnia naturalia participant, & ab ipſo naturalia dicuntur:* (adeoque vere natura eſt ex t Ariſt.) *& dicitur natura vniuerſalis quæ vniuerſaliter continet, & regit omnem naturam particularem.* Quod enim continet ac regit vt natura, & quod participatur, non eſt extrinſecum ei quod continetur, regitur,

r 9. meta. t. 13.
ſ 2. phy. t. 3.
† 16. fall. cit.
t 2. phyſ. t. 11.

ac participat; nam formæ proprium eſt continere, regere, ac participari; forma vero eſt vere natura, & extrinſeca non eſt ei cuius eſt forma. LIL. Significat etiam natura vniuerſalis ordinem & connexionem cauſarum naturalium: tunc etiam patet *u* vocari improprie naturam. VL. Quid ita? LIL. Quia natura naturans non eſt proprie natura; ſed natura vniuerſalis eſt vt natura naturans, quare non eſt proprie natura. VL. Iamdudum oſtendi naturam naturantem non eſſe improprie naturam; tu vero gratis oppoſitum hic aſſumis, quod tibi probandum erat. LIL. In pag. 29. pro exemplo naturæ tam vniuerſalis, quam particularis afferuntur Sol, & Homo in generatione hominis, & præcipue pro natura vniuerſali affertur cælum: ſed quis dicat Solem eſſe naturam hominis ab illo geniti? aut patrem eſſe naturam filij? VL. Nemo: ſed inde tu colligens cælum, & patrem generantem non eſſe vere ac proprie naturam ſimpliciter, aperte * paralogizas ex particulari colligens vniuerſale attributum; ita dicere poſſes, Aquila non eſt animal aquatile, igitur non eſt animal: quis dicat hominem eſſe animal volatile? omnes tamen recte dicent hominem eſſe animal abſolute vere ac proprie. Sed & quis non recte dicat Solem eſſe naturam genitricem hominis ab illo geniti? & patrem eſſe naturam genitricem filij? CIR. Hoſpes, cogita de termino diſputationis: non ne vides iam ortam heliace Veſperuginem in occidente? non ne ſentis tacentibus cicadis inclinatam eſſe diem? omitte Liliana, quæ nituntur a te confutatis dogmatibus; ne fruſtra cogaris iam dicta repetere ab ingruente nocte litterariam hanc monomachiam dirimente certamen interrumpere. VL. Ita fiet. Perge, Flos inclea referre, quæ noua ſint. LIL. *x* In pag. 68. aſſeritur *ex cera, & figura fieri vnum per ſe ſimulacrum Apollinis*, & citatur t. 7. lib. 2. de an. VL. Nihil † de propoſito dixi in loco a te citato; ſed ſolum attuli ſententiam D. Th. circa opinionem Ariſt. de eo quod eſt Intelligentiam eſſe animam cæli. Deinde vero ego multo *y* prius illud Ariſtotelis dogma aliter attuli, quam tu me propoſuiſſe refers; † mutilans meum placitum ea parte, quæ tuam obiectionem iugulat; nam mea verba fuerunt, *Si quemadmodum in Natura ex anima & corpore fit vnum per ſe viuens; ita in Arte ex cera*

Margin notes: *u* pag. 84. — * In ſophiſ. — *x* pag. 164. — † 163. falſ. cit. — *y* pag. 65. — † 164. falſ. cit.

cera & figura fit vnum per ſe ſimulachrum Apollinis, decreto a *Ariſtotelis :* tu vero callide ſiluiſti verba illa *in Arte*. Sed quid opponis ? L I L. Dico Ariſt. adhibuiſſe hoc tanquam exemplum, in quo non quærimus *ſubiectum, ſed tantum modum*. & ſicut notat optime Theo. Zim. in exp. illius t. 7. *forma accidentalis vnita ſubiecto non facit vnum ſimpliciter, ſed ſecundum quid*. Et Card. Tol. ibid. obſeruat ex figura & cera fieri vnum accidentale, non eſſentiale, nec abſolute dicendum, ex cera, & figura fit vnum per ſe. V L. Quis abſolute hoc dixit ? ego dixi, *in arte*, non abſolute, ex cera & figura fieri vnum per ſe. Nec ſimulachrum in arte fingendi eſt vnum compoſitum ſolum per accidens ; quum ars illud intendat per ſe, & cera in arte ſit per ſe in potentia ad figuram, vt ad formam eſſentialem figurati artificioſi. Sed quos autores mihi opponis ? non ne melius Ammonium, & Philoponum philoſophari dicendum, qui vel Zimaræ teſtimonio dicit ex Ammonio, *Nam veluti fruſtra quis quærit cur cera & figura vnum ſint, quidve hæc ſociet ; quoniam figura ceræ eſt paſſio, eoque vniente non egent, quaſi glutine quodam ; ſuapte enim natura hæc iunguntur ; ſolaque ceræ aptitudo, formæque natura ſatis ad id ſuperque eſt : ita ab re quærat alius quiſpiam, quo vniantur anima & corpus : hæc enim* οἴκοθεν, *hoc eſt ex ſe propriaque natura, nempe quatenus anima perfectio eſt, corpus vero ad eam recipiendam inſtructum, conciliantur, coniunguntur que in vnam naturam compoſitam ; neque alius operam ad id poſcunt*, &c. eademque plane dicit hoc in loco Philoponus. In eamdem ſententiam ibidem ait D. Th. *Et hoc eſt, quod dicit, quod non oportet quærere ſi ex anima & corpore fit vnum, ſicut nec dubitatur circa ceram & figuram, neque omnino circa aliquam materiam & formam, cuius eſt materia : oſtenſum eſt enim 8.* a *meta. quod forma per ſe vnitur materiæ, ſicut actus eius* ; &c. eo autem loco D. Tho. & Ariſt. loquitur de vnione non ſolum formæ naturalis cum materia phyſica, ſed etiam de vnione formæ artificioſæ cum materia artis. Ceterum & quæ natura ſua iunguntur, & quæ per ſe vniuntur, conſtituunt vnum per ſe, non vnum per accidens. Immo vero artificioſa, quæ conſtant ex materia de genere ſubſtantiæ, & forma quæ ſimpliciter accidens eſt, in arte eſſe vnum ſimpliciter, non autem ſecundum quid, aperte docet Ariſt. vbi artificioſa nuncupat ſimpliciter

a 2. de an. t. 7.

a t. com. 6.

b 1.phy.62 citer entia dicens, *b Quod autem ſubſtantia* (ecce compoſitum naturale) *& quæcumque alia ſimpliciter entia* (ecce res artificioſas, de quibus c mox) *ex ſubiecto quodam fiant, conſideranti fiet vtique manifeſtum: ſemper enim eſt aliquid quod ſubijcitur, ex quo fit, quod fit; vt plantæ, & animalia ex ſemine. Fiunt autem, quæ fiunt ſimpliciter, alia quidem transfiguratione, vt ſtatua ex ære; alia vero appoſitione, vt quæ augmentantur; alia vero ſubtractione, vt ex lapide Mercurius; compoſitione autem alia, vt domus* &c. Sic igitur Ariſtoteli artificioſa prout in arte conſiderantur, fiunt ſimpliciter, & ſunt entia ſimpliciter; adeoque ex cera, & figura in arte conſtituitur ſimulachrum Apollinis, quod ita eſt vnum ſimpliciter, vt eſt ens ſimpliciter. Nec omittendum eſt te Theophili ſententiam non attuliſſe fideliter, ſed variaſſe; non enim ait eo loci, quod illi imponis, *Forma accidentalis vnita ſubiecto non facit* † *vnum ſimpliciter, ſed ſecundum quid*: verum longe aliter dicit, *ſane quum duplex ſit forma, altera ſubſtantialis, altera accidentalis, illa eſſe ſimpliciter præbet, hæc eſſe ſecundum quid*. Nec agit ille de forma artificioſa in arte, quæ ibi non eſt accidentalis, ſed eſſentialis; ſed de forma accidentali ſimpliciter, non artificioſa, de qua non artificioſa forma nuperrime dixerat, *Vt enim ab albedine efformatum album eſt, ita ab ente, & vno ens, atque per participationem, atque compoſitionem, non ſimpliciter, nec per ſe: quam enim rationem habet album ad albedinem*, &c.

c tex.63.

† 165. falſ. cit.

☐ L. Ibid. dicitur, *in arte nauigandi ex nauta, & corpore nauigij fieri vnum per ſe; ex curru, & auriga fieri vnum per ſe*. quæ reprobantur per Ariſt. doctrinam 7. meta. 49. vbi omnes dicunt *ex duobus entibus in actu non fieri vnum per ſe*. & Auerr. 7. meta. com. vlt. *non ſicut compoſita ex rebus, ex quibus non fit vnum, niſi per contactum*; vbi indicat ex rebus ſe ſolum tangentibus non fieri vnum per ſe: ſed nauta, & nauis ſunt duo in actu, & non habent niſi contactum: ergo non faciunt vnum niſi ſecundum quid, & per aggregationem. V L. Hoc tuum argumentum reprobat Ariſt. & ratio; ille quidem, qui quum definiſſet animam eſſe actum corporis naturalis *d* potentia vitam habentis, & ex his vtriſque fieri e vnum per ſe; mox ait, *f An plius autem immanifeſtum eſt, ſi ſit corporis actus anima, ſicut nauta nauis*. actus autem non eſt actus niſi eius, quod eſt in potentia; quare in arte nauigandi ex nauta

d 2. de an. t.6.

e tex. 7.

f tex. 11.

& na-

Digitized by Google

& naui non fit vnum compoſitum ex duobus entibus in actu; ſed nauis eſt in potentia ad recipiendum nautam veluti ſui actum, & nauta nauem perficit vt actus id quod eſt potentia. Ratio vero probat hoc ipſum, quia primo ſi nauta non vniretur naui vt actus ei quod eſt in potentia eſſentiali ad ipſum, ſed ſolum ex his duobus fieret compoſitum per accidens, vt aggregatum ex rebus ſolum ſe ſe tangentibus; iam perinde foret ac ſi nauigio Muſicus, vel auriga copularetur; & currui nauta: nauta ſiquidem currui copulatus facit vnum compoſitum per accidens ex rebus ſolum ſe ſe tangentibus, quarum nulla eſt in potentia ad alterum: ſed tamen ex nauta & naui fit vnum tale, ad quod per ſe ſequitur actio nauigandi; quæ non ſequitur, nec alia vlla ad aggregatum ex auriga & naui: ſimiliter ex curru & auriga fit vnum tale in arte, ad quod per ſe ſequitur actio aurigandi; quæ non ſequitur, nec alia vlla ad aggregatum ex curru & nauta: quum igitur maior & eſſentialiter vnio fiat ex naui, & nauta, quam ex naui & auriga; qui cum naui iunctus facit vnum compoſitum per accidens per ſolum contactum; quum vnio maior & eſſentialior vnione per accidens nulla ſit alia quam vnio per ſe; iam conſtituendum eſt ex nauta & naui fieri vnum per ſe in arte nauigandi, & ſimiliter ex auriga & curru fit vnum per ſe in arte aurigandi, in qua currus eſt in potentia eſſentiali ad aurigam velut ad actum ſibi proprium. Nec obeſt aut *g* Ariſ. dicens ex duabus ſubſtantijs actu non fieri vnum per ſe; quia in caſu noſtro nauis eſt in potentia ad nautam, & currus ad aurigam. Multo minus obeſt *h* Auerr. immo contra te pro † me ſtatuit in arte compoſitum artificiale non eſſe vnum per contactum, inquiens, *Quum ſit declaratum hic eſſe aliqua compoſita, ex quibus congregatur vnum in actu, non ſicut compoſita ex rebus, ex quibus non fit vnum niſi per contactum, vt aceruus congregatus ex pluribus granis, ſed ex congregato ex eis fiet aliquid additum aliud componentibus, vt ſyllaba, quæ fit ex literis: ſyllaba enim non eſt literæ, ex quibus fit, ſed eſt aliquod additum literis: & ſimiliter caro non eſt terra & ignis, ex quibus componitur, ſed eſt aliquod aliud additum. & ſignum eius, quod eſt aliquod additum elementis, eſt, quoniam iſta, quando diſſoluuntur, & corrumpuntur, tunc ſyllaba non reſoluitur in ſyllabas, neque caro in carnes, ſicut reſoluuntur res congregatæ*

g 7. meta. t. 49.
h 7. meta. com. vlt.
† 166. fall. cit.

gatæ in illa, ex quibus congregantur, i. res, in quibus per congregationem non fit aliquod additum. D. d. literæ vero, ſicut ignis & terra, i. literæ vero ita componunt ſyllabam, ſicut ignis & terra carnem. Sic igitur Auerr. vult illud eſſe compoſitum per accidens per ſolum contactum componentium, quod componitur ex rebus eiuſdem ſpeciei, quarum nulla eſt in potentia ad aliam; & quod reſoluitur in res eiuſdem ſpeciei cum ſe; vt aceruus tritici componitur ex pluribus granis, & reſoluitur in plura grana, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei tum inter ſe ſingula, tum cum toto cumulo, qui nihil aliud eſt quam triticum multum: at ait aliud eſſe compoſitum non per ſolum contactum componentium, quod eſt diuerſæ ſpeciei ac naturæ a ſingulis componentibus, & reſoluitur in componentia, quæ ſunt pariter diuerſæ ſpeciei & inter ſe, & a toto compoſito; & huiuſmodi compoſitum agnoſcit cum in arte, tum etiam in natura; in arte grammatica ſumit ſyllabam BA. cum Ariſt. dicitque BA. non eſſe idem cum litteris B. & A. nec reſolui in ſyllabas, ſed in literas, quæ ſpecie diſſident a ſyllaba, & a ſeinuicem: in natura ſumit compoſitum carnis, quod miſtum eſt ex elementis terra & igne, ac reſoluitur in terram, & ignem, quæ ſunt diuerſæ naturæ tum a carne, tum etiam inter ſe: quare oppoſitum eius decernit, quod tu ex eo colligere ſtudes, dum ſyllabam, quæ artificioſum quid eſt, aſſerit eſſe vnum compoſitum ex aggregatione literarum non per ſolum contactum; nobiſque contra te militat, aſſerentibus in arte fingendi ex cera & figura fieri vnum per ſe ſimulachrum non per ſolum contactum, quod cera & figura non ſunt eiuſdem ſpeciei adinuicem; & quod ſimulachrum non reſoluitur in ſimulachrum, ſed in ceram & figuram, quarum ſingula diuerſæ naturæ prorſus eſt a ſimulachro: idemque pro me contra te iudicium fert de innominato compoſito ex nauta & naui, ac ex curru & auriga. LIL.

i pag. 105. In *i* eadem pag. 65. citatur t. 77. 8. phy. in quo Ariſt. adducit opinionem Platonis, qui dicebat animam mouere ſeipſam, atque ita cauſare motum in corpore: dicit Exc. Dom. collaudari hanc ſententiam. Dico non ſimpliciter approbari illam opinionem. imo in 1. de an. t. 45. & ſequentibus illam impugnat. VL. In ſuo dogmate Plato duas ponit aſſertiones, altera eſt, animam mouere ſeipſam; altera eſt animam eſſe principium

cipium motiuum animalium: ego non vtramque aſſertionem dixi ab Ariſt. collaudari, vti tu mihi † falſo nunc imponis; at ſolum ſecundam, quæ vera eſt; mea verba ſunt, *k* Deinceps propriam ſententiam conſentaneam eſſe monens aliorum ſapientum decretis, ac veluti per aliorum dicta ſuam theoriam confirmans, ait Ariſt. *l* *Amplius autem & præter hos, qui animam cauſſam motus faciunt;* (quorum ſententiam *m* alibi fuſius explicat & collaudat) *ipſum enim ſeipſum mouens principium* &c. quam alteram Platonici placiti partem non aſſerui ab Ariſt. collaudari, quum & ego nouerim 1. de an. ſatis improbari; ſed ſolum collaudari dixi eam, quæ in tertio de an. explicatur.

† 167. falſ. cit.
k pag. 65.
l 8. phyſ. t 77.
m 3. de an. t 40. & ſequentib.

LIL. In *n* pag. 66. adducitur opinio D.Th. de cæli animatione ſecundum mentem Ariſt. & affertur cap. 70. 2. contr. gent. Circa hoc multa dico, primo D. Th. indicat cælum eſſe animatum ab anima, non ab intelligentia; nam intelligentiam ponit tanquam aliquod immobile, quod mouet veluti deſiderabile, & veluti finis; animam vero dicit eſſe id quod deſiderat, & mouet deſiderando illud ſuperius immobile principium. V L. D.Th. aperte ſtatuit ibi Ariſt. dicere cælum eſſe animatum illa anima, quæ eſt primum mouens explicatum in octauo Phyſicorum; illud autem mouens eſt immobilis Intelligentia: vt patet vnicuique ex his verbis D.Tho. * *Neceſſe eſt dicere ſecundum opinionem Ariſt. intellectum ſecundum ſui ſubſtantiam alicui corpori vniri vt forma: probat.n. Ariſt. in lib. 7. o & p 8. Phy. quod in motoribus & motis impoſſibile eſt procedere in infinitum: vnde concludit quod neceſſe eſt deuenire ad aliquod primum motum, quod vel moueatur ab immobili, vel moueat ſeipſum: & de his duobus accipit ſecundum, ſcilicet quod primum mobile moueat ſeipſum, ea ratione, quia quod eſt per ſe prius eſt eo, quod eſt per aliud. Deinde oſtendit quod mouens ſeipſum de neceſſitate diuiditur in duas partes; quarum vna eſt mouens, & alia mota: oportet igitur primum ſeipſum mouens componi ex duabus partibus, quarum vna eſt mouens: omne autem huiuſmodi eſt animatum: primum igitur mobile, ſ. cælum eſt animatum ſecundum opinionem Ariſt.* ſed Ariſt. in 8. phyſ. vltra hanc partem mouentem, non *q* agnoſcit aliud primum mouens; eamque ponit primum mouens immobile omnino, tam per ſe, quam per accidens; quod nihil eſt aliud quam Intelligentia; hæc igitur ex D. Th. eſt anima,

n pag. 106.
* 2. cō. gen. cap. 70.
o tex. 3. & infra.
p tex. 33. & infra.
q tex. 40. & ſeqq.

ma, qua cenſet Ariſt. cælum eſſe animatum. Quod autem ais, ex D.Th. Ariſtotelem ponere Intelligentiam mouere vt finem, tanquam immobile ac deſiderabile; animam vero dicere eſſe id quod deſiderat, & mouet deſiderando illud ſuperius immobile principium; falſo dicitur, quia non animam, ſed cælum ipſum dicit deſiderare primum mouens immobile; nec vllam mentionem facit de ſuperiori; en eius verba, *igitur id, quod ab eo moue-*
† 168. cit. falſ. *tur, ſcilicet* † *cælum, eſt deſiderans & intelligens nobiliori modo, quam nos*. Primum mouens immobile, quod cælum mouet ſub ratione finis, eſt Intelligentia non aſſiſtens cælo moto, ſed cælo ſuperiori; & ſupremo cælo Intelligentia aſſiſtens mouet vt finis inferiores orbes, ac Deus toti mundo aſſiſtens mouet vt finis etiam ſupremum orbem: Intelligentiam vero abſolute, ac omnino primum mouens immobile mouere ſimpliciter phyſice,
8.phy.73 adeoque vt formam, clare ſtatuit Ariſt. ralibi. LIL. Deinde dico S. Tho. opinari hanc animam cæli eſſe formam informantem; ideo non fauere D. meo Collegæ, qui ponit tantum aſſiſtentem intelligentiam; nam apud D. Th. in illo c. 70. eſſe formam eſt informare, & vniri ſecundum eſſe. V L. D.Tho. ibi vult Animam cælo non vniri per phantaſmata, ſed ſecundum ſuam ſubſtantiam ſicuti forma; dicit enim, *Non poterit igitur dici quod intellectus continuetur corporibus caleſtibus per phantaſmata; ſed oportebit dicere quod intellectus ſecundum ſuam ſubſtantiam vniatur corpori caleſti vt forma*; ſed vnitur vt forma, & ſecundum ſuam ſubſtantiam, non autem per phantaſmata tam aſſiſtens, quam forma informans: an tibi corpori cæleſti aſſiſtens intelligentia, & naui nauta vnitur per phantaſmata, non ſecundum ſuam ſubſtantiam vt forma? non certe Ariſtoteli, nec D.Thomæ. Sed quod ais, *apud D. Th. in eo c. 70. eſſe formam eſt informare*, id certe dicis, quod ipſe D.Th. non dicit. LIL. Vltimo dico in opinione D. Thomæ non poſſe fieri ſtabile fundamentum, quia in q. de ſpir. creat. a. 6. negat cæleſtia corpora eſſe vere animata: & tantum illis concedit vnionem motoris, & mobilis: & in 1. p. q. 70. a. 3. in f. corp. dicit, *Corpora caleſtia non eſſe animata niſi æquiuoce*: quocirca non poteſt ex illo deduci intelligentiam, aut animam eſſe formam cæli: ambigue enim de hoc loquutus eſt. V L. In primis ſi in opinione D. Tho. non

po-

poteſt fieri ſtabile fundamentum; iam tota tua doctrina nutat in hoc opere, quæ potiſſimum nititur opinioni D. Th. de eo quod eſt Intelligentiam aſſiſtentem eſſe, vel non eſſe naturam, ac animam cæli. Immo vero detractis omnibus autoritatibus ex opuſculo tuo; rediges ipſum ad molem adeo paruam, vt vix folium impleat. Deinde falſa citatione proponis primum locum D. Th. in quo negat quidem, cæleſtia corpora eſſe animata ſicut inferiora, non autem negat eſſe † vere animata: immo aperte ſtatuit Intelligentias effectiue ac phyſice motrices eſſe illorum animas; ſed alias intelligentias non motrices eſſe fines motuum cæleſtium. en verba D. Th. *Ex dictis vero Ariſt. manifeſtum quod non poſuit in corporibus caleſtibus de virtutibus anima niſi intellectiuam: Intellectus vero ſecundum ipſum nullius corporis actus eſt. Dicere autem vlterius quod corpora caleſtia hoc modo ſint animata, ſicut inferiora corpora, qua per animam vegetantur & ſenſificantur, repugnat incorruptibilitati cæleſtium corporum: ſic igitur negandum eſt cæleſtia corpora eſſe animata, eo modo quo iſta inferiora corpora animantur: non eſt tamen negandum corpora caleſtia eſſe animata, ſi per animationem nihil aliud intelligatur, quam vnio motoris ad mobile.* Sane noſtratia, plantæ, & animalia, tum vere ac realiter animata ſunt, quod eſt eſſe animatum modo tranſcendentali, verum enim tale & res inter tranſcendentia locum habent: tum animata ſunt per informationem, ſiue per animam informantem; qui eſt modus prædicamentalis: ſi loquamur de modo ſecundo prædicamentali, D. Th. recte decernit cæleſtia non eſſe animata ſicut inferiora, quæ per animam vegetantur, vt plantæ, & ſenſificantur, vt bruta; quorum anima tum vegetalis, tum ſenſualis eſt forma informans: ſi vero ſermo ſit de modo illo primo tranſcendentali, non negat D. Th. cæleſtia eſſe vere ac realiter animata, vt vere ac realiter animatæ ſunt plantæ, & animalia noſtratia; ſiquidem nouerat Ariſtotelem hoc aſſeruiſſe, dum ait agens de corporibus cæleſtibus, ſ *Sed nos de ipſis, vt corporibus ſolum, & vnitatibus, ordinem quidem habentibus, inanimatis autem omnino cogitamus: oportet autem, ac ſi participarent actione, & vita exiſtimare: ſic enim nihil id eſſe videbitur præter rationem, quod accidit.* & mox. t *Quapropter oportet putare & aſtrorum actionem eſſe talem, qualis animalium eſt, & plan-*

† 169. falſ. cit.

ſ 2. cæl. t. 61

t tex. 63.

tarum: etenim hic hominis actiones plurimæ ſunt, &c. Secundus item locus D. Th. a te mutilatus affertur ea parte, quæ meam ſententiam munit, ac tuam obiectionem diluit; tu enim ais D. Th. in 1. p. q. 70. ar. 3. in f. C. dicere, *corpora cæleſtia non eſſe animata niſi æquiuoce*, quam multo ſecus dicat, *Sic igitur patet, quod corpora cæleſtia non ſunt animata eo modo quo* † *plantæ, & animalia, ſed æquiuoce: Vnde inter ponentes ea eſſe animata, & ponentes ea inanimata, parua, vel nulla differentia inuenitur in re, ſed in voce tantum*: tu vero non in voce tantum, ſed in re maximam differentiam inueniri vis, dum mihi dicenti corpora cæleſtia eſſe vere ac realiter animata per animam aſſiſtentem, vt vere animata ſunt noſtratia per informantem, contradicis ex D. Th. illa non eſſe ſimpliciter niſi æquiuoce, ac non eſſe vere animata. Putasne numerum eſſe vere realiter ac proprie quantitatem, ſicut linea, & ſuperficies? LIL. Quid *u* ni? VL. Attamen Auerr. ait, *x Impoſſibile eſt vt numerus, & ſuperficies & linea habeant vnum genus commune omnibus, niſi æquiuoce v.g. quantitatem: manifeſtum eſt. n. quod hoc nomen quantitas dicitur de eis æquiuoce*. Sic igitur ex eo quod D. Thomæ corpora cæleſtia non ſunt animata eo modo, quo plantæ & animalia, ſed æquiuoce, colligere non potes ea non eſſe vere proprie ac realiter animata. Memineris, inclyte Flos, æquiuoci nomen non raro dici de analogis, quæ ab Auer. *a* dicuntur æquiuoca non pura; ſic exiſtimes velim D. Th. hic æquiuoci vocabulo, non purum æquiuocum, ſed analogum ſignificare: analoga vero eſſe vere ac proprie talia certiſſimum eſt; non ne tibi magnitudo eſt vere ac proprie quantitas? non ne tibi motus eſt vere ac proprie quantitas? LIL. Ita quidem docet *b* Ariſt. VL. At *c* Auerr. ait quantitatem dici de magnitudine, quam appellat menſuram, ſecundum prius, & poſterius; adeoque non vniuoce, ſed æquiuoce quomodocunque. Non ne tibi motus eſt vere de genere continuorum, proindeque diuiſibilis in infinitum, ſine infinitus ad diuiſionem? non ne hoc ipſum vere ac proprie prædicaueris de magnitudine, atque de tempore? LIL. Prorſus in doctrina vera *d* Magiſtri. VL. At in eadem *e* Ariſtotelis officina cuſum habetur hoc dogma, *Infinitum non eſt idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanquam & vna quædam natu-*

† 17o. falſ. cit.

u Præd. Quan.

x 1. meta. com. t. 46.

a 7. phy. 26

b Præd. Quan.

c 3. phyſ. com. 70.

d Præd. Quan. 3. phy. t. 1. 67. & ſeqq.

e 3. phyſ. t. 70.

ra;

Digitized by Google

ra; ſed poſterius dicitur ſecundum prius; vt motus quidem, quia prius eſt magnitudo, in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur: tempus autem propter motum. Sic non eadem eſt vita in cæleſtibus, quæ ab aſſiſtente forma animantur, & in noſtratibus, quæ ab informante; quare viuentia ſunt & animata, non vniuoce, ſed æquiuoce, vt ait D. Th. hoc eſt analogice ſecundum prius & poſterius, vt explicat Ariſt. inquiens Mundum, ſiue Cælum inter animalia viuentia principatum obtinere; noſtratia comparata ad cæleſtia eſſe animalia, & viuentia diminuta, *Quod igitur*, ſ ait, *in animalis vita principium eſt? quodnam aliud præter nobile iſtud animal, quod cælum, ſolem, ſtellas, & planetas circuit? quæ extra ſ hanc ambiguitatem ſunt, & ſunt impatibilia; nam ſenſus cognoſcentium paſſio eſt. Sciendum eſt autem quod plantæ motum ex ſe ſe non habent; ſunt enim terræ affixæ; ipſa vero terra immota eſt. Ratiocinandum itaque fuerit, vnde nam huic vita accedat, vt & ipſas faciamus ſenſum habere: neque enim rem communem aliquam habent hæc. Dicimus ergo quod animalium vitæ communis cauſſa ſenſus eſt: is diſcretionem facit inter vitam, mortemque medium. Cælum autem, quia functionem habet nobiliorem multo, digniorem que noſtra, procul ab hiſce diſſitum eſt. Eſt itaque neceſſe, vt perfectum animal, & diminutum commune aliquid habeat, & is eſt vitæ ſcopus: Proinde vbi hæc abſuerit, ab huiuſmodi nominibus quiſque recedat oportet, quia medium non eſt: ſed vita medium eſt*, &c. quæ late ſuperius explicaui. LIL. In g pag. 70. affertur hoc argumentum ad probandum Intelligentiam eſſe naturam, *mouet phyſice, & cum determinatione ad motum faciendum, ergo eſt vere natura*. VL. Remitto lectorem ad meam rationem, quæ longe vberius exprimitur. ſed perge. LIL. Mouet phyſice Intelligentia, quia facit motum naturalem cælo: conſideremus ad hoc propoſitum doctrinam Simplicij 2. phy. com. 56. in exp. t. 73. quæ *naturaliter mouent, intus mouent, illæ mouent extrinſecus; & ita primum mouens a natura diſtinguit; non enim eſt naturale principium illud, ſed naturalium*. ita declarat verba Ariſt. in t. 73. *Duplicia ſunt mouentia phyſice, quorum alterum non eſt phyſicum*. VL. Primum dogma non ſolum antea late deſtruxi, ſed quæ in eius confirmationem affers e Simplicio deſtruunt ipſum: ſi enim Simplicius tibi vult primum mouens adeoque Intelligentiam non eſſe

ſ de plan. cap. 1.

g pag. 107.

naturam, quia mouet extrinſecus; naturam vero, & quæ naturaliter mouent, intrinſecus mouere; quomodo vis e Simplicio probare Intelligentiam, ac primum mouens phyſice mouere, naturaliter mouere? Sed tamen Simplicius miris modis eo loco abs te mutilatus † oppoſitum reuera dicit eius, quod eum dicere ſcribis; nam vere conſtituit Intelligentiam, quam appellat primam cauſſam, intus mouere, vt & naturam; nomine primi motoris, quem a natura diſtinguit, non eum, quo de agimus, ſed ſignificat prius notatum agens, nimirum artem, & præelectionem; ait enim loco a te citato, *Dudum quidem fecit diuiſionem cauſſæ effectricis, dicendo quod aliæ motæ mouent, & aliæ immotæ: & nunc eandem facit, dicens, duplicia autem ſunt principia mouentia naturaliter. Et addens illud [naturaliter, phyſiceve] facit hoc ad diſtinctionem contra ea, quæ ſunt ſecundum præelectionem, & artem. Ni forſitan propter hoc rurſus eiuſdem effectricis cauſſæ diuiſionem aſſumpſit, vt determinet exacte primum mouens eorum, quæ mouent arte, & præelectione.* (ecce de quo primo mouente loquatur) *Nam primo diſtinxit hæc abinuicem, quæcunque mota mouent, & quæcunque ſunt immobilia: & aſſumpſit primam cauſſam mouentem ſine ſui motione: Nunc vero, quia ars, & præelectio exiſtens immobilis mouet motibus naturalibus; neque enim augetur, neque alteratur, neque ſecundum locum mutatur; primo diſtinguit artes, & præelectiones a natura, & prima cauſſa* (nota primam cauſſam cum natura coniungi in eo quod intus mouet, & diſtingui a primo mouente ſecundum artem & electionem, quæ mouent extrinſecus; & primæ cauſſæ nomine Deum intelligi, ac omnino intelligentiam) *eo quod hæc,* natura. ſ. & prima cauſſa, *naturaliter mouent, quod dictu idem eſt, intus mouent:* (quod eſt oppoſitum tuo dogmati dicenti Simplicium ſtatuere intelligentiam ac Deum non mouere intus, adeoque non eſſe naturam:) *& illæ*, ars nimirum, ac præelectio, *mouent extrinſecus: & ita primum mouens*, nempe ſecundum artem, ac præelectionem; *a natura diſtinguit, vel ab his, quæ mouent ſecundum naturam. Non enim per ſe natura mouet, ſed cum corpore, in quo eſt. Ab his igitur*, nimirum corporibus, in quibus eſt natura, naturam, & primam cauſſam *diſtinguit, eo quod hæc* corpora *habent in ſeipſis principium motus, illæ vero,* natura. ſ. & prima cauſſa, *non habent: non enim eſt naturale principium illud,*

† 171. cit. falſ.

illud, quod natura dicitur, & prima cauſſa, *ſed naturalium*. Tribuit ergo Simplicius hic rationem motoris interni non ſoli naturæ, quam cenſet infra animam contineri, ſed etiam primæ cauſſæ, quam putat eſſe Deum ac omnino intelligentiam ſupra omnem conditionem animæ; primique mouentis nomine, quod ad naturæ, ac primæ cauſſæ differentiam, extrinſecus mouere ſtatuit, artem ac prælectionem deſignat, non Deum, & Intelligentiam, de quibus noſtra diſputatio eſt. Sed hunc Simplicij locum *h* ſupra latius diſcuſſi. LIL. Et com. 54. eiuſdem 2. phy. *Cauſæ, quæ non mouentur, non ſunt naturales, cum ſint immobiles; ſed neque motus principium eſt vt i natura; nam ipſa mota mouet.* Hic videmus Intelligentias non eſſe naturas quia natura mouet mota, Intelligentiæ mouent non motæ. V L. Iam ſupra dixi non audiendum eſſe Simplicium in propoſito, qui naturę nomine ſignificat ſolum formas infra ſortem animarum ſitas; atque vt peccat negans animam eſſe naturam; ita nec bene ſtatuere poteſt Intelligentiam eſſe naturam. Sed qui Simplicio credis de natura philoſophanti, cur non *k* admittis ea, quæ nuperrime dixerat de generante, ac de effectrice cauſſa, cui ad hoc, vt motum efficiat intus, ait ſat eſſe vt ſit idem ſecundum ſpeciem? ſcribit enim loco a te citato, *Principium autem vnde motus & quando idem fuerit his, non ſecundum ſubiectum, neque numero erit, ſed ſpecie ſolum: nam homo generat hominem, & eſt cauſſa ipſius geniti, cui eſt idem ſecundum ſpeciem. Et prorſus inquit, quæcumque mota mouent, ideſt quæcumque quum ſint, & principium habent in ſeipſis, agunt: nam de tali efficiente cauſſa eſt ſermo; hæc igitur ſi fuerint eadem genitis, ſpecie nanque eadem ſunt. At quæcunque non mota mouent, hæc conſiderare prorſus non ſpectat ad Naturalem tractationem, ſed ad Theologum attinet; quippe quæ non habent in ſeipſis principium motus, ſiquidem non mouentur: quare non ſunt naturales cauſſæ, quum ſint immobiles: ſed neque motus principium eſt vt natura: nam ipſa mota mouent; quare neque naturalis eſt minus de his dicere.* Sed in vltimis verbis a te citatis obſeruo te Simplicij textum alteraſſe, qui *i* ſemper legis, *nam ipſa mota* † *mouet*, in numero ſingulari, quaſi hoc ipſe propoſuerit tanquam peculiare proprium que attributum eius rei tantum, quam ipſe naturam eſſe cenſet, nimirum formæ, & cauſſæ efficientis inanimatæ; quum ipſe loquens

h pag. 99. 100.

i pag. 108.

k pag. 71. & ſeqq.

i hic, & pag. 113.

† 172. falſ. cit.

quens in numero multitudinis, *nam ipſa mota mouent*, id enunciauit de formis, & cauſſis efficientibus etiam animatis infra Intelligentiam, quas ille cauſſas naturales appellat, ad Phyſicum attinentes, eo quod motæ moueant, ſicut & natura, quam

k pag. 116. ponit infra animam. L I L. In k pag. 92. affertur explicatio quædam t. 26. 2. phy. vbi legitur, *Sol, & homo generant hominem;* & nomine Solis dicitur ſignificari Deum, cuius eſt infundere animam intellectiuam: quę expoſitio nullo modo eſt admittenda, non ſolum quia inaudita fere eſt. V L. Inaudita quidem ſurdis, ſed aures audiendi habentibus audita fere tum a doctiſſimo Fernelio de rerum cauſſis abditis agente in hanc ſenten-

l lib. 1. c. 5. tiam, l *Quid igitur illa ſunt, cedo, dudum ex Ariſtotelis fontibus de-*

m 2. phyſ. 26. *riuata? m Homo generat hominem atque Sol: n Homo generat ho-*

n 12. meta. 24. *minem, præter hoc autem id quod eſt omnium primum omnia mouens.* etſi paullo aliter ac ego ea loca cenſeat explicanda: tum multo prius a Pſello hunc Ariſt. dogma declarante verbis ipſiſſimis,

o 2. phyſ. com. t. 26. o *Et quum demonſtraſſet, qualis forma ratione ſit ſeparabilis, in materia autem: & qualis ſeparabilis & ratione, & non in ſubiecta materia; infert tanquam exemplum, homo enim generat hominem: hoc forma eſt materialis: & Sol: hoc eſt forma ſeparabilis, & immaterialis:* etſi ſecus ac ego cenſeat Solem dici formam ſeparabilem, & immaterialem. Sed eſto prorſus inaudita, nunquid non admittenda? Primus omnium interpretum Ariſtotelis Theophraſtus, & Alexander Aphrodiſæus æuo ſuo promulgauit expoſitiones textuum Ariſtotelicorum hactenus inauditas omnino, non ſolum inauditas fere; iam hac ratione tibi nullo modo fuerint admittendæ; ſed tamen doctis viris paſſim admittuntur, & cum laude inuentoris. L I L. Et diſtans a communi expoſitorum ſenſu. V L. Vitio vertes hac ratione Ariſtoteli, quod multa dogmata propoſuerit diſtantia a communi vetuſtiorum Philoſophorum ſenſu: ego vero cum ſapientum choro id laudi tribuo Ariſtotelicæ. L I L. Verum etiam quia credo repugnare inſtituto & intentioni illius t. V L. Tua credulitas nihil ponit in re; probandum eſt rationibus id, quod credis. L I L. Intendit ibi probare Ariſt. phyſicum debere conſiderare formas, quæ ſunt in materia, & non quoad omnes conceptus, & formalitates, ſed tantum, quoad quaſdam, *vt ſunt naturæ,*

prin-

principium motus, terminus generationis, & quoad alia huiuſmodi: ſed conceptus metaphyſicales, qui fieri poſſunt de his formis ſunt omittendi a Phyſico, vt an iſtæ formæ ſint tota quidditas ſuorum compoſitorum, an ſint nobiliores & perfectiores ſuis compoſitis, & alia huiuſmodi. V L. Plane contra doctrinam Ariſtotelis, & verba textus eſt hæc theoria; tum quia nulla mentio hic habetur de eo quod eſt ſub qua ratione formali debeat Phyſicus agere de formis; ſed quouſque Phyſicus debeat cognoſcere formam: tum quia proponis hic ſolam ſeparabilitatem rationis, non autem rei; quarum illa dicitur abſtractio, quæ pertinet ad Mathematicum, non autem ad Metaphyſicum, qui non ratione, ſed reipſa ſeparatas formas conſiderat; vt edocuit Ariſt. paullo *p* ante, ſed multo clarius alibi loquens iuxta tuam opinionem de formis *q Ipſarum autem non ſeparabilium quidem, inquantum autem non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione, Mathematicus: ſecundum autem quod ſeparata, primus Philoſophus*. Quum igitur *r* hic Ariſt. agat de formis ſeparabilibus, quarum conſideratio pertinet ad Metaphyſicum, non ad Mathematicum; iam non de mentis abſtractione, ſed agit de reali ſeparatione: ſecus enim, quum omnium formarum in propoſito ſit eadem ratio, quantitas, & figura ſpectata ſecundum ſe ſine relatione ad materiam, in qua realiter ineſt, ad Metaphyſicum attineret; quod tamen Ariſt. ipſe negat locis allatis, eam referens ad Mathematicum. L I L. Vt probet formas a Phyſico conſiderandas eſſe in materia, facit arg. vt etiam obſeruat D.Th. 1.p.q.76.a.1.ad 1. ductum a cauſis efficientibus: Quod producitur a cauſis exiſtentibus in materia eſt materiale, & habet formam in materia; ſed res phyſicæ producuntur ab agentibus materialibus: ergo debent eſſe materiales, & formæ in materia: probatur minor propoſitio exemplo hominis, qui a phyſico conſideratur; ideo enim homo exiſtimatur eſſe aliquid materiale, & habere formam in materia, quia generatur a cauſis materialibus, ideſt ab homine, & a Sole. V L. Certe quum ad deſtruendum ſufficiat vnum, quum non ſolum ab agentibus materialibus homo producatur, ſed maxime ab immateriali Deo, a quo ſolo ſortitur animam intellectiuam, qua ſola eſt *ſ* homo: falſum eſt res phyſicas abſolute produci ab

p 2. phyſ. t.18.19.

q 1. de an. t.17.

r 2. phyſ. t.26.

ſ 2. de gen. an. cap.3.

Digitized by Google

ab agentibus materialibus: Nec hominis generatio ſumitur vt exemplum, ſed vt ratio afferens cauſam propoſiti; tum quia non dicit, *vt homo hominem generat, & Sol,* ſed cum particula cauſſali, *homo enim hominem generat, & Sol:* tum quia quum infinita proſtarent exempla ceterarum rerum naturalium, quæ a ſolis materialibus agentibus producuntur, male Magiſter vnicum hominem aſſumeret, qui non a ſolis materialibus, ſed maxime ab immateriali agente Deo producitur. LIL. Iſta expoſitio communiter approbatur ab omnibus grauiſſimis expoſitoribus: *t* Explicare itaque Solem pro Deo eſt deſtruere vim huius argumenti, quia ſi cauſatur homo a cauſa immateriali, non poteſt hinc deduci eſſe in materia. VL. Ariſtotelis conſilium eſt probare, non quidem formas phyſicas omnes eſſe in materia ſolum, quod falſo ſupponis; ſed dari formas quaſdam quæ ſunt quidem reipſa ſeparabiles, at ſunt aliquando in materia; verba Magiſtri clara ſunt, *Et circa ea, quæ ſunt, ſeparabilia quidem forma, in materia autem: homo enim hominem generat, & Sol: quomodo autem ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit, Philoſophiæ primæ eſt officium determinare.* quare vt ex eo, quod homo generat hominem, colligit hominis animam eſſe in materia; ſic ex eo, quod Sol immaterialis hominem generat, colligit hominis animam eſſe a materia ſeparabilem, & ad metaphyſicum attinere. LIL. Secundum hanc expoſitionem homo vere non generaret hominem, ſed tantum viuens, & animal, quia homo concurrit ad productionem ſolius animæ vegetalis, & ſentientis; at alibi ſæpe dicit Ariſt. hominem generare hominem omiſſo Sole, ſed *u* homo quamuis non attingat ſubſtantiam animæ intellectiuæ, quæ a Deo creatur, concurrit tamen ad vnionem huius animæ cum corpore. VL. In primis vegetalis, & ſentiens animæ noſtræ pars, quibus vna cum intellectu conſtituitur eſſentia humanæ animæ, ſic eſt homini vtraque propria, vt ſpecie differens a quauis alia cuiuſque viuentis, conceptum ſolo ab homine genitum in primo quadragenario hanc vtramque tantum habentem, ſpecie quoque differre faciat ab omni planta, & ab vniuerſo brutorum genere; quare fœtus iſte, licet careat anima rationali, tunc etiam quadantenus homo vocari poteſt; immo reipſa eſt homo incompletus; & ita homo quoque generat homi-

t pag.117.

u pag.118.

mi-

minem. Dein vbi plures cauſſæ concurrunt ad eundem effectum producendum, & potiſſimum vbi cauſſæ tales ſunt partiales; tunc effectus promiſcue dici poteſt gigni tum ab alterutra ſeorſum, tum ab vtraque ſimul; ſic

Plenam calce ratem flauas per Tybridis vndas
Dum contoimpellunt Agmus, & ipſe Peron,
Rima fatiſcentis celocis ſuſcipit amnem;
Excepta accenſus quum furit ignis aqua
Dum miſeri nautæ euitant inſtantia fata,
Vritur vnda Agmus, naufragat igne Peron.

non ne verum eſt dicere, Agmus conto ratem impellit, nulla facta mentione Peronis? ſic verum eſt dicere, materia conſtituuntur compoſita naturalia, nulla facta mentione formæ, licet conſtituantur ex materia ſimul & forma. Ita homo hominem generat, ſi non ſecundum totum, ſaltem ſecundum partem caducam; & Deus hominem generat ſecundum partem immortalem. Deinde falſum eſt, ideo hominem dici generare hominem, quia concurrit ad vnionem animæ rationalis cum corpore; nam vnio fit organizato iam fœtu poſt quadraginta dies a conceptu; quo tempore pater mortuus eſſe poteſt; & illius ſemen, poſtquam menſtruo dederit principium, quo animatum eſt, quod fit in primo conceptionis actu, *diſſoluitur*, vt ait x Ariſt. *verſumque in ſpiritus euaneſcit.* Immo quum femina neceſſario præſens, & calore ſuo diſponens materiale corpus embrij ad ſuſcipiendam animam, magis concurrat ad vnionem animæ cum corpore, quam pater; ex tuo placito mulier magis proprie generaret hominem, quam vir; quod tamen abſurdum fateri neceſſe eſt: ſed viceuerſa vir magis proprie generat hominem, quam mulier; quia mulier ex y Ariſt. fœtui conciliat ſolam animæ partem vegetalem, vir autem ſentientem; quæ propius accedit ad naturam hominis, quam vegetalis. LIL. In z pag. 107. affertur ratio probans Deum eſſe formam mundi, ex eo quod Deus eſt quodcumque bonum: concedo Deum a eſſe omne bonum, ſed nego propterea fieri, vt ſit forma mundi: imo dico, ſi eſſet forma mundi, non poſſet eſſe omne bonum, quia eſſet ens limitatum, & finitæ perfectionis. VL. Caue ne tibi contradicas; olim ſectatus es eorum opinionem, qui ex Ariſt. cenſent

x 2. de gen. an. c. 3.
y 2. de gen. an. cap. 4. circa med.
z pag. 124.
a pag. 125.

Iii Deum

b pag. 55. Deum eſſe vigoris *b* finiti, ac limitati; nunc habes hoc pro
c contrad. *c* abſurdo. Deinde vero quum Ariſt. ponat mundum infinitæ durationis, & ideo per totam ſui durationem continere infinita entia, quæ bona ſunt per participationem Diuinæ bonitatis; ille, qui ponit Deum eſſe quodcumque bonum, adeoque ſtatuit Deum in momento æternitatis modo quodam ineffabili ſuam bonitatem ſimul ex ſe communicare rebus infinitis, licet hæ talem bonitatem ratione ſuiipſarum ſuſcipiant deinceps ac ſucceſſiue, neceſſario conſtituere debet Deum eſſe bonum & ens illimitatum, & infinitæ perfectionis. L I L. In pag. 110 ſit magnus conatus ad probandum Deum eſſe animam mundi, & adducitur t. 46. 1. de an. ſed vere ille t. non probat intentum, quia eſt tantum relatiuus, & confutatiuus opinionis Platonicæ de anima mundi, quam non approbat Ariſt. &c. Quocirca dum D. Collega meus dicit, anima, quę circulari motu mouet, eſt primus motor: nego hanc propoſitionem: & dico primum motorem, qui mouet circulariter, non eſſe animam mundi, ſed motorem ſeparatum. V L. Hoc ſecundum ibi probaui autori-
d 8. phy. t. 53. & ſeqq. tate *d* Magiſtri in margine citata; quam tu diſſimulans hic ſilentio præteris. Illud primum ex Ariſt. facile probo, qui e mo-
e 1. de an. t. 19. nuit ipſe ſe veterum opiniones de anima ſic tractaturum, vt bene dicta recipiat, ſi vero quid non bene ab ijs dictum ſit, euitet: Quum autem viderit Platonem de anima vniuerſi multa enunciaſſe attributa, quod foret magnitudo, quod foret per ſe mobilis, quod foret intellectus, & quod foret mouens circulo; vt duo priora attributa confutat, ita duo poſteriora nullibi confu-
f pag. 129. tans, ea tanquam vera ſuſcipit a Magiſtro. L I L. In *f* pag. 112. affertur hæc ratio, *Continere eſt proprium ſolius formæ, & animæ: Deus continet: ergo Deus eſt forma, & anima*. Sed reſp. negando maiorem propoſitionem; nam continere conuenit etiam cauſæ efficienti ex Ariſt. 4. phy. t. 23 Deus continet omnia, ſaltem eminenter, quatenus eſt cauſa æquiuoca, vt optime S. Th. 1. p. q. 4. a. 2. & quia citatur ad hoc propoſitum t. ex 7. polit. cap. 4. lætor hunc t. probare tantum Deum continere per modum cauſæ efficientis, dicit enim *eſſe opus Diuinæ potentiæ, quæ continet hoc totum*. potentia diuina eſt actiua, ideo Deus continet tanquam cauſa effectiua æquiuoca, propterea ordinis ſupe-

rioris.

rioris. VI. In primis quum Ariſt. conſtituerit longe aliud eſſe quid eſſe in aliquo, & quid contineri ab aliquo, decernens tum g formam eſſe in materia, materiam vero viciſſim non eſſe in forma: tum ex aduerſo formam h continere materiam, materiam vero contineri a forma; ſatis hic te coarguit de falſa citatione t.23.4.phy. nam ibi ſolum refert Ariſt. modos, quibus aliquid in aliquo eſſe poteſt; at de eo quod eſt continere, vel contineri; ne † verbum quidem. Verum quidem eſt, quod in aliquo continetur, vel ab aliquo continetur, id in eo eſſe; non tamen vera eſt conuerſa, quicquid in aliquo eſt, id ab eo contineri. Deinde falſo quoque ſtatuis D. Th. aſſerere, Deum continere omnia eminenter, quatenus eſt cauſſa æquiuoca; quia eo loci ſtatuit quidem Deum eminentiori modo habere omnium perfectiones, & rerum perfectiones in Deo eſſe, ac præexiſtere: & effectum præexiſtere virtute in cauſſa agente: Deumque continere in ſe totam perfectionem eſſendi, eo quod eſt ipſum eſſe per ſe: verum quod Deus † contineat omnia, quod longe aliud eſt, non dicit ibi D. Th. Deinceps neque lætitia, quam capis ex loco Politico, meum dogma refringit, quia vt nuſquam Ariſt. munus continendi tribuit efficienti, ſed ſemper formæ; ita rationem potentiæ, ſiue facultatis actiuæ non ſolum efficienti tribuit, ſed etiam i formæ erga materiam; omneſque norunt formam eſſe principium actiuum, materiam vero paſſiuum. LII. k Ariſt. tribuit ipſum *continere* etiam loco 4.phy.14.& 30. & tamen locus non eſt forma: tribuit etiam fini tanquam rei perfectæ 2.cæl.t.2. ſed maxime hoc conuenit agenti cauſæ præcipue æquiuocæ, & ſuperioris ordinis, vt conſtat 8.phy.47.& 2. de gen.t.50. præcipue ſecundum expoſitionem Egidij. cælum enim vt cauſa æquiuoca omnium rerum ſublunarium, dicitur illas continere ſua virtute effectiua, & productiua. VI. In primis, ſi t.14. 4.phy. non † mutilaſſes, omnes ex te cognoſcerent ibi Magiſtrum probare locum eſſe formam, quia continet; ait enim, *quia in hoc loco, qui nihil plus, quam te continet: ſi igitur locus eſt quod primum continet vnumquodque corpus, terminus vtique erit; quare videbitur ſpecies, ac forma cuiuſque locus eſſe, quo terminatur magn itudo, & materia magnitudinis*. & licet locus non ſit forma informans, eſt tamen forma te m perficiens, ac omnino

Iii 2 actus

Margin notes: 1.phyſ.t.4. | g 2.de an. t.4. | h 3.phy.67. 4.phyſ.35. 4. cæl. 23. 35. | 2.de an.39. 1. de an. t. 82. & 90. | † 173 falſ. cit. | † 174 falſ. cit. | i 1.phyſ.t. 51.55.56. | k pag.130. | † 175.cit. falſ.

l 3.phyſ. t.17. actus locati; quod Ariſt. ipſe fatetur tum vbi ſcribit, *l Formam autem ſemper afferet aliquam id, quod mouet, aut hanc* (in motu generationis) *aut talem* (in motu alterationis) *aut tantam* (in motu

m Præd. Quan. augmenti, & lationis, nam locus eſt ſpecies *m* quanti) *quæ principium & cauſſa motus erit, quum moueatur*: tum clarius infra di-

n 8.phy.32 cens, *n Actus autem ipſius leuis eſt alicubi eſſe, & eſſe ſurſum*. & mox. *attamen quæritur hoc, quare ad ſuum locum mouentur leuia, & grauia: cauſſa autem eſt, quia apta natura ſunt aliquo: & hoc ineſt ipſi graui, & leui eſſe; hoc quidem ipſo ſurſum, illud autem ipſo deorſum determinatum*. Sic igitur locus ideo continet, quia forma eſt, ſeu habet rationem formæ; vt proprium munus formæ ſit τὸ continere. Sed alter locus a te citatus ex 2.cæl.t.2. ait motum circularem cæli perpetuum eſſe finem aliorum motuum, quos continet vt perfectus imperfectos; nil me lædit, quia finis nomine ſignificat ibi Ariſt. non cauſſam finalem, ſed terminum motuum aliorum; terminus autem motus eſt forma a mouente allata quomodocumque; quod indicat ibidem Ariſt. dicens motum cęli vt perfectum alios continere velut imperfectos; perfectio vero eſt proprius character formæ, cuius eſſentia tota in actu ac perfectione ſita eſt. verba Magiſtri clara ſunt, *Eſt immortale aliquid, ac diuinum eorum, quæ motum quidem habent, talem tamen habent, vt nullus ſit finis ipſius: ſed potius iſte aliorum finis ſit: nam & finis continentium eſt: & hic perfectus exiſtens, continet imperfectos, & habentes finem & quietem: ipſe quidem neque principium vllum habet, neque finem, ſed inceſſabilis eſt infinito tempore; aliorum autem, horum quidem principij cauſſa eſt, horum autem ſuſcipiens quietem*. Tu vero ſi de cauſſa finali hunc locum interpretatus, cogeris confiteri cęli motum, cuius nullum hic eſſe finem dicit Ariſt. temere fieri, ac in eo pangendo Deum naturam agere non propter finem, ac fruſtra ipſum moliri; quum tamen Ariſt. aſſerat

o 2.phy.75 & ſeqq. 1.cæl.32. Deum & naturam *o* nihil fruſtra facere; ac potiſſimum in cęlo

p 2.phy.45 *p* nihil caſu fieri. Minus lædit quod affers ex 8. phy. t.47. nam ibi Magiſter ait primum mouens immobile continere; de quo

q 8. phy. 41. & ſeqq. primo mouente paullo *q* antea dixerat eſſe partem immobilem eius, quod a ſeipſo mouetur; adeoque cæli formam: & formam etiam ſubcęleſtium: vt expreſſit Ariſt. 2. de gen. t.50. qui prorſus oppoſitum decernit eius, quod ibi fieri dicis, nimirum con-

tinere

tinere eſſe proprium formæ; dicit enim Ariſt. *Solus enim eſt, & maxime ipſius forma ignis, quia natus eſt ferri ad terminum: vnumquodque autem natum eſt ad ſuam ipſius ferri regionem: forma autem & ſpecies omnium in terminis.* Dum ergo locum hunc affers tanquam in eo decernat Ariſt. conuenire efficienti, prout a forma diſtinguitur, τὸ continere; multiplici ratione falſam cita-† 176. falſ. cit.
tionem contra me affers, tum quia Magiſter hic ne verbum quidem de ipſo continere: tum quia in termino cæleſti & in igne, in quo ſunt omnia inferiora tanquam in loco ponit rationem formæ; ac aduerſum te ſtatuit locum, quatenus eſt terminus, ad quem fertur mobile, habere rationem ſpeciei, & formæ. Quod vero demum ad Egidium appellas, quaſi comprobatorem hoc in loco placiti tui ſtatuentis Ariſt. tribuiſſe agenti cauſſæ æquiuocæ, ac ſuperioris ordinis τὸ continere, ad differentiam formæ; id mihi plane ſuffragatur; nam † oppoſitum dicit Egidius in lo-† 177. falſ. cit.
co a te citato his plane verbis. *Quia ſicut priores dicunt, ſolus ignis maxime eſt ſpeciei. i. maxime formalis; quod patet, quia innatus eſt ferri ad terminum. i. ad circumferentiam cæli; & quia vnumquodque innatum eſt ferri ad regionem ſuiipſius; quum forma & ſpecies omnium inſint in terminis i. in cælo: quia cælum maxime formale ignis, qui eſt natus ferri ad cælum, multum participabit de forma: & tunc ſuppleatur ratio, quod quia nutrimentum aggregat in ſe materiam & formam, quæ nutriuntur non ſolum conſtant ex elementis frigidis, quæ ſunt quaſi materialia, ſed etiam conſtant ex calidis, quæ ſunt quaſi formalia.* & n c x. *calor enim ignis ibi concurrit quia eſt maxime formalis.* & demum. *Notandum etiam, quod dicit ſpeciem & formam omnium eſſe in terminis; cælum enim, quod terminat ſphæram actiuorum & paſſiuorum, eſt quaſi omnis forma, in quantum virtute eius efficitur omnis forma hic in terminis generata.* Quod non eſt tecum dicere, munus continendi tribui cauſſæ efficiendi, prout a forma contradiſtinguitur; ſed cælum quatenus eſt terminus, in quo cuncta ſubcæleſtia generantur, habere rationem formæ erga noſtratia, cuius virtute efficiuntur omnes formæ noſtrates: quare pro me militat hic ſtatuente Deum, quatenus omnia continet, eſſe formam vniuerſi; nam forma erga materiam a ſe contentam habet rationem principij actiui erga paſſiuum. Nec de continentia, quam hic tractamus, Egidius

pro

Digitized by Google

pro te verbum ſerit vllum. LIL. Ita quoque Deo conuenit continere vt efficienti æquiuoco, & hoc aperte etiam dicit Ariſt. lib. de mundo cap. 7. illis verbis, *cuius ipſe vi facultatis omnia in poteſtate continet*; & loquitur ibi de Deo. VL. Loquitur ibi de Deo quem paullo antea dixerat mundi partem præcipuam, quemque mox comparaturus eſt animæ noſtrati, dicens. *Quum interim ſub vno ductore omnia moueantur, qui imperia & ipſe ſignificanda accepit ab eo, apud quem ſumma eſt imperij, eodem nos & ipſos modo cenſere conuenit de Vniuerſo. Quum enim ab vna vi impultrice cieantur omnia, fit vtique quod cuique commodum eſt, & conueniens: Nec vero ſi ea vis ipſa, nec cerni ab hominibus, nec apparere poteſt quoquopacto id obſtat, aut illi ad ea, quæ diximus agenda, aut nobis ad fidem hiſce rebus accommodandam; nam & anima ipſa, qua viuimus, qua vrbes, qua domos habitamus, quum haudquaquam ſub aſpectum noſtrum ſita ſit, operibus tamen ipſis videtur: omniſque vitæ cultus nitorque vtque ab ea inuentus eſt, & deſcriptus, ita ex ea tenorem ſuum ſeruat: terræ cultura, & conſitio, artium excogitationes, vſus legum, reipublicæ recte atque ordine conſtitutæ ratio, adminiſtrationes ciuiles, bellum extra fines patriæ, & rurſus pax in ea: proinde hæc etiam de Deo ſentienda nobis ſunt.* Si ergo non obſtat animæ noſtræ quin ſit vera forma in viuente corpore, licet in eo & extra ipſum ſit etiam efficiens cauſſa multorum operum; ita non prohibet quod Deus ſit anima cæli, & mundi, licet in eo & extra ipſum ſit omnium conditor. Præterea longe aliud eſt animam mundi, ſiue Deum omnia continere ſimpliciter, vt priori loco ex Ariſtotele conieci; & aliud eſt Deum vi ſuæ facultatis omnia in poteſtate continere; quod hic loco a te producto ſan-
73.phy.67 xit Ariſt. nam forma materiam continet; vt ſæpe dixit Ariſt. at
4.phy.35. forma non continet ſuæ vi facultatis in poteſtate materiam,
4. cæl. 23. quia materiam efficere non poteſt; nam formæ proprium eſt ſe-
35. 2.de an.82 ipſa materiam continere ſimpliciter; at efficientis eſt conti-
90. nere ſuos effectus in poteſtate vi facultatis ſuæ: quæ duo genera
2.de an.30. continendi non conueniunt in vniuoca ratione, ſed æquiuoca ſunt: meum igitur dogma ſtatuens quod continet abſolute ſingula eſſe mundi formam & animam, non læditur ab eo dogmate Magiſtri, quo Deus vt opifex rerum dicitur omnia vi ſuæ facultatis in poteſtate continere; nam & anima corpus ſibi ſubie-

ctum

ctum ſimpliciter ipſa continet; & vi facultatis ſuæ continet alia ratione in poteſtate illa omnia, quorum ipſamet eſt cauſſa efficiens: etenim *f* Ariſtoteli anima viuentis corporis cauſſa eſt *f* 2. de an.
ſecundum tres modos determinatos, forma, finis, & efficiens; t.36.37.
vt forma, continet abſolute corpus materiale ſibi ſubſtratum; vt efficiens, continet vi ſuæ facultatis in poteſtate omnia, quæcumque producere poteſt, ſiue in corpore, ſiue extra corpus: quare locus a te productus ex lib. de mundo nihil facit ad inſtitutum mei argumenti, nec ipſum labefactat, aut attingit vlla ex parte. LIL. Ibid. argumentum deducitur, ideo Deum eſſe animam mundi, *quia eſt in omnibus, & omnia in ipſo*: & *t* ad *t* pag.131.
hoc adducitur 7. Eudem. c.18. *quemadmodum in vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo* &c. ratio hæc laborat in æquiuoco, nam Deus eſt in omnibus, non tanquam *forma*, ſed tanquam *efficiens*. VL. Inprimis contradicis ijs, quæ *u* ſupra dixiſti, Deum ex *u* pag. 79.
Ariſt. non eſſe rerum omnium cauſſam effectricem, potiſſimum cælorum, & mundi, quos ipſe cenſuit ab æterno fuiſſe, ac nunquam factos; dum hic * ais Deum ex Ariſt. eſſe in omnibus tan- * 2. côtrad.
quam efficiens. Deinde dum ponis hic Deum, & effectricem cauſſam eſſe in ſuis effectibus, * contradicis ijs etiam, quæ *x* ſu- * 3. côtrad.
pra profeſſus es, aſſerens Deum, & effectricem cauſſam ideo non *x* pag. 8. &
eſſe naturam, quia natura eſt cauſſa motus in quo eſt; Deus au- ſeqq.
tem, & cauſſa efficiens non eſt intrinſecum principium, ſed extrinſecum. Deinceps Ariſt. hic Deum animæ comparat ſub duplici habitudine, dum ait, *y Perinde eſt ac ſi principium motus in* *y* 7. eud. 18.
anima, quid ſit, inquiratur: patet autem ſic eſſe, quemadmodum in vniuerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo; mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine. Nam vt anima eſt in corpore tanquam forma in materia; & motus quicumque ab anima in corpore fit eſt in poteſtate facultatis effectricis, qua pollet anima, vt in efficiente; & ipſum corpus eſt in anima vt quod continetur in continente: ſic Deus eſt in vniuerſo vt forma & anima mundi, non quidem informans, vt ſæpe dixi, ſed aſſiſtens, in materia: & viciſſim cuncta in illo; ſed corpora vt materia contenta in forma continente; motus vero corporum, vt operatio in poteſtate actiui principij; quem modum geminum indicat aſſerens omnia moueri ab inexiſtente in nobis numine: Deus igi-

tur

tur hic Ariſt. habet rationem efficientis cauſſæ non relatus ad mundum, nec ad omnia corpora mundana, vt ais, ſed ad motus omnes, quicunque in mundo fiant; nam relatus ad mundum habet rationem formæ: ſic anima in mundo paruo eſt forma corporis, & cauſſa efficiens motuum quibus cietur corpus. LIL. Adducitur ibid. vltima ratio, *Deus eſt cauſa quietis & immutabilitatis in toto mundo: ergo eſt eius forma*. Reſpondeo mundi quietem pendere a Deo vt a cauſa extrinſeca; non vt a natura: quies enim aliquando eſt effectus naturæ, aliquando cauſæ, quæ non eſt natura; quocirca Auer. 2. cæl. com. 80 dicit *cauſam quietis terræ eſſe grauitatem*. VL. Vt meam rationem miris

† 178. falſ. cit. modis miſere † mutilas; nam ego nunquam vſus fui verbo immutabilitatis; & non de quiete ſimpliciter, quæ poteſt eſſe non a natura, ſed a cauſſa penitus extrinſeca, verum argumentum texui de quiete naturali contractum hunc in modum, *Quies corporis naturalis prouenit ab ea ſolummodo cauſſa, quæ forma eſt corpo-*

a 2. phyſ. t. 2. 3. *ris quieſcentis, & vere* a *natura: Mundus totus, qui eſt corpus naturale, ſecundum ſe totum ſemper naturaliter quieſcit; & hanc ſui*

a 8. phyſ. t. 52. *quietem ſibi habet ab immobilitate Dei, vt primum mouens eſt*, a *Ariſ. de Ælore: igitur Deus eſt vere proprieque Natura*. Sic ſi dogmati Commentatoris reſtitues verba callide ſublata, quæ tuum placitum iugulant, meum theorema confirmant, liberaberis a crimine Pleſſiaco; credisne differentiam terræ eſſe terræ formam, & naturam? LIL. Certe. VL. Modo dicit Auer. in loco a te citato, *Cauſſa enim in quiete terræ non eſt niſi eius differentia, ſ. grauitas ſimpliciter*. cur † abſtuliſti e ſententia Auerr. verba illa,

† 179. falſ. cit. *non niſi eius differentia?* quia mihi proficua, tibi moleſta cognouiſti: ſed non ita diſputant, qui ad veritatem philoſophantur. Auerroem vero cenſuiſſe grauitatem eſſe formam ſubſtantialem terræ, & ideo ſtatuiſſe grauitatem eſſe cauſſam quietis naturalis in terra, quia putauit, & ſuppoſuit eſſe formam ſubſtantialem terræ, ac vere & proprie naturam, apertiſſime conſtat ex pluribus eius locis, ac præcipue vbi videtur locum a te propoſi-

b paraph. 2 de cæl. ſu. 4 cap. 6. tum explicare dicens, b *Cauſſa igitur motus terræ ad medium, & eius in eo quietis per naturam, eſt forma eius naturalis, videlicet grauitas: quemadmodum cauſſa motus ignis ſurſum, & eius quietis in concauo orbis nil aliud eſt, quam ſubſtantialis eius forma, qua quidem*

eſt

Digitized by Google

eſt ipſa ſua leuitas. In eandem ſententiam alibi ſcribit, *c Ex hoc* c paraph.3.
itaque ſermone reuincitur elementorum differentias non eſſe ratione de cęl.ſu.8.
figuræ, nec hæc ipſa figuram ſibi prorſus vendicare propriam: ſed illo- cap.3. in f.
rum differentiæ ex proprijs quidem ſunt paſſionibus, vti humiditas, &
ſiccitas, caliditas, & frigiditas; & per eorum actiones, ſicut calefa-
ctio, combuſtio, infrigidatio, humectatio; & per eſſentiales eorum po-
tentias, vti ſunt grauitas, & leuitas. Et alio in loco dicit, *d Dicamus* d paraph.2
igitur quod corporum generabilium & corruptibilium duæ ſunt ſpe- de gė. init.
cies, corpora ſimplicia, & compoſita; & vnumquodque iſtorum com-
ponitur ex materia, & forma, vt alibi dictum eſt: corpora vero ſimpli-
cia, materia propinqua eorum eſt materia prima; forma autem eorum
ſunt prima oppoſita, quæ ſunt in eis, ſ. graue, & leue, calidum, frigidum,
humidum, & ſiccum. Et alio in e loco, *Manifeſtabitur cauſſa quie-* e 2. cæl.
tis terræ in medio: quoniam, quum declaratum fuerit per ſignum quod com.102.
terra naturaliter quieſcit in medio, determinatum erit quod cauſſa
quietis eius in medio eſt ſua natura, ſ. ſua forma, non aliud extrinſe-
cum. Et infra, *f Quia ſicut diximus, remanſit ei in hoc libro dicere* f 4. cæl.
de formis quatuor corporum ſimplicium; & fuit manifeſtum quod for- com.1.
mæ eorum ſunt grauitas, & leuitas; ſed latet quas naturas habent;
incæpit dicere quod ſua intentio in hoc tractatu eſt perſcrutari de hoc
quod latet de formis horum elementorum, & eſt cognoſcere quid eſt
grauitas, & leuitas; quum ipſas eſſe formas horum corporum ſit ma-
nifeſtum per ſe. Et adhuc inferius, *g Grauitas enim in lapide eſt* g 4. cæl.
motor, ſecundum quod eſt forma tantum; & ipſa eſt mota, in quan- com.22.
tum eſt in prima materia: & cauſſa in hoc eſt, quia prima materia
non eſt ens in actu, lapis autem componitur ex grauitate, & prima ma-
teria; & e conuerſo eſt in animalibus, quæ componuntur ex corpore, &
anima, &c. Nec omittendum eſt, quod alibi ſcribit Auerr.
h Graue, & leue ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, &c. Vt nihil h 2. de an.
notius ſit apud Auerroem, quam grauitatem eſſe formam ſub- com. 108.
ſtantialem terræ, atque naturam: Sic igitur Auerr. oppoſitum
ſtatuit eius, quod ipſum decernere prætendis, dum ais ex eo
cauſſam quietis terræ non eſſe naturam, ſed grauitatem, callide
ſubticens, grauitatem hoc præſtare quatenus eſt terræ differen-
tia, vt inquit Auerroes; quum ipſe ſtatuat in loco a te citato
cauſſam quietis terræ nil aliud eſſe, quam eius differentiam,
eamque ſubdat eſſe grauitatem; quam alibi paſſim decernit eſ-

ſe formam ſubſtantialem, potentiam eſſentialem, & proprie naturam; ideo namque ſtatuit Auer. grauitatem eſſe cauſſam quietis naturalis in terra, quia putauit grauitatem eſſe formam ſubſtantialem terræ, & vere proprieque naturam in terra; vt apertiſſime conſtat ex locis allatis. L I L. Et in 4. phy.com. 43. aſſignat pro cauſa quietis *ſimilitudinem loci continentis*. V L. Aufer intruſam importune in textum Auerrois particulam † *loci*, quæ reddit dogma falſum; & adde ſequentia verba, quæ Commentatoris ſententiam integrant, & oſtendunt ipſum in propoſito pro me contra te ſententiam dicere; vel ſaltem meum dogma de quiete vniuerſi non tangere; ſcribit enim ipſiſſima verba, *Quieſcens enim quieſcit propter ſimilitudinem continentis, & mouetur propter priuationem ſimilitudinis inter ipſum, & continens*. Quæ ſententia vera non eſt abſolute, ſi continentis nomine locus intelligatur, & de mundi totius quiete tractare dicatur; quia mundus totus, ac ſuprema ſphæra non eſt in loco ſecundum totum, a quo contineatur, & cui dici valeat ſimilis, aut diſſimilis: at ſi continentis nomine formam cæli, Deum nimirum, ac Intelligentiam ſignificet Auerr. verum erit eius effatum; quia Deus mundum *b* continet Ariſtoteli; cui quum Deus, & Intelligentia quæuis ſit primum mouens immobile; iam corpus naturale mundi, cælive quieſcit propter ſimilitudinem continentis, quia eius quietis cauſſa eſt primus motor immobilis, vt forma ipſum continens: mouetur autem propter priuationem ſimilitudinis inter ipſum & continens, quia motus circularis cauſſa eſt natura penitus immobilis. Immo ſi volueris continentis nomine locum ſignificari, & hoc in loco de ſubcæleſtibus elementis agi, vt vere agitur ab Auerr. hoc nil tibi proderit; tum quia locus proprius continet vt forma & natura, potiſſimum grauia & læuia; nam Ariſtotele *c* Magiſtro *actus leuis, & eſſe leuis*, adeoque forma, & natura leuis *eſt eſſe alicubi, & eſſe ſurſum*: idemque de graui dicitur, vt non ita pridem oſtendi: tum quia nunc agimus de cauſſa quietis cæli, quod extra ſe non habet vllum locum continentem; non autem de cauſſa quietis elementorum ſubcæleſtium; quare locus Auerrois eſt extra propoſitum noſtræ diſputationis: Auerroem vero hæc afferre de elementis noſtratibus, conſtat ex eius verbis immediate ſequen-

† 180. cit. falſ.

b de mund. c. 7.

c 8. phy. 32

quentibus, quæ ſunt, *Et hoc erit, quando mouetur in continente: & ideo cauſſa motus eius eſt extra natura, & eſt rem motam eſſe extra ſuum vbi naturale*; (quæ eſt cauſſa ſine qua non, de qua non loquimur in præſentia) *& hæc eſt diſpoſitio corporum ſimplicium, quæ mouentur motu locali, ſ. quatuor elementorum. Quod autem mouetur non in continente, ſed circa quieſcens aliquod tantum, eſt illud, cuius motus non eſt per accidens extrinſecus a natura: & hæc eſt diſpoſitio corporis rotundi: & hoc, quod accidit quibuſdam corporibus cæleſtibus, ſ. quia ſunt in loco, quia continentur ab alijs, eſt per accidens; ſecundum hoc igitur eſt intelligendus iſte locus, vt mihi videtur.* Si ergo hic agitur de cauſſa quietis elementorum, quæ refertur in locum continentem, tum fruſtra proponitur contra meam theſem de quietis cæleſtium & mundi cauſſa, quibus non eſt vllus locus continens: tum male dicitur non eſſe a forma mobilis, quia vbi naturale, ſeu locus proprius eſt forma corporis grauis, & leuis, vt ait vel Auer. 4. cæl. com. 22. ex Ariſt. dicens, *Et quum declarauit, quod natura locorum eſt cauſſa diuerſitatis iſtorum motuum, in quantum ſunt fines, & ſimiles; incæpit declarare ea loca, ſ. eſſe fines ſecundum perfectionem, & formam: & hoc proprium eſt eis inter omnia mobilia in loco. Et d. & quum ita ſit, & ſuperius, & inferius ſunt entia, &c. i. & quum iſta loca exiſtant, & mota in eis ſint graue & leue, ſ. in principio generationis, & motus eſt illud, quod eſt in graui, & leui in potentia, vt eſt declaratum in 8. phy. t. 32. manifeſtum eſt quod illud, quod mouetur ad ſuum locum, non mouetur niſi ſecundum quod aliquod mouetur ad ſuam formam: quod igitur mouetur ad formam eſt illud, quod eſt in potentia forma. Hæc autem elementa, &c.* Si vero in loco a te citato tractatur de cauſſa quietis naturalis abſolute, aut ſpeciatim de cauſſa quietis vniuerſi, de qua nunc diſputamus, male addis contextui particulam *loci*; quum ex Auerroe cæli non habeant locum continentem, in quo moueantur, vel nullum, vel per ſe. Quare vt quietis violentæ cauſſa non eſt natura; ſic naturalis quietis, de qua loquimur, cauſſa nil niſi natura, & forma eſſe poteſt. LII. Loquendo de motu circulari, ratio, quare maneat ſemper in eodem loco id, quod mouetur circulariter, aſſignari poteſt ſecundum Ariſt. 2. cæl. t. 17. *quia ſemper circumuoluitur circa aliquod immobile*, quod habet rationem centri; permanente enim centro id, quod mouetur

circa centrum ſemper manere debet in eodem loco. VL. Et hæc citatio † Pleſſiaca prorſus eſt, quia nec illa verba leguntur in textu Magiſtri; nec manſionem, ſeu quietem medij retulit Ariſt. ibi vel ... cauſſam cur maneat ſemper in eodem loco id, quod circulariter mouetur; verba textus ea ſunt, *Ob hoc habet circulare corpus, quod natura circulariter mouetur ſemper. Cur igitur non totum cæli corpus tale eſt? quia neceſſe eſt manere aliquid corporis lati circulo, id inquam, quod in medio exiſtit: illius autem nullam poſſibile eſt manere partem, neque omnino, neque in medio: etenim motus ipſius ſecundum naturam eſſet ad medium: natura autem circulariter mouetur.* in quibus nec Argus ipſe viderit illa verba, quæ vario charactere tanquam Ariſtotelica proponis, *quia ſemper circumuoluitur circa aliquod immobile*. Sed Ariſt. hic inquirit cauſſam, non ob quam vniuerſum ſecundum ſe totum ſemper maneat omnino quieſcens, de qua re nunc mihi litem indixiſti; nec ob quam, vt ais, maneat ſemper in eodem loco id, quod mouetur circulariter; ſed ob quam totum mundi corpus quoad ſingulas ſui partes non tale ſit vt ſemper circulariter moueatur; quum enim totum & materialiter ſumi valeat pro omnibus partibus ſimul acceptis, & formaliter pro integra natura partes omnes in ſe complectente; mihi totum mundum formaliter acceptum quieſcere ſemper dicenti; talemque naturalem quietem totius in mundi formam, quæ natura ſit, referenti non refragatur Ariſt. aſſerens totum cælum materialiter acceptum pro aggregatione omnium corporum ſimplicium tale non eſſe vt ſemper circulo moueatur, eo quod neceſſe ſit corporis lati circulo ſecundum plurimas partes aliquid eſſe quod ſine circulatione maneat in medio: nam de duabus rebus diuerſis poſſumus abſque repugnantia diuerſas enunciare ſententias. *LIL.* Sed conſiderando cauſſam extrinſecam, videlicet primum mouens, optime aſſignatur ratio, quare mundus ſemper maneat in eodem loco, & eſt, quia vt dicit ille t.52.8.phy. ſemper coniungitur motori immobili: ſi ergo mobile & mouens debent eſſe ſimul 7.phy.ſu.3. per tot. ſi manet mouens debet etiam permanere ipſum mobile. In ſumma cauſa iſtius permanentiæ vniuerſi, in t.52. aſſignatur extrinſeca. VL. In primis coniunctio plurium, quæ ſimul eſſe poſſunt, alia eſt per eorum contiguitatem,

† 181. falſ. cit.

tem, alia per continuitatem adinuicem; quarum hæc eſt longe maior eſſentialior ac intimior vnio, quam ſit illa; immo continuorum eſt vnio intrinſeca non extrinſeca: tu ergo dicens priori loco Magiſtrum coniungere ſimpliciter mundum immobili motori, textum corrumpis, in quo Magiſter ait Primum motorem eſſe † continuum mundo, non autem coniunctum vt cauſſa extrinſeca; ſed vt quid in eodem, ad modum *d* Naturæ. Quare cit. dicit Ariſt. *ſi neceſſe eſt quidem continue eſſe motum, eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundum accidens, ſi futurum eſt (vt diximus) in iis, quæ ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam, & immortalis motus; & manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem: principio enim manente neceſſe & omne manere, continuum exiſtens ad principium.* non dicit, vt vis *coniunctum*, aut *ſimul*, ſed *continuum*. Immo vero falſum eſt, quod ais, ſi manet mouens, debere etiam manere ipſum mobile; quia primum mouens manet ſemper immobile, & mouet non totum, ſed partes; & ab eo mobile eſt non totum, ſed mouentur partes; quarum nulla manet vnquam quieſcitve, ſed ſingulæ ſemper irrequieto motu mouentur. LIL. *e* Nobis inſpiciendus eſt Ariſt. qui in 5. meta. t. 5. dicebat *metaphorice omnem ſubſtantiam poſſe dici naturam*: atque ita etiam ſubſtantia Dei natura poterit appellari. VL. Et hanc autoritatem mihi mutilas parte neceſſaria, ſcribit enim Ariſt. ibi, *Metaphorice vero omnino omnis ſubſtantia natura propter hanc dicitur*; nimirum propter formam: cur † abſtuliſti *propter hanc*? nam hinc apparet Deum ſub ratione primi motoris eſſe proprie naturam, quod patet integrum locum expendenti, quo talia profert Ariſt. *Et forma, & ſubſtantia: hæc autem eſt generationis finis. Metaphorice vero omnino omnis ſubſtantia natura propter hanc dicitur, quoniam & natura eſt aliqua ſubſtantia. Ex dictis itaque prima, & quæ proprie dicitur natura, eſt ſubſtantia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habent: materia enim, eo quod huius eſt ſuſceptiua, dicitur natura: generationes autem, ac ipſum naſci, eo quod ab hac motus ſunt. Principium quoque motus eorum, quæ natura ſunt, hæc eſt, inexiſtens quodammodo, aut potentia, aut actu.* Quum itaque Deus *f* inexiſtat actu in mundo, & cælo, quod eſt corpus naturale; ſitque principium motus eorum omnium, quæ natura ſunt, & *g* primum principium motus abſolute; ſitque id, non ſolum

† 182. falſ. cit.
d 8. phy. t. 3. & 12. meta. t. 2.
e pag. 135.
† 183. falſ. cit.
f 8. phy. 84. & 7. eud. c. 18.
g 8. ph. t. 3.

ad

h 2.phy.14 ad quod generatio via eſt, vt *h* alibi notatur, ſed a quo genera-
i 2.de an.34 tiones ſunt, ac ipſum naſci; ſit item ſubſtantia, & mundi *i* for-
35. ma; quæ ſingula late ſuperius; iam ex hoc t. a te citato colli-
i 12.meta. gitur, Deum eſſe naturam non metaphorice, ſed proprijſſime.
t.49. Verum enim vero diſputationi concedens Deum eſſe naturam eiuſmodi, quæ in eo loco metaphorice dicitur, an ideo tibi dicetur natura non proprie in diſputatione, quam non metaphy-
k pag.22. ſice, ſed *k* phyſice inſtituiſti? LIL. Quid ni? VL. Materia ergo non tibi fuerit proprie natura, quæ propter formam natura dicitur, eo quod huius eſt ſuſceptiua: quum tamen
l 2.phy.5. materia contineatur in *l* definitione naturæ proprie dictæ. Contradices etiam Ariſtoteli hoc loco dicenti, primam, & quæ proprie dicitur, naturam eſſe, non quidem formam, quæ eſt principium motus, ſed compoſitam ipſam ſubſtantiam eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt motus principium habent. Nam hoc loco naturæ nomen Ariſt. citra metaphoram tribuit ſoli formæ; cæteras omnes ſubſtantias dicit eſſe metaphorice naturas propter formam; quas ſubſtantias ad tres claſſes redigit ad compoſitum in ea prioritate originis, qua præcedit omnia ſua accidentia, ad materiam, & ad generationem ſubſtantialem; inter quas prima dignitate, ac proprie natura dicitur ſubſtantia compoſita, quia actu in ſeipſa formam habet, quæ eſt principium motus: ſecunda dignitate, ſed tamen etiam proprie materia dicitur, quæ non actu, ſed tantum poteſtate formam habet, cuius eſt ſuſceptiua; tertia dignitate, ac minus proprie dicta natura eſt ipſa generatio, quæ non eſt principium motus, vt forma, vel materia, ſed eſt motus naturalis a forma generantis proueniens, quæ natura eſt: ex quo loco liquet tum materiam, quæ metaphorice natura dicitur, eſſe proprie naturam: tum compoſitam ſubſtantiam, quæ habet in ſe principium motus,
m pag.76. eſſe proprie naturam, quod *m* olim negabas: tum principium
& ſeqq. effectiuum generationis abſolute in genere formæ eſſe naturam proprie; a quo non minus generatio hic habet vt natura dicatur; quam a forma, ad quam velut ad terminum eſt via; quod
n 2. phyſ. *n* alibi docuit Ariſt. LIL. In *o* pag. 128. adducitur t.48. li. 8.
24. phy. vbi primus motor immobilis refertur inter ea, quæ natura
o pag.136. ſunt, dicente Ariſt. *in ijs, quæ natura ſunt, oportet finitum, & id quod*
me-

Digitized by Google

melius eſt, ſi contingit, eſſe magis. Reſp. hunc t. non probare Deum pertinere ad ordinem naturalium tanquam naturam, ſed tanquam principium extrinſecum, & naturæ autorem, & caput. VL. Iam ſi fuerit extra ea, quæ natura ſunt, in ijs non erit; faber extra gladium, quem efficit, eſt, tanquam eius principium extrinſecum; in eo non eſt: at ibi dicit Ariſt. primum mouens eſſe in ijs, quæ natura ſunt. Recipio quidem Deum eſſe caput, & autorem eorum quæ natura ſunt, atque ſi placet ipſius naturæ; ſed non admitto caput eſſe extra ea, in quibus eſt, & quorum caput & autor eſt. SIB. Ita plane primus homo in humana ſpecie fuit humani generis autor & caput, nec extra hominum numerum ideo collocari debet. LIL. p Picolomineus in dicto t.48. exponit illa verba, *in ijs quæ natura ſunt*, ſic dicens, *ait, natura ſunt, nomine naturæ denotans, non formam materialem, vel materiam, ſed ſeriem cauſarum ex Deo pendentium, & conſtituentium vniuerſum; cuius caput eſt Deus; adeo vt etiam includatur Deus, tanquam caput, & princeps*. Colligitur ex his verbis Deum pertinere ad ea, quæ natura ſunt, non tanquam *naturam*, ſed tanquam *naturæ caput*. VL. Ego vero colligo ex his Deum ita eſſe caput naturæ, vt ſit proprie natura: nam dicens naturæ nomine denotari, non formam materiatam, vel materiam, ſed ſeriem cauſſarum ex Deo pendentium, & conſtituentium vniuerſum; quum in hac ſerie præter formas materiales nil aliud eſſe valeat quam formæ immateriales; iam aperte conſtituit contra te naturæ nomine ſignificari quoque formas immateriales, quæ ſunt Intelligentiæ: Quin aſſerens in hac ſerie cauſſarum, quæ nomine naturæ donantur, includi etiam Deum, tanquam caput ac principem; apertiſſime tibi reclamat excludenti Deum ab iſta cauſſarum ſerie, quam appellat nomine naturæ. Immo quis non videt cauſſas non materiatas ex Deo pendentes, & mundum conſtituentes nil aliud eſſe, quam immateriales intelligentias? animæ namque ab Alexandro cælis informantes attributæ ſunt materiatæ cæleſti materia; & a Picolomineo q alibi reprobatæ, ponente in cælo ſolam compoſitionem ex orbe, & Intelligentia. Quare locus a te productus contra te pro me decernit Naturæ nomine ſignificari ab Ariſt. & a Picolomineo tum Intelligentias omnes ex Deo pendentes, tum ipſum-

p pag. 137.

q de cæl. cap. 17. & ſeq.

ſummet Deum, qui in ſerie cauſſarum omnium includitur tanquam caput, & princeps: Non ne tibi Dux miles eſt, qui caput & princeps militum ſalutatur? cur a cauſſis, quæ naturæ dicuntur, Deum excludere vis Picolomineum, qui viceuerſa diſertis verbis in earum ſerie ipſum includit? L I L. Placeat hic afferre t. 3. lib. 6. meta. qui oſtendit manifeſte nomine eorum, quæ natura ſunt, non intelligi motorem immobilem; contradiſtinguit ibi Ariſt. ſubſtantiam immobilem a ſubſtantijs, quæ natura conſiſtunt; Deus eſt ſubſtantia immobilis, vt fatentur omnes ex 8. phy. t. 52. ergo Deus non eſt de numero eorum, quæ natura conſiſtunt; & ideo in 8. phyſ. citato 48. Deus non erit formaliter de ijs, quæ natura ſunt, ſed eorum immobile principium, & ad ſummum naturalis cauſa eorum, quæ natura ſunt. V L. In cl. Fl. aliud eſt natura, & natura conſiſtens, in quo eſt ipſa natura tanquam pars eſſentialis, & principium motus: ego nunquam dixi Deum eſſe de numero eorum, quæ natura ſunt, ſeu quæ natura conſiſtunt; ſed ſtatui Deum eſſe naturam, & in ijs, quæ natura ſunt; certo ſciens naturam eſſe in rebus naturalibus, tanquam eorum principium eſſentiale. Nec Ariſt. (quod
† 184. falſ. cit. tu illi falſo imponis) 8. phy. t. 48. agit de † ijs, quæ natura ſunt, ſed agit de principijs, quæ ſunt *in ijs, quæ natura ſunt*. Quod ais Deum eſſe naturalem cauſſam eorum, quæ natura ſunt; id olim oſtendi reprobatum ab Ariſt. cui primum mouens immobile
r 2. phyſ. t. 73. r non eſt phyſicum, adeoque non agens naturale, licet phyſice moueat. L I L. Vide Albert. 6. meta. tr. 1. cap. 2. in f. V L.
† 185. falſ. cit. Vidi totum illud caput, nedum eius finem; nec † inuenire potui Albertum ibi quidquam dicere de propoſito, ſit ne Deus natu-
ſ pag. 138. ra, nec ne. L I L. In ſ pag. 129. & 130. affertur ratio ad probandum Deum pertinere ad ea, quæ natura ſunt, tanquam naturam, quia non poteſt *eſſe ſupra naturam, non infra naturam, ergo erit natura.* V L. Non affers integram meam rationem, ſed abſyrtum dilaniatæ: ratio, quantumuis contracta, ſic integra fuit. Primus motor, qua motor eſt, trifariam ad naturam referri
t 2. phy. 73. poteſt, vel vt ſit ſupra naturam, vel vt ſit natura, vel vt ſit infra
u 12. meta. 38. naturam: ſed non eſt infra naturam; quia non eſt t phyſicum
x 8. phyſ. t. 48. quid, & eſt id a quo natura u dependet: nec eſt ſupra naturam, quia ponit ipſum Ariſt. x in ijs, quæ natura ſunt; ergo Primus
mo-

motor eſt natura. Quid opponis? LIL. Hoc argumentum ſoluunt autoritates & doctrinæ eorum quos citaui ſec. 1. cap. 9. vbi pluribus oſtendi Deum & Intelligentias a noſtris Philoſophis appellari ſupra naturam. VL. Illas omnes autoritates, & rationes pridem diſcuſſi; & nunc affero pluris eſſe vnam Ariſt. autoritatem hic euidenter ponentis primum motorem immobilem in ijs, quæ natura ſunt, non autem ſupra naturam. LIL. Concludam hanc ſecundam ſectionem cum argumento, quod totum ex Simpl. ſumo, & probo Deum non eſſe naturam. VL. Simplicium ſcio non ſolum nolle Deum eſſe naturam, ſed etiam negare quamlibet animam eſſe naturam; quare duc rationem ex reipſa ſuppreſſo nomine Simplicij. LIL. Omnis natura eſt in aliquo mobili naturali eſſentialiter intrinſece, tanquam in ſubiecto: ita Simpl. 2. ph. com. 4. Deus non eſt in vllo mobili naturali eſſentialiter intrinſece tanquam in ſubiecto: ergo Deus non eſt natura. Minor probatur, quia ſi eſſet in vllo naturali mobili, profecto eſſet in cælo, & in hoc Vniuerſo, quia hæc mouentur a Deo; ſed non eſt in cælo, non eſt in Vniuerſo eſſentialiter, & intrinſece: ita Simpl. 8. phy. com. 107. cuius verba affero, *Si ergo impartibile mouens eſt omnino ſeparatum a corporibus idem per ſe perfectum; ſecretum a toto corpore mundano, recte dicendum erit idem vbique eſſe, & nuſquam collocari*. Obſeruentur illa verba *ſecretum a toto corpore mundano*, natura non eſt ſecreta, ſed intima corpori. Paulo infra in eodem com. habet hæc alia verba, *Quod ſi ſolum ſine habitudine, & ſeorſum adeſt vniuerſo, &c.* Ecce quomodo Deus adeſt mundo, ſeorſum, & ſine habitudine ad ipſum; ſed natura ad naturale ſemper habet intrinſecam habitudinem, quam appellare ſolemus tranſcendentalem relationem; etenim natura eſt rei naturalis eſſentia, vt ait Simpl. 2. phy. com. 4. & 8. VL. Nego primo naturam eſſe rei naturalis eſſentiam abſolute, quia natura eſt rei naturalis tum eſſentia, quæ dicitur forma totius; tum etiam eſſentiæ pars; & hæc tum forma, tum materia; vt conſtat ex y Ariſt. Falſoque tribuis Simplicio, quod aſſerat 2. phyſ. com. † 4. & 8. naturam eſſe rei naturalis eſſentiam; quia de hoc ibi nec verbum quidem; id ſolum ait com. 8. Concedens dein omnem naturam eſſe in aliquo mobili naturali eſſentialiter in- y 2. phyſ. t. 4. 5. meta. t. 5 † 186. cit. falſ.

LII trin-

trinſece, tanquam in ſubiecto, ſi nomine ſubiecti compoſitum naturale ſignificetur: at ſubiecti vocabulo ſi denotes materiam, quæ pars eſt altera compoſiti, falſum dogma profers; tum quia materia prima ſubiectum eſt, in quo forma degit; & tamen ipſa materia non eſt mobile naturale: tum quia non omnis natura eſt in materia; quum materia ſit natura, & non ſit in materia. LIL. Sed ego ſubiecti nomine compoſitum intelligo. VL. Verum quidem dogma profers, at falſo Simplicium citas 2. phy. com. 4. eius theorematis autorem, nam ibi ſubiecti nomi-

† 187 falſ. cit. ne ſemper materiam denotat, † nunquam compoſitum; ait enim, *concludendum omne corpus naturale eſſe ſubſtantiam compoſitam, quæ habet aliquod ſubiectum, in quo eſt natura; ſiquidem natura principium & cauſſa eſt eius in quo eſt per ſe. Quum igitur ſubſtantia compoſita habeat aliquid in ſubiecto, ſcilicet naturam ipſam; ideo vt conſequens inducit, quum ſit compoſitum naturale, nonnullos dixiſſe naturam eſſe ſubiectum, ex quo inexiſtente fiunt quæcunque producuntur, & nonnullos formam.* & mox, *Vel quum dicit [Atque hæc omnia ſubſtantia ſunt] intelligendum eſt quod habens naturam, ideſt ſubiectum, ſubſtantia eſt, & natura ſubſtantia etiam eſt, & multo magis & ſane ſubſtantia ipſum compoſitum ex vtriſque: nam compoſitum vtrumque in ſe habet, quoniam eſt aliquod ſubiectum, atque id quod eſt in ſubiecto. Vel quum dicit [hæc omnia ſunt ſubſtantia] id eſt ſubiectum, & id quod eſt in ſubiecto; quod oſtendit per medium, quod eſt natura, dicens, quod natura eſt aliquod ſubiectum, & ſemper in ſubiecto: ſi ergo natura eſt ſubſtantia, & ſubiectum eſt natura, ac id, quod eſt in ſubiecto eſt natura, id eſt materia & forma: ſint ergo omnia hæc ſubſtantia. Vnde hac ratione videtur huic ſententiæ condonare & conſentire id, quod paullo poſt inquiritur, ſcilicet num materia & ſubiectum ſit natura, vel forma & id quod eſt in ſubiecto. Sed melior eſt prior expoſitio etiam propter ea, quæ deinceps inducuntur; & quod ſubiectum, & id quod in ſubiecto eſt, quum duo ſint, non omnia appellaſſet Ariſt.* &c. Ex quibus luce meridiana clarius apparet, hoc loco Simplicium ſubiecti nomine materiam ſignificare, non autem compoſitum ex materia & forma. Si ergo in hac ratione, quam totam duc s ex vno Simpl. ſubiecti nomine compoſitam ſubſtantiam intelligis, falſo citas Simplicium primi dogmatis autorem, quo dicitur, omnis natura eſt

in

in aliquo mobili naturali eſſentialiter intrinſece, tanquam in
ſubiecto; ſi vero per ſubiectum intelligis materiam, falſo dicis
eſſe ſubiectum naturale mobile; nam tale ſolum compoſitum
eſt. Deinceps autem falſum eſt Deum non eſſe in vllo mobili
naturali eſſentialiter intrinſece, tanquam in ſubiecto; nam etſi
Deus non ſit in ſubiecto inhæſionis, eſt tamen in ſubiecto con-
ſtitutionis; quatenus ex Deo, & mundi corpore, ſiue ex Deo &
orbe cæli ſupremo, vt pleriſque placet, velut ex partibus conſti-
tuitur vnum corpus naturale a *z* ſeipſo mobile; quod olim vidi- *z* 8. phy. 42
mus apud Ariſt. Nec abeſt a propoſito ratio, quia quæ mutuo & ſeqq.
ſe ſe definiunt, ea eſſentialiter, & intrinſece iunguntur inter ſe;
quis definiet Deum ſub ratione mouentis non per mobile cor-
pus? quis mundum ac cælum vt a ſeipſo mobile definiet ſine
parte mouente immobili, quam Ariſt. aſſerit eſſe primum mo-
torem? In verbis autem Simplicij a te relatis, vt obſeruo Pri-
mum motorem Deum dici recte omnino ſeparatum a corpori-
bus, quantum ad dependentiam ab eis, quia perfectus quum
ſit, nihil alijs indiget, a quibus aliquo pacto dependeat; atque
adeo eſſe ſecretum a toto corpore mundano: cur non obſeruas
verba ſequentia, ſed ea † ſilentio inuoluis tibi moleſta? ſubdit † 188. falſ.
enim, *recte dicendum erit idem vbique eſſe, & nuſquam collocari.* cit.
Deus quatenus vbique eſt, in mundo eſt, neque ſeparatus om-
nino eſt à corporibus, ſecretusve a toto corpore mundano, ſed
toti mundo coniunctus intime omnia mouet, in quibus eſt; vt
ſæpe notaui ex Ariſt. dicente, *a Quemadmodum in Vniuerſo eſt* *a* 7. Eud.
Deus, & viciſſim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexiſtente cap. 18.
in nobis numine. atque hac ratione natura dicitur: quatenus ve-
ro non dependet ab vlla re, nec ineſt in ſubiecto vllo dependen-
ter, eatenus a Simplicio dicitur nuſquam collocari. Sic apud
Ariſt. anima rationalis, quatenus eſt actus corporis, cuius par-
ticipatione homo a ſeipſo mouetur, in homine eſt, vereque na- *b* 2. de an.
tura: quatenus vero principium intellectiuum eſt, & forma eſt t. 11.
a corpore non dependens in eſſe, eatenus ab Ariſt. dicitur *b nul-* *c* 3. de an.
lius corporis actus, c immiſta, non d miſta corpori, e ſeparabilis, t. 4. 19.
ſine f materia, & g ſeparata. Poſtremum vero Simplicij di- *d* tex. 6.
ctum eo ſenſu, quo ipſum profers, falſum eſt omnino: quis vn- *e* tex. 7. 19.
quam dicet primum motorem non habere vllam habitudinem *f* tex. 15.
g tex. 20.

 ad

ad mobile? Sed vera fuerit aſſertio Simplicij, vel potius Eudemi a Simplicio relata, ſi proponatur integra, & recto ſenſu percipiatur, ea vero ſic ſe ſe habet. *Quod ſi ſolum ſine habitudine, & ſeorſum adeſt vniuerſo: quid vetat etiam partibus eodem modo adeſſe ſe omnibus ſimul, & immutabiliter, & impertibiliter, niſi per accidens vna cum illorum motu moueatur. Et caute Eudemus quæſitum, & propoſitum exponens, inquit, ſi impertibile eſt primo mouens, & non tangit quod mouetur, quomodo ſe habebit ad ipſum? igitur imparti bile, & non tangens quod mouetur, ſed ſine habitudine ad ipſum, & ſeparatum, quomodo poteſt vna moueri cum eo, quod mouetur, vt per accidens ducatur, & agitetur? At Alex. tradit Eudemum fateri primum mouens in maximo orbe collocari, in quo ſunt cardines, & polis; is enim celerrime mouetur: Sed animaduertendum eſt, quod Alex. in circumferentia Sphæræ primum mouens eſſe exiſtimat dicere Ariſtotelem. Num forte quum dicat in circulo, in toto cælo intelligatur.*

† 189. fall. cit. Hæc ibi: ex quibus conſtat, non ipſum Simplicium, vt † ais, ſed Eudemum a Simplicio relatum propoſitam ſententiam afferre: Patet etiam eius germanum intellectum eſſe, Primum motorem adeſſe vniuerſo, & ſingulis mundi partibus ſine tali habitudine, qua moueri per accidens dicatur ad motum corporis, cui adeſt; quave partiri dicatur ad partitionem corporis eiuſdem; quum ſit immobilis, & impartibilis omnino; non autem quod nullam prorſus habeat habitudinem ad mundum, adeo vt in eo eſſe dici nequeat; nam perſpicuis verbis habet Simplicius eum Alexan. teſte ab Eudemo in maximo orbe collocari, in quo ſunt cardines & poli, nimirum in ſuprema ſphæra. Et ipſe ambigit num Ariſt. eum ponens in circulo, collocet in toto cælo: quæ omnia ſunt tuæ poſitioni contraria. LIL. Concludam cum Alex. qui 2 nat. cap. 18. apertiſſime diſtinxit a natura Deum. VL. Alex. ibi non contradiſtinguit Deum a natura ſimpliciter generatim accepta, ſed a natura vniuſcuiuſque cæli circulo moti, ſcribit enim, *Corporibus vero ingenitis, & ſui natura perfectis, & quæ ſunt in loco ſibi naturali, natura, hoc eſt in ipſis motus principium, confert vt per operationem, quæ eſt ſecundum ipſum aſſimilentur entium optimo; æternoque, & continuo, & regulari motu imitantia & actualis ipſius exiſtentiæ neceſſitatem, & immobilitatem & ſtatum: per motum quidem ipſius actualem exiſtentiam; eſt enim*

actus quidam ipſe motus; oportebat enim imitantia id, quod eſt actu ſimpliciter, & nullo modo potentia, communicans, per actum ſibi naturalem hoc facere; per motum vero continuum vel & ordinatum, & ſimilem ſemper æternam ipſius imitantur naturam &c. Si ergo cæleſtia corpora motu circulari perpetuo in ijs a natura peracto ſemper imitantur naturam entis optimi, ac ſummi Dei; vt Dei natura diſtinguitur a natura, quæ motum perennem efficit in cælis; ita non aſſequor cur hæc dicens Alex. diſtinguat naturam in vniuerſum a Deo; non ne tibi forma, quæ natura eſt ſphæræ Lunaris, ſiue ea ſit informans anima quædam, vt cum Alexandro cenſes, ſiue ſit aſſiſtens Intelligentia, monet aſſidue Lunæ globum vt imitetur formam orbitæ ſuperioris, quæ ſimiliter natura eſt: cur natura ſingulorum orbium cæleſtium imitando motu ſuo naturam Dei perſuadere debebit Deum non eſſe naturam abſolute? Deus vt primus motor, Fl. incl. natura eſt vera & propria mundi, quatenus eſt corpus naturale; quam naturam motu perenni ſemper imitatur natura ſingulorum corporum cæleſtium; vt natura noſtratium motu generationis perpetuitatem ſpeciei procurans imitatur naturam corporum cæleſtium in ſuis indiuiduis æternorum; atque vt natura noſtratium a natura cæleſtium contradiſtincta non prohibet apud Alex. quominus cæleſtis motus principium ſit vere natura, ſic Alex. hic diſtinguens Dei naturam ab ea natura, quæ principium motus eſt in corporibus cæleſtibus, non ideo ſtatuit Deum non eſſe proprie naturam vniuerſi, quam imitetur natura cuiuſque cæli. CIR. Crepuſculo iam premimur, Vlyſſes, noctemque video proximam dimicationum terminatricem vetere gentium iure; quare tibi reſecanda ſunt, quæ iam confutatis innituntur. VL. Breuis me manet vltima Libj ſectio trutinanda; crepuſculumque longum habituri ſumus; & noctis proximæ prima pars Lunæ plenæ lumine ſplendida tenebras illas non habet, quibus Solis concertationes dirimuntur; quare ſpero me tantum lucis habiturum; quo diſputationem hanc abſoluere queam. Age, Fl. incl. proſequamur. LIL. In *b* pag. 133. dicitur falſum eſſe dogma, *Natura eſt forma inſeparabilis*, ob animam rationalem, quæ proprie natura eſt, & reipſa ſeparabilis a materia. Sed ego communi doctrinæ inhærens, omnibus re- *b* pag. 141.

ceptæ,

ceptæ, præſertim recentioribus, dico formam, quæ natura eſt, i pag. 143. habere i tranſcendentalem relationem, ac intrinſecam habitudinem ad materiam; a qua propterea eſt inſeparabilis, vel actu & aptitudine ſimul, vt eſt omnis forma caduca; vel aptitudine k pag. 22. tantum, vt anima rationalis. V L. Memineris te k dudum ſtatuiſſe diſputationem hanc habere non theologice, nec metaphyſice, ſed phyſice: modo tranſcendentalis iſta relatio, vt habeatur apud aliquos Theologos, nulla tamen eſt apud Ariſt. in phyſicis, immo nec in metaphyſicis, ad quos libros ſolum tranſcendentium conſideratio pertinet; nam tranſcendentia circuunt omnia prædicamenta, nec in vno quopiam eorum includuntur; at Ariſt. omnem relationem in metaphyſicis con- l 5. meta. t. 20. cluſit vnico l textu capite de ad aliquid contradiſtincto a prædicamento ſubſtantiæ, Quanti, Qualis, & alijs: quare ſola relatio prædicamentalis eſt in Peripato, non autem vlla tranſcendentalis: ceterum hac de re latius agendum diſputatione altera commodiori loco. Similiter aptitudinalis illa inſeparabilitas, quam ponis eſſe in anima rationali per mortem a corpore ſeparata, procul exulat a Peripato, vbi nunquam audita, vel rece- m Prædica. de opp. pta fuit; Magiſtro m docente dignitate phyſica, A priuatione ad habitum non dari mutationem, ſiue vt alij dicunt, regreſſum; & ratione hoc ipſum ex Ariſt. plane confirmante; nam aptitudinalis inſeparabilitas, quæ tibi ponitur potentia rationalis animæ ad corpus iterum informandum, eſt ne phyſica? L I L. Eſt. V L. At phyſica potentia, potiſſimum eſſentialis toti alicui ſpeciei, fruſtra fuerit, niſi aliquando reducatur ad n 1. cel. t. 32. actum: Deus autem, & natura n nihil fruſtra faciunt. L I L. Concedo hæc omnia. V L. Dic, amabo te, quando reducetur vnquam ad actum aptitudinalis iſta potentia, quam phyſicam eſſe vis, in anima omnium a corporibus vita functorum ſeparatarum? L I L. In vltima die ſeculi, quando mortui reſurgent ad vniuerſale Iudicium. V L. Iam extra Peripateticum campum egrederis in Theologicam ſtationem: Ariſt. qui o 1. cæl. t. 20. & ſeqq. 8. phy. t. 1. & ſeqq. poſuit, & plurimis argumentis phyſicis probare o ſtuduit Mundum, & motum eſſe vndique perpetuum, non admittit primam, nec vltimam diem, nec Iudicium illud, quod Theologis reuelatum fuit diuinitus agnoſcit: Quare Peripateticus nec tu

dicere, nec ego recipere debeo in Peripatetica diſputatione theologicam, & ſupranaturalem hanc animæ rationalis inſeparabilitatem aptitudinalem a corpore, pro potentia phyſica, & naturali habitudine, relationeque animæ ad corpus. Ita ergo natura generatim accepta non ſolum formas inſeparabiles complectitur. L I L. In *p* pag. 135. affertur t. 12. 2. phyſ. in quo dicitur, Ariſtotelem vti duobus verbis *forma, & ſpecies*; ſtatuiturque per *formam* Ariſtotelem *intelligere ſeparabilem*, ideſt humanam animam: per *ſpeciem ſignificare alias formas inferiores humana anima inſeparabiles, & corruptibiles*. Fateor ruditatem meam; quia vereor ne hoc ſit diuinare, non explicare Ariſtotelem: etenim reperio apud Ariſt. pro eodem promiſcue accipi *formam & ſpeciem*, neque hæc myſteria ſignificari, &c. V L. Ariſt. dum de forma vniuerſim ſumpta loquitur, prout commune quid eſt ad caducam, & immortalem; ſemper fere duabus hiſce vocibus vtitur; & eum, qui breuiloquentiſſimus eſt in omnibus, nec abundare fruſtra ſolet in ſynonymis, rationi conſonum eſt citra diuinationem talia dicentem explicare ad connotanda hæc *q* duo formarum genera. Neque ego dixi Magiſtrum *per formam intelligere ſeparabilem*, ideſt humanam animam neceſſario, quaſi formæ nomine non poſſit ſignificari etiam forma caduca; ſed tantum volui duobus illis terminis indicari duo hæc formarum genera; & explicans it, nomen formæ attribui ſeparabili, & ſpeciei inſeparabili, vt innuerim viciſſim formam dici poſſe de inſeparabili, & ſpeciem de ſeparabili; mea verba fuerunt, *Ariſtotelem his non abſolute conſtituere, omnem formam, quæ natura ſit, eſſe realiter inſeparabilem a materia; vt obijcitur; ſed aperte conſultoque duarum naturarum meminiſſe, ſub duabus illis notis, forma, & ſpecies: forma, inquit, quæ poteſt eſſe ſeparabilis, vt forma hominis*, &c. mea illa verba, *quæ poteſt eſſe ſeparabilis*, aperte denotant me non neceſſario ſtatuere nomine formæ intelligi *formam* † *ſeparabilem* abſolute; quod tu mihi nunc imponis. Deinde tibi fuerat obſeruandum, me non abſolute dixiſſe, quod pariter mihi tribuis, per *ſpeciem ſignificare alias formas inferiores humana anima inſeparabiles & corruptibiles*, nam mea verba longe aliter ſe habent, ita, † *& ſpecies, addit, omnis infra animam, non ſeparabilis exiſtens niſi ſecundum rationem, ſiue brutorum, plan-*

p pag. 144.

q 2. de an. t. 21.

† 190. falſ. cit.

† 191. falſ. cit.

ta-

tarumve ſumpſeris animas, ſiue formas rerum inanimarum; quæ forma non re, ſed ſola ratione ſunt ſeparabiles: vt velim Ariſtotelem talia dicentem, r *Quare alio modo natura vtique erit habentium in ſeipſis motus principium forma, & ſpecies non ſeparabilis exiſtens, niſi ſecundum rationem*, conſtituere naturam eſſe tum formam, quam ego dixi poſſe eſſe ſeparabilem, vt eſt forma hominis, tum ſpeciem non ſeparabilem exiſtentem niſi ſecundum rationem, quam vere poſui eſſe formam omnem infra rationalem: ita vt verba illa, *non ſeparabilis exiſtens niſi ſecundum rationem*, ab Ariſtotele immediate additæ ipſi termino *& ſpecies*, prout contradiſtinguitur a voce *forma*, prius ſeorſum poſita, ſatis indicent meam interpretationem non eſſe diuinationem, ſed rectam & ſolidam explicationem. Alia loca, quæ profers ex Interpretibus nil mihi obſtant, quia non ſunt diſtinguentia formam ſimpliciter a ſpecie non ſeparabili exiſtente niſi ſecundum rationem, vt eſt iſte locus Ariſtotelis. LII. ſ Obſeruo vltimo circa hoc Ariſt. in illo t. 12. 2. phyſ. vnum prædicatum enunciaſſe tam de forma, quam de ſpecie; quocirca dum dicit, *alio modo natura eſt forma, & ſpecies, non ſeparabilis exiſtens*, illa particula *non ſeparabilis* ita afficit ſpeciem ſicuti formam; nec video quare ibi non ſeparabile tantum reſpiciat ſpeciem, non autem formam.

r 2. phyſ. t. 12.

ſ pag. 246.

VI. Hæc obſeruatio tua, ſiquapiam ratione niteretur, apud me ponderis aliquid haberet; ſed in aliam ſententiam me ducit ratio multiplex petita, tum e ſuperfluitate ſynonymorum, quæ conſentanea non eſt breuiloquentiæ Magiſtri; tum particulæ coniunctiuæ, &; nihil enim ſibimetipſi coniungitur; vt enim non bene dicitur, Ariſtoteles, & Nicomachi filius; ſed ſine coniunctione, Ariſtoteles Nicomachi filius; ita dicens Ariſtoteles, *forma, & ſpecies*, non vnum per hæc duo nomina ſignificauit; tum maxime quia ſua lingua Magiſter vtrique nomini ſuum diſtinctum appoſuit articulum inquiens, ἡ μορφὴ, καὶ τὸ εἶδος, quæ ſic vertenda cum articulorum expreſſione, *ipſa forma, & ipſa ſpecies*; nam hæc phraſis duorum coniunctionem aperte ſignificat: quis enim apte diceret, *M. Tullius Arpinas, & Cicero?* tum denique, quia Simplicius ipſe tuus his nominibus varia ſignificari ſatis innuit, in huius textus explicatione inquiens, *Hanc igitur formam ſecundum rationem, ſiue eandem formam dicit*

eſſe

Digitized by Google

eſſe naturam: idcirco addidit ſpeciei formam dicens, Alio vero modo forma, & ſpecies, & rurſus in calce contextus dicit, forma, & ſpecies, quæ non eſt ſeparabilis: Item in arte alio modo forma, & ſpecies ſeu figura idem eſt, quoniam ad figuram conſtat artificis ratio: & per hoc etiam naturam forma eſſe oſtendere poſſumus, &c. Nimirum vt in arte generatim forma duplex eſt; alia, quæ conſiſtit in figura, vt forma nauis, domus, ſtatuæ, ac id generis; quæ dicitur ſpecies; alia, quæ non conſiſtit in figura, ſed in temperamento, vt forma medicamenti, pulmenti, & ſimilium; ita in natura duplex eſt forma, ſeparabilis reipſa, & immortalis, quæ per antonomaſiam forma dicitur; alia caduca, quæ dicitur ſpecies non ſeparabilis niſi ſecundum rationem. LIL. In eadem pag. 135.136. dicitur non omnem naturam eſſe inſeparabilem: & adducitur t. 1. 6. meta. vbi Ariſt. dicit *naturalem philoſophiam eſſe ſpeculatiuam circa ſubſtantiam vt plurimum inſeparabilem.* Obſeruatur illa particula, *vt plurimum*; limitat enim illam generalitatem lib. 2. phy. Vere verba iſta t. 1. lib. 6. meta. ſecundum S. Th. & Alex. de Ales reſpiciunt animam intellectiuam, quæ eſt ſeparabilis actu a materia, ſed non ſeparabilis aptitudine ab eadem materia. VL. Si de naturali aptitudine ſermo ſit, eam non agnouit Ariſt. qui reſurrectionem non admittit, vt vidimus, ponens mundi & motus perennitatem: ſi de ſupranaturali, hæc non ponit animam eſſe naturam, & a Phyſico conſiderari. LIL. Et præter allata ſupra confirmo hoc primo per Alex. de Ales in expoſ. illius t. 1. *hoc dicit propter intellectum, qui aliquo modo ſeparabilis eſt*: obſeruo illam particulam *aliquo modo*, quæ indicat non omnino, & abſolute ſimpliciter intellectum eſſe ſeparabilem; nam ſeparatur actu; adhuc aptitudine eſt forma materiæ. VL. Tuam obſeruationem mox cum Ariſt. deſtruit Alenſis; nam in explicatione ſequentis dogmatis, quo dicit Ariſt. t *Manifeſtum eſt quomodo in naturalibus oportet ipſum quid eſt quærere, & definire: & cur etiam de quadam anima ſpeculari Naturalis eſt, quæcunque non ſine materia.* dicit Alenſis. *Notandum eſt propter dictum Philoſophi, quod de quadam anima dubium non eſt, quod a materia non ſeparatur, ſicut de vegetatiua; & ideo de tali debet ſpeculari Phyſicus: quia autem de intellectu dubium fuit; ideo notabiliter dixit Philoſophus, de quadam: quia de intellectu, ſecundum quod* 1. 6. meta. t. 2.

eſt inſeparabilis (puto mendum eſſe; ac legendum eſſe, ſeparabilis) *ſpeculatur primus Philoſophus : ſecundum quod vero aliquo modo eſt actus corporis, ſpeculatur Phyſicus*. Quibus tibi ponenti ſeparatam animā a corpore retinere ſemper in ſe phyſicam aptitudinem ad corpus, ratione cuius eſt forma materiæ, & ad Phyſicum attinens, aduerſatur Alenſis cum Ariſt. dicens intellectum humanum, ſecundum quod eſt ſeparabilis, ad Primum Philoſophum attinere, non ad Phyſicum. Sed quod ait Ariſt. *vt plurimum*, ſignificat quantitatem ac multitudinem formarum; adeoque non ita bene ab Alenſe explicatur per illud ſuum *aliquo modo*, quod qualitatem ac differentiam ſignificat. Niſi dicamus eum reſpexiſſe duos modos ſeparabilitatis ab Ariſt. non
u 2.phy.18 19. u ſemel allatos, nimirum ratione, & re; vt omnis forma ſit ſeparabilis ratione; ſed intellectus ſit ſeparabilis aliquo modo ſibi
1. de an. t.17. peculiari, ſcilicet ſecundum rem: ſimiliter, omnis alia forma ſit actus corporis abſolute ſemper; at intellectus ſit actus corporis aliquo modo ſibi peculiari, ſ. ad tempus, ac ſeparabiliter ab eo, cuius eſt actus ad differentiam omnium allatarum formarum. LIL. Deinde reddo huius rei rationem ex D. Tho. 2. con. gen. c. 81. vbi ait *vnamquamque animam eſſe commenſuratam ſuo corpori, & ſecundum ſubſtantiam eſſe formam; & hanc commenſurationem*
* pag. 147. *remanere in animabus,* * *corporibus etiam pereuntibus*. Si ergo animæ ſeparatæ ſunt veræ formæ, & ſuis corporibus commenſuratæ; abſque dubio habitudinem habebunt ad materiam; atque hinc fiet, vt ſub hac ratione animæ ſeparatæ ſpectent ad conſiderationem phyſicam. VL. Minime vero, tum quia x Ma-
x 6. meta. t.7. giſter ait abſolute Phyſicum agere non de omni anima, ſed de quadam, quæ ſcilicet eſt in materia; ſecus enim de omni ſimpliciter anima Phyſicus tractaret: tum maxime, quia quum Ariſt. de anima ſcientiam a ſe tribus libris conſcriptam celebret exactiſſimam ob y acriuiam, debuiſſet ibi tractare de ſeparata per
y 1. de an. t.1. mortem anima a corpore, docereque quot, quoſque functiones habeat; & ſpeciatim quomodo ſine phantaſmatum miniſterio poſſit intelligere: quum itaque ne verbum quidem in eo volumine ferat de functione mentis humanæ ſeparatæ, neceſſario dicendum eſt vel imperfectam, & mancam eſſe ſcientiam de anima traditam ab Ariſt. vel animæ rationalis ſeparatæ conſi-

de-

derationem non eſſe phyſicam; illud Ariſtotelis negligentiam, vel ignorantiam ponit; hoc totum dogma deſtruit. Nec illa commenſuratio dicit, aut arguit habitudinem, ac potentiam naturalem in anima ſeparata ad corpus, vt exiſtimas; at ſolum ponit & ſeruat in anima ſeparata generatim accepta multitudinem indiuiduorum, & in vnaquaque anima ſeparata eandem menſuram, quam habebat ſuo corpori æqualem, dum in eo erat, & ab eo ſeiungebatur: vt conſtat ex D. Tho. ſcribit enim ſoluens obiectionem, qua probabatur animas ſeparatas non eſſe plures numero; *multitudo igitur animarum a corpore ſeparatarum eſt ſecundum diuerſam commenſurationem animarum ad corpora; hæc enim anima eſt commenſurata* (hoc eſt coextenſa, vt z alibi late tractaui) *huic corpori, & non illi; illa autem alij, & ſic de omnibus: huiuſmodi autem commenſurationes remanent in animabus etiam pereuntibus corporibus*. & mox: *vnde patet quod ipſæ diuerſæ commenſurationes manent in animabus ſeparatis; & per conſequens pluralitas*. at de potentia naturali, & habitudine ad corpus; per quam animæ ſeparatæ poſſint ad Phyſicum attinere, nil dicit D. Tho. nec ex eius dictis colligi poteſt, ſed ſola pluralitas. Ceterum hac de re latius in diſputatione ſequenti tractaturi ſumus. LIL. In pag. 137. aſſeritur primum mouens eſſe inſeparabile a materia, & propterea poſſe dici naturam etiam ex regula t. 12. 2. phy. ſed forma; quæ eſt natura eſſentialiter vnitur cum ſua materia, Mouens vero mobili vnitur vnione accidentali, &c. V. L. Duo ſunt mouentium genera, quædam mobili iuncta non faciunt vnum per ſe; quia neutrum in alterius definitione ponitur; & huiuſmodi prorſus excluduntur a naturæ ratione; ſic ventus nauem mouet plenis velis in pelago; ſed quia ex vento, & naui non fit vnum per ſe, nec ventus per nauem definitur, nec viciſſim nauis per ventum; ideo copulantur vnione accidentali; & ventus vere non eſt natura nauis. At qui motor in ſui definitione ſumit mobile, viciſſimque ſumitur in definitione ſui mobilis; quique mobili iunctus conſtituit vnum viuens, quod naturaliter a ſeipſo mouetur; iam hic vnitur eſſentiali vnione cum mobili ſuo, & in eo eſt vere proprieque natura: tale quid eſſe primum mouens erga cælum olim ſatis a me demonſtratum eſt ex a Ariſt. & ex b D. Thoma. LIL. c Et

z lib. de anim. coextenſ. corpor.

a 8. phy. 41. & ſeqq.
b 1. p. q. 70. ar. 3.
2. con. gen. c. 70.
c pag. 148.

quia dixi motorem immobilem non ſolum appellari *ſeparabilem, verum etiam ſeparatum*, volo hoc probare apertiſſimis teſtimonijs. Ariſt. lib. 1. de an. t. 17. ita loquitur *ſecundum autem quod ſeparatæ primus Philoſophus*: & loquitur de intelligentijs, quæ propterea vocantur abſtractæ, vt Auerroes. V L. Ne tempus conteras in alijs teſtimonijs recenſendis, quia late *d* dudum
d de nat. pr. mou. cap. 2. oſtendi primum mouens dici ſeparatum; quia non dependet a mobili, ſed hoc illi non tollere nomen & rationem naturæ; nam anima rationalis, quæ proprie natura eſt, dicitur ſeparabilis, non miſta corpori, & ſeparata; quia non dependet a corpore, in quo eſt. Falſum vero prorſus eſt, quod ais Ariſt. loco a te citato
† 192. falſ. cit. tractare de Intelligentijs; nam agit de † paſſionibus, quæ ſunt formæ de genere accidentis, vt antea quoque notaui, verba
e 1. de an. t. 17. Magiſtri ſunt e ipſiſſima, *Ipſarum autem non ſeparabilium quidem, inquantum autem non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione, Mathematicus: ſecundum autem, quod ſeparatæ, primus Philoſophus*: per has autem paſſiones ſeparatas intelligit intellectionem, & electionem, appetitionemve intellectuum ſeparatorum, cuiuſmodi ſunt tum Intelligentiæ omnes, tum animæ rationales a corpore ſeiunctæ, ſub ratione ſubſtantiæ intellectualis; quarum operationes ad Metaphyſicum attinent, non ad Phyſicum; at ſi ſpectentur Intelligentiæ, ac Deus ſub ratione Primi motoris, a
f 8. phyſ. per tot. *f* Phyſico diligentiſſime conſiderantur. L I L. In *g* pag. 138.
g pag. 149. 139. aſſeritur Intelligentijs non omnino negari materiam, imo eſſe in materia *ſuæ actuationis, & ſuæ motionis*. Ego dico intelligentias vniri materiæ vt motrices tantum, & velut actus extrinſecos; & illarum cum cælis vnionem non eſſe ſubſtantialem, ſed accidentalem. V L. Ego vellem vt mea verba referens, ea non mutilares; mea ſunt, non a te propoſita, ſed hæc alia, *Notamus etiam Philoſophum aſſerere, Intelligentias eſſe ſine materia, qua conſtituantur intrinſecus, & a qua dependeant in eſſe; non autem illis negare materiam, quam ſemper actuent ac moueant: Quare cæleſtes Intelligentiæ ſunt ſeparatæ prorſus a materia ſuæ conſtitutionis; at ſunt in materia ſemper ſuæ actuationis, ſuæque motionis perennis ſu-*
† 193 falſ. cit. *ſceptiua*: quia delens e meo dogmate particulam † *ſemper, & perennis*, tollis mihi cauſſam cur dixerim Intelligentias vniri eſſentialiter, non accidentaliter mobili ſuo; nam accidentia poſſunt

ſunt adeſſe,& abeſſe; non ſemper adſunt neceſſario; & accidentali vnione iuncta diſiungi poſſunt ab inuicem; at intelligentiæ motrices a mobili ſuo nunquam diſiungi valent, quare nou coniunguntur illi vnione accidentali, ſed ſubſtantiali; & eo magis, quo tum ſeſe mutuo definiunt; tum conſtituunt vnum totum a ſeipſo mobile. Supraque latius oſtendi motrices Intelligentias vniri materiæ cæleſti non vt motrices tantum abſolute, ſed vt motrices, quatum participatione compoſitum ex ijs, & mobili corpore, dicitur mouere *h* ſeipſum, & eſſe *i* animatum, proindeque vniri, vt vniuntur actus intrinſeci, & vnione ſubſtantiali. LII. In *k* pag. 139. dicitur, *Sicut cælum ſe habet ad corpora ſubcæleſtia, ita primum mouens ad ſuum corpus mobile*: ſed cælum ſeparatum quidem eſt ob diuerſitatem ſubſtantiæ ab elementis, ſed non eſt ſeparatam loco & tactu, quia ſemper coniungitur elementis vt illa regat, & moueat. Summopere lætor adduci hoc ſimile ad confirmandum quod dixi, & ſemper dicam; Primus motor adeſt ſuo mobili ſicuti cælum adeſt elementis; ſed cælum non eſt natura elementorum, ſed tantum cauſa mouens elementa, & perpetuo agitans; & ideo cauſa extrinſeca, non intrinſeca natura: ergo & primum mouens non erit natura cæli mobilis, ſed tantum actiua cauſa. Videantur quæ de cælo ſcripſi ſec. 2. c. 5. n. 2. & apparebit cælum non eſſe formam, neque naturam rerum ſubcæleſtium: & ad hoc propoſitum obſeruanda eſt confeſſio Exc. Collegæ in hac eadem pag. 139. *Cæleſtis mundus ab elementari ſeparatus eſt, ſolum diuerſitate ſubſtantiæ, non loco medio interiecto*: hoc eſt quod ego volo; diuerſitas ſubſtantiæ tollit eſſe naturam, quia natura eſt eſſentia rei, cuius eſt natura: cæli ſubſtantia eſt diuerſa a ſubſtantia ſubcæleſti, vt Ariſt. 1. cæl. t. 13. & 16. ergo non eſt natura rerum ſubcæleſtium. Hinc fiet, vt nec primus motor ſit natura ſui mobilis, quia ex confeſſione hic facta, ſicuti cælum ad ſubcæleſtia, ita primus motor ad ſuum mobile: hæc conſideret eruditus Lector, & iudicet ex conceſſis. VI. Libenter volui te diu frui ſumma lætitia, quam ex mea confeſſione te hauſiſſe dicis; doleoque tuum hoc gaudium breui defecturum: nec ab erudito Lectore appellabo, ſi iudicauerit ex conceſſis, ſed bene intellectis. In primis obſeruare debet iudex, me comparaſſe primum

h 8. phyſ. t. 41. & 1. qq.

i 2. cæl. 13. 63.

k pag. 150.

motorem cæleſti corpori, non in eo quod eſt eſſe naturam, vti tu ſupponis; ſed in eo quod eſt, eſſe ſeparatum a materia mobili; mea verba ſunt, *Primum motorem dici poſſe ſeparatum a materia*
l 1. cæl. t. 16 *mobili eo modo prorſus, quo cæleſte corpus ab l Ariſt. dicitur ſeparatum ab omni corpore ſubcæleſti: at cæleſtis mundus ab elementari ſeparatus eſt ſolum diuerſitate ſubſtantiæ, non loco medio interiecto; nam illi*
m 1. meteo. cap. 2. m *continuus eſt: Primus ergo motor immobilis eſt ita prorſus inſeparabilis a materia mobili ſua, vt cæleſtis mundus ab elementario, quem ſemper mouet ac regit ſibi coniunctum inſeparabiliter.* Quod autem ex his conſtruis argumentum, *Primus motor adeſt ſuo mobili, ſicuti cælum adeſt elementis: ſed cælum non eſt natura elementorum: ergo primum mouens non erit natura cæli mobilis*; peccat in eo, quod abſolute verum non eſt, Primum motorem adeſſe ſuo mobili, ſicuti cælum elementis; nec ego tale quid aſſerui; ſed limitaui proportionem ad eſſe ſeparatum, & coniunctum; non extendi ad omnia attributa ſimpliciter, quibus ſpeciatim comprehenditur ratio naturæ, vti tu facis. Peccat in eo pariter, quod nihil omnino contra me probat, neque conuincit Primum motorem non eſſe naturam, etſi totum concedatur; quod facile ſit oſten-
n 2. de an. t. 2. dere; nam in compoſito naturali n tres ſubſtantiæ ſunt, materia, forma; & compoſitum ex his: quarum materia non eſt natura formæ, nec viciſſim forma eſt natura materiæ; ſed vtraque hæc eſt natura compoſiti, licet forma ſit magis natura, quam mate-
o 2. phyſ. t. 11. 12. ria; quæ omnia conſtant ex o Ariſt. Modo dum dicitur, Primus motor adeſt ſuo mobili, ſicuti cælum adeſt elementis; comparatur primus motor materiæ, non compoſito ex materia cæleſti mobili, & motore: Similiter conceditur cælum non eſſe naturam elementorum; atque adeo primum motorem non eſſe naturam materiæ cæleſtis, quæ ab ipſo mouetur; ſed tamen ſi colligere volueris inde, primum motorem non eſſe naturam abſolute, ſiue non eſſe naturam cæli, ac vniuerſi, quod eſt conſtitutum ex orbe & intelligentia, ſiue ex omni corpore ſenſibili & Deo illi in formam copulato, nihilominus paralogizabis ac illes, tum qui ex eo quod anima non eſt natura corporis phyſici potentia vitam habentis, probare contendit animam non eſſe naturam a ſe conſtituti viuentis, tum qui ex eo quod aquila non eſt animal rationale, deducere nititur aquilam non eſſe pro-

prie

Digitized by Google

prie animal; an neſcis ex negatione ſpeciei non colligi negatio-
nem generis? Non eſt cælum natura elementorum, eſt tamen
quædam natura mundi, natura ſimul naturans & naturata, ve-
pridem obſeruauit D. Tho. apud *p* Boethium: non eſt primus *p* 3. de con-
motor natura materiæ cæleſtis, eſt tamen natura mundi ac cæ- ſol. in com-
li totius; non eſt anima natura corporis, eſt tamen natura homi- ment. 2.
nis ex corpore & anima conſtituti. Deinde concedens cælum
non eſſe naturam rerum ſubcæleſtium, nego cælum non eſſe for-
mam earundem; forma enim & materia ſunt ad aliquid *q* Ari- *q* 2. phyſ.
ſtoteli; apud quem quum cælum ſe habeat ad elementa vt *r* for- 26.
ma ad materiam; iam cælum eſt forma ſubcæleſtium, quæ con- *r* 2. de gen.
tinet, fouet, conſeruat, & perficit: ſed natura eſt naturati natu- t. 50.
ra, non autem alterius naturæ natura; & propterea cælum non
eſt ſubcæleſtium natura, ſed totius mundi corporei atque ſenſi-
bilis natura. Deinde negandum eſt abſolute naturam eſſe eſ-
ſentiam partem eius rei, cuius eſt natura; quia natura eſt non
ſola eſſentia, ſed etiam pars eſſentiæ rei naturalis. Immo ne-
gandum eſt, diuerſitatem ſubſtantiæ tollere eſſe naturam: non
ne tibi diuerſa ſubſtantia eſt formæ, & compoſiti? illa enim eſt
ſubſtantia ſimplex, hęc minime ſimplex; illa eſt ſubſtantia prio
& cauſſa, hæc poſterior & effectus: non ne tibi diuerſa ſubſtan
tia eſt materia, & compoſitum? illa eſt ſimplex, in potentia, &
per ſe ingenerabilis, & incorruptibilis; hoc non ſimplex, in actu
& per ſe generabile, & corruptibile nihilominus tam forma
quam materia eſt natura compoſiti. Quare licet cælum non ſi.
natura ſubcæleſtium, & primus motor non ſit natura ſphæræ
mobilis; tamen primus motor eſt proprie vereque natura eius
primi mobilis, quod mouetur a ſeipſo decretis *ſ* Ariſtotelis. *ſ* 8. phy. t.
LII. *t* In pag. 14. affertur mea ratio talis, *Natura eſt in ſubiecto* 41. & ſeqq.
2. *phy. t. 4. Deus & Intelligentia non ſunt in ſubiecto: ergo non ſunt* *t* pag. 151.
naturæ, ſed formæ per ſe perfectiſſime ſubſiſtentes. VI. Multo
melius tuam rationem texui, nam hæc falſis, & inſufficientibus
nititur principijs, & † allegatione falſa; non enim natura ſolum † 194. falſ.
eſt in ſubiecto, ſed & ipſum ſubiectum eo loci; nam verba Magi- cit.
ſtri ſunt, *Subiectum enim quoddam, & in ſubiecto eſt natura ſemper:*
tua vero ratio a me formata fuit ita, *Natura quæuis eſt neceſſario* *u* 2. phyſ.
vel ſubiectum, vel in ſubiecto; vt ait u Ariſt. Sed primus motor Deus, t. 4.

vel

vel Intelligentia ſecunda non eſt vllo modo ſubiectum, nec in ſubiecto penitus vnquam: igitur primo-mouens Deus, ac intelligentia ſecunda non eſt vllo modo natura. L I L. In pag. 141. reſpondetur tam Deum, quam Intelligentias aliquo modo eſſe in ſubiecto, non quidem inhæſionis, ſed conſtitutionis, quaſi Deus conſtituat corpus naturale cæli veluti forma; atque ita reperiatur aliquod ſubiectum conſtitutum ex corpore tanquam ex materia, & ex Deo, ſiue primo motore, tanquam ex forma. Sed in 1. ſec. c. 12. probaui Deum nil conſtituere formaliter. V L. Ego vero to-

x pag. 126. & ſeqq. tum illud caput *x* dilui. L I L. Ad *y* conſtitutionem vnius ſubſtantiæ requiritur vnio per informationem, vt S. Th. 2. con.

y pag. 152. gen. cap. 68. V L. Ego diligenter legi totum illud caput, nec

z 195. cit. fall. in eo video fieri mentionem vllam *z* informationis; ſolum duarum vnionum mentio ibi fit, motoris cum mobili, & formæ cum materia; vt autem motor cum mobili vniri poteſt ſine aſſiſtentia, vt baiulus oneri; & cum aſſiſtentia, vt auriga currui; ſic for-

a 2. de an. t. 11. ma materiæ vniri poteſt & cum aſſiſtentia vt *a* nauta naui, & ſine aſſiſtentia cum informatione, vt anima vegeta corpori plan-

b 1. par. q. 70. 2. con. gen. cap. 70. tæ. Et *b* alibi D. Tho. ex primo motore, & orbe mobili de ſententia Magiſtri ponit conſtitui tanquam ex partibus vnum, quod ſeipſum moueat; vt late dudum oſtendi. L I L. Quod vero Deus, & Intelligentiæ ſint actus completi, & per ſe ſubſiſtentes, conceditur ab Exc. D. qui dicit eſſe aſſiſtentes, & docet Simpl. 2. phy. co. 20. itaque vnio Dei cum cælo erit per contactum virtutis, argumento eorum, quæ docet S. Tho. 2. con. gen. cap. 57. ideo non vera conſtitutio: in ſumma clare dicam, *forma aſſiſtens non eſt principium conſtitutiuum*, ſed tantum ea, quæ informat. V L. Clara dictio ſine probatione me non inducet in tuam opinionem, Fl. incl. vera conſtitutio non excluditur a forma per ſe ſubſiſtente, ſed neceſſario ponitur a materia, quæ ſit in potentia ad formam, ſiue per ſe ſubſiſtere valentem, ſiue non; nam ex materia in potentia, & ex forma, quæ ſit actus, ſiue per ſe ſubſiſtere valens, ſiue non, vere conſtituitur vnum compoſitum; anima rationalis per ſe ſubſiſtere poteſt, quia tamen corpus embrij eſt ad eam in potentia, ex ijs duobus vere conſtituitur vnus homo: ſic orbita cęli eſt in potentia ad Intelligentiam, & corpus mundanum ad Deum, a quo intime perficitur

citur & conſeruatur; quare ex iſs conſtituitur vnum viuens, & animal; homo quidem per informationem, cælum vero ac vniuerſum per aſſiſtentiam. LIL. Ad idem confirmandum ſic arguo, Omne id, quod conſtituit, & habet aliquod ſubiectum a ſe conſtitutum, eſt veluti pars illius eſſentiam complens: Deus non eſt pars alicuius eſſentiam complens formaliter; ergo Deus non eſt in ſubiecto a ſe conſtituto. VL. Cedo probationem dogmatis, quo negatur Deus vt primus motor eſſe pars complens formaliter eſſentiam mundi, vt hic eſt corpus naturale; nam oppoſitum late ſupra probaui ex c Ariſt. LIL. Id ſatis a me probatum fuit ſec. 1. c. 10. & ſec. 2. cap. 10. VL. Sed illa omnia dudum oſtendi falſa eſſe, nil roboris habere. LIL. d Adduco rationem, Quod dicit imperfectionem tribui non poteſt Deo; eſſe partem, quomodocunque accipiatur, dicit imperfectionem: ergo eſſe partem, quomodocunque accipiatur, non poteſt tribui Deo. VL. Pars, vt etiam totum, triplex eſt, integralis, eſſentialis, & potentialis; vt pars integralis omnis, & eſſentialis illa, quæ materia dicitur, eſt imperfectionem connotans, ita Deo tribui non poteſt: ſed pars potentialis, & ea eſſentialis, quæ forma eſt, perfectionem dicit, & actus eſt, Deoque probe tribui poteſt; quam theoriam e alibi late colui. LIL. Ariſt. in 2. phyſ. t. 31. dicit partes *ad ipſum totum habere rationem materiæ*. VL. Loquitur ibi de partibus integralibus, non autem de illa eſſentiali, quæ forma dicitur: an putas Ariſtotelem vnquam dicturum, animam ad ipſum viuens habere rationem materiæ? eſt tamen pars viuentis. LIL. D. Tho. 2. phy. declarans t. 31. habet hæc verba, *Omnes partes comparantur ad totum vt imperfectum ad imperfectum; quæ quidem eſt comparatio materiæ ad formam*. Hoc affirmatur non de ſolis partibus integrantibus, ſed etiam de eſſentialibus. VL. Ego vero pluris rationem facio, quam autoritatem; certum eſt autem compoſitum ac totum eſſentiale eſſe perfectum & in actu non per ſe, ſed per participationem formæ, quę per ſe, ac per eſſentiam ſuam eſt actus, & perfectio: quum itaque id, quod tribuit perfectionem alteri, ad illud ſe ſe habere nequeat, vt imperfectum ad perfectum; notiſſimum eſſe debet eam partem eſſentialem, quam vocamus formam ſe habere non poſſe ad totum compoſitum, vt

c 8. phy. 41. & ſeqq. & de mund. c. 7.

d pag. 153.

e 2. de nat. pr. mo. c. 11

Digitized by Google

imperfectum ad perfectum. LIL. Auer. 2. de an. com. 37. *anima eſt propter animatum.* VL. Et ideo vis animam eſſe imperfectiorem animato? reclamat Ariſt. ipſe dicens, *f Anima autem aliquid eſſe melius, & praſtantius impoſſibile eſt; impoſſibilius autem adhuc intellectu:* non ſemper finis eſt perfectior ijs, quæ ſunt propter finem; etenim g Ariſtoteli finis propter quem eſt anima vegetatiua, dicitur eſſe functio generandi ſobolem; quis vnquam dicet animam vegetalem eſſe imperfectiorem generatione prolis? ſubſtantiam accidente? LIL. Simpl. 1. phy. com. 50. forma inquit eſt ſubſtantialis, non ſubſtantia. VL. Loquitur ibi de forma rei generabilis, non autem de forma, quam dicimus eſſe primum motorem; nam hæc, ſi ſubſtantia non eſt, ſupra ſubſtantiam eſt. Deinde potius cum h Ariſt. dicam formam eſſe ſubſtantiam. LIL. Idem S. Th. in 1. p. q. 65. ar. 2. ait, *tertio vero omnes partes ſunt propter perfectionem totius, ſicut & materia propter formam; partes enim ſunt quaſi materia totius:* Obſeruo illa verba, *partes ſunt propter perfectionem totius;* ergo ordinantur intrinſece in aliud; & hoc dicit imperfectionem repugnantem Deo, in quem omnia ordinantur, & ipſe in nihil ordinatur. VL. Nomine partium integrales ibi ſignificat; nec inter eas formam recenſet; quam dignatur nomine totius; vt & alibi Magiſter; qui partes ad materiam refert, formam vocat nomine totius, inquiens, *i Elementa enim ſyllabarum, & materia factibilium, & ignis, & huiuſmodi corporum, & partes totius, & ſuppoſitiones concluſionis, vt id, ex quo, cauſſæ ſunt. Harum autem aliæ quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes; aliæ autem, vt quod quid erat eſſe, & totum, & compoſitio, & ſpecies.* Dein vero falſum eſt abſolute τὸ ordinari in aliud, etiam intrinſece, dicere imperfectionem. LIL. Quid audio? SIB. Ne mireris, o Lilium; nam ex D. Tho. cuius doctrinam ſequeris, incarnatio Verbi ordinatur intrinſece in redemptionem humani generis; & nihilominus imperfectio nulla reperitur aut in Verbo incarnato, aut in actu incarnationis, quem adoramus. VL. Hæc noſtram Philoſophiam ſupergrediuntur. Sed hinc apparet dici poſſe Deum licet vt ens illud ſit, in quod omnia entia ordinantur, vt ait k Ariſt. tamen vt primus motor eſt, eſſe illud quod intrinſece ordinatur in totius mundi, ſub ratione corpo-

f 1. de an. t. 82.

g 2. de an. t. 49.

h 2. de an. t. 2.

i 2. phyſ. t. 31.

k 12. meta. t. 53. & ſequent.

ris naturalis a ſeipſo mobilis, conſtitutionem, & complementum; & hoc nihil imperfectionis ponit in Deo; nam quæ ordinantur in aliud intrinſece, duum ſunt generum; alia quidem vt ſibi conquirant aliquam perfectionem ab eo, in quod ordinantur; & ita ordinatur materia in formam, & in compoſitum; taliaque ordinabilia ſunt imperfecta: ſed alia intrinſece ac per ſe ordinantur in aliquid, vt illi perfectionem aliquam exhibeant; ſic Medicus ordinatur in ægrotum; inſtituta ſiquidem Medicina per ſe, ac intrinſecus ordinata in curationem ægritudinum; quæ ordinatio nullam omnino ponit imperfectionem in Medico: ſic forma ordinatur in compoſitum, ſiue in conſtitutionem compoſiti, vt illi tribuat eſſe ſpecificum; quæ ordinatio pariter nullam ponit imperfectionem in forma, ſed ex aduerſo ſupponit formam eſſe perfectionem, quæ ſeipſam compoſito communicet: Non aliter de Deo dicendum, qui ſub ratione primi motoris ordinatur intrinſece in conſtitutionem primi mobilis a ſeipſo; cui Deus ſeſe exhibet in actum, & perfectionem. Quare falſum eſt; Deum in nihil ordinari. L I L. Eadem 1. p. q. 3. ar. 7. in ratione 4. *Omnes partes ſunt ſicut in potentia reſpectu totius: at Deo repugnat eſſe in potentia reſpectu alicuius.* V L. Mirandum eſt, te in re tanti momenti textum corrumpere, ac neceſſaria ſententia † mutilare; verba D. Th. ibi ſunt *Quarto quia in omni compoſitione oportet eſſe potentiam & actum; quod in Deo non eſt; quia vel vna partium eſt actu reſpectu alterius; vel ſaltem omnes partes ſunt in potentia reſpectu totius.* Reſpicit hic autor duplicem compoſitionem, alteram ex partibus eſſentialibus, in qua vna partium eſt actu reſpectu alterius, quia forma eſt actus, materia eſt potentia; quam compoſitionem in Deo ponere non poſſumus, qui eſt actus puriſſimus, nullam in ſe talem potentiam habens: alteram ex partibus integrantibus, quæ omnes ſunt in potentia reſpectu totius; quam theoriam hic autor ex Ariſt. deſumit alicubi notante primo poſteriorem hanc compoſitionem his notis, *l Impoſſibile enim eſt ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe, quæ ſic inſunt, vt actu: quæ enim duo ſic actu ſunt, nunquam vnum actu ſunt; ſed ſi potentia duo ſunt, erunt vnum; vt duplum ex duobus dimidijs potentia.* Dimidia enim duo ſunt partes integrales dupli totius, non autem eſſentiales: Deinde vero priorem in hæc ver-

† 196. falſ. cit.

l 7. meta. t. 49.

m 8. meta. t. 16. ba, *m Cauſſa vero eſt, quoniam potentia & actus rationem quærunt vnientem, & differentiam: eſt autem, vt dictum eſt, vltima materia & forma idem; & hoc quidem potentia, hoc vero actu. Quare ſimile eſt quærere quidnam vnius cauſſa ſit, & vt vnum ſit: vnum enim quiddam vnumquodque: & quod potentia, & quod actu vnum quodammodo eſt.* & alibi quoque dicit in eandem ſententiam, n 2. de an. t. 6. *n Vnde anima eſt actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis; tale autem, quod vtique ſit inſtrumentale.* & o tex. 7. *o* mox. *Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere, erit vtique primus actus corporis naturalis inſtrumentalis. Vnde non oportet quærere, ſi vnum eſt anima & corpus; ſicut neque ceram & figuram; neque omnino vniuſcuiuſque materiam, & id, cuius materia: vnum enim, & eſſe quum multipliciter dicatur, quod proprie eſt actus eſt.* In qua quidem compoſitione ex partibus eſſentialibus, vna partium eſt actu non ſolum reſpectu alterius (quod ſufficiebat D. Thomæ propoſito) ſed etiam reſpectu totius; nam forma conſtituit compoſitum formaliter, ac proinde vt actus; quia forma vt forma eſt, p 2. de an. t. 2. *p* actus eſt; non enim patitur forma a compoſito in illius conſtitutione, ſed formaliter agit; agens autem omne agit quatenus eſt actu: Quare D. Tho. in loco a te citato duas compoſitiones q 3. phyſ. 17. procul arcens a Deo, tum eſſentialem, in qua vna pars ad alteram ſe habet vt actus ad potentiam: tum integralem, in qua omnes partes ſe habent ad totum, vt potentia ad actum; quia in Deo, qui puriſſimus actus eſt, nulla potentia reperitur: vt non negat Deo rationem formæ, & actus, quo cum cælo iunctus conſtituat primum mobile; ita te coarguit de mutilatione, falſaque citatione ſui contextus, in quo ſolis partibus integralibus omnibus, non item eſſentialibus tribuit habere rationem potentiæ reſpectu totius. L I L. Prima 2.q.90.ar 2. *rurſus inquit q; cum omnis pars ordinetur ad totum, ſicut imperfectum ad perfectum, &c.* V L. Si expl cas illud tuum &c. nec ſub eo ſilentio inuoluiſſes immediate ſequentia a D. Tho. prolata, cognoſcerent omnes ex † integra ſententia D. Th. eum agere † 197. fall. cit. de partibus integrantibus, quæ materiales ſunt, non autem de forma quæ pars eſt eſſentialis, & eſſentialiter r actus, atque r 2. de an. t. 2. & ſeqq. perfectio; dicit enim ibi D. Th. *Rurſus quum omnis pars ordinatur ad totum, ſicut imperfectum ad perfectum: vnus autem homo eſt pars com-*

Digitized by Google

communitatis perfectæ: neceſſe eſt quod lex proprie reſpiciat ordinem ad felicitatem communem. Hic igitur nomine totius ſignificat D. Tho. communitatem perfectam hominum multorum, qui ſecundum legis præſcripta ſuas actiones obeuntes, poſſint felicitatis moralis fieri compotes: nomine vero partis indicat ſingulos homines, ex quorum vnione per nexum legis fit vna tota communitas, quæ ciuitas, ſeu Reſpublica dicitur, & eſt determinatus numerus hominum, modo maior, modo minor, qui poſſit apte ſub vna lege viuere; ſinguli autem homines ad hominum illam communitatem, ac multitudinem comparati, ſunt partes integrales totius in genere quanti. LIL. Hinc factum eſt vt Sancti Patres ſemper negauerint Deum eſſe partem. Legendus Dionyſius de Diu. nom. cap. 2. circa finem de Deo dicit, *quod neque pars exiſtens multitudinis, neque ex partibus totum*. Et Athanaſius in oratione contra Idola circa medium, *Deus inquit totum quoddam eſt, ac non pars aliqua, neque ex diuerſis conſtat, ſed omnium, quæ x conſtant, autor eſt*. Obſeruandus etiam modus loquendi Clem. Alex. 5. ſtrom. c. 3. circa f. *Dominus, inquit, eſt ſupra mundum vniuerſum, atque adeo vltra mundum*. quo modo loquendi vſus eſt etiam D. Bernardus lib. 5. de conſiderat. dicendo, *Deum eſſe ſupra omnia*: ex quo ego deduco non eſſe formam mundi, neque dare eſſe formaliter rebus: & argum. accipio a D. Tho. 1. con. gen. cap. 26. Si Deus eſſet forma mundi, non eſſet ſupra mundum, ſed præciſe eſſet in mundo: ex iſtis Patribus citatis Deus eſt ſupra mundum, & ſupra omnium rerum eſſe.; ergo neque mundi, neque vllius alterius rei poteſt eſſe forma. Quod ſi aliquando reperitur Deum appellatum eſſe formam, vt apud Auguſt. ſerm. 38. de verb. Dom. & 2. de lib. arb. c. 17. gloſari debet iuxta doctr. D. Tho 1. p. q 3. a. 3. ad 2. *Dicendum quod verbum eſt forma exemplaris, non autem forma, quæ eſt pars compoſiti*: & cum D. Bernar. 5. de conſid. *ipſe ſibi forma, ipſe ſibi eſſentia*. Concludo cum S. Leone, addita ratione ſcholaſtica. Leo primus in ep. 93. c. 5. refellit errorem dicentium Deum eſſe rerum formam, & naturam, & habet hæc verba, *Impietatem ex quorundam Philoſophorum, & Manichæorum opinione manantem Catholica Fides damnat, ſciens nullam tanquam præcipuam eſſe facturam, cui Deus ipſe natura ſit*. Ecce quomodo reprobatur mundi

x pag. 154.

Digitized by Google

di naturam eſſe Deum, quamuis mundus ſit ſublimis quædam, & perfecta Dei factura. Ratio ſcholaſtica ex opt. Faſol. p. 1. q. 3. a. 8. dub. 3. ſic habet, Principium eſſentiale intrinſecum facit ſuum principiatum eſſentialiter & formaliter tale, quale ipſum eſt; Deitas non facit vllam creaturam, nec etiam mundum eſſe Deum; ergo Deitas non eſt principium eſſentiale alicuius creaturæ, nec etiam mundi: probatur maior exemplo humanitatis, quia enim humanitas eſt principium eſſentiale Petri, facit Petrum eſſe formaliter hominem. Iſta ratio inſinuatur etiam à S.Th. 1. con. gen. c. 26. illis verbis, *Si Deus eſt eſſe omnium, non magis dicetur vere lapis eſt ens, quam lapis eſt Deus*: ex hoc credo optime refutari id, quod dicitur ab Exc. Collega infra cap. 11. pag. 189. & 190. videlicet *Deum eſſe partem eſſentialem totius mundi*.

SIB. Id minime credere deberes, ſi memoria teneres, quæ dudum dixit Vlyſſes in opere, cui contradicis; nam conſtituit

y 1. de nat. pr. mo. c. 8.

y Deum ſub multiplici ratione formali conſiderari, tum in ſeipſo, ſub ratione Deitatis; tum in ordine ad creaturas omnes, ſub ratione Creatoris; & ita ſpectare ad Theologum: tum in habitudine ad ens generatim ſumptum, ſub ratione primi entis independentis; & ita pertinere ad Metaphyſicum: tum in relatione ad res naturales in vniuerſum, qua naturales ſunt, ſiue ad mundum, quatenus eſt corpus naturale, & ita conſiderari a Phyſiologo, ac eſſe proprie vereque naturam, & mundi formam, & partem eſſentialem. Et tu, Fl. incl. qui

z pag. 22.

z ſupra pollicitus es tractaturum te quæſtionem hanc phyſice, non metaphyſice, non theologice, ſic promiſſum ſeruas? contra Philoſophum in campo Peripatetico de natura dimicantem ducis in aciem Theologos, ac Sanctos Patres, Dionyſium, Athanaſium, Clementem Alexandrinum, D. Bernardum, S. Leonem primum, & huius claſſis autores? ita poteras citare Deuteronomium, & Actus Apoſtolorum, ac S. Brigittæ reuelationes: ſed tamen nihil proficis; nam hi de Deo tractant theologice ſub ratione Deitatis, & Creatoris; non autem, vt Vlyſſes phyſice ſub ratione Primi-Motoris: vt conſtat ex Dionyſio ſcribente in libro a te citato, *Ipſius igitur Deitatis excelſæ ſupereſſentialis, ipſa ſcilicet ſuperbonitatis ſuper eſſentia, quicquid denique ſit, neque vt rationem, vel poteſtatem, neque vt intellectum, aut vitam, vel eſſentiam lauda-*

re

re fas eſt nulli ex his, quæ veritatis omni veritate ſuperioris, ſunt amatores; ſi vt excellentiſſime ſegregatam ab omni habitu, vel motu, vita, imaginatione, opinione, nomine, ſermone, cogitatione, intelligentia, eſſentia, ſtatu, firmatione, vnione, termino, infinitate, & vniuerſaliter ab omnibus, quæ in ordine entium collocantur. Verum quoniam tanquam ſubſiſtentia bonitatis ipſo ſuo eſſe entium omnium cauſſa eſt, haud ab re excelſæ deitatis prouidentiam bonorum principium ex omnibus inde creatis laudare decet, &c. Sed, oro te Ȳl. incl. cur Dionyſij ſententiam more Pleſſiaco † mutilaſti, tollens ex ea, quæ placitum Vlyſſeum mirifice confirmant? paullo ſupra ſcribit Dionyſius, ex Hierotheo, cui ſubſcribit; *Ieſu Diuinitas, quæ omnium cauſſa eſt, & implet omnia, ac partes conſonans vniuerſitati conſeruat, neque pars, neque totum eſt, rurſusque & pars eſt, & totum; vt pote quæ partem omnem, & omne totum in ſeipſa comprehenderit, & eminenter habeat, atque præhabeat; perfecta quidem eſt in rebus imperfectis, vt pote perfectionis princeps; in rebus vero perfectis imperfecta; quippe quæ perfectionem excellentia origineque præcedat. Præterea in rebus carentibus ſpecie ſpecies eſt ſpecifica, tanquam principium ſpeciei; in ſpeciebus autem ſpecie carens, vt ſpeciem ſuperans. Eſſentia quin etiam totis procul a contagione eſſentijs inſidens*. & mox ex ſemetipſo promit Dionyſius de Deo; *Atqui quum ſit vnum, omnique parti, & toti, & vni, & multitudini participationem vnius impartiat, vnum permanet eodem pacto, ſupereſſentiali videlicet ratione: nec pars eſt multitudinis alicuius, nec aliquod ex partibus totum: ſicque nec vnum eſt, nec vnius particeps, neque habet vnum, longeque ab his exiſtit ſuper vnum illud, quod entibus ineſt; multitudo quin etiam impartibilis, inexplebilis ſuperplena, omne vnum multitudinemque producens & perficiens atque continens*. Non igitur hoc ſolum dicit Dionyſius de Deo~, *quod neque pars exiſtens multitudinis, neque ex partibus totum*; vti nunc opponis Vlyſſi; ſed proxime dixerat, *neque pars, neque totum eſt; rurſusque & pars eſt, & totum; vt pote quæ partem omnem, & omne totum in ſeipſa comprehenderit*. & mox dicat, *entibus ineſt, multitudo impartibilis, omne vnum multitudinemque producens, perficiens, atque continens*. Quæ nitire declarant Deum eſſe formam, & partem eſſentialem vniuerſi; quia forma neque pars eſt integralis compoſiti, neque totum eſt ipſum ex partibus integratum compoſitum: † 193. falſit.

tum:

a 2. phyſ. tum: rurſusque forma & pars eſt eſſentialis, & *a* totum, vt ait
t.31. etiam Ariſtoteles, vt pote quæ partem omnem integralem, &
b 3. phyſ. omne totum producit, perficit, & *b* continet; vt ait idem Philo-
t.67. ſophus non vno in loco. Nec valet prima ratio, quia Deus, etſi
4. phy. t.25 ſub ratione Deitatis ſit ſupra mundum, vt aſſerunt SS. PP. a te
4. cæl. 23. citati, tamen ſub ratione primi motoris eſt in *c* cælo, & in vni-
35.
2. de an. uerſo, *d* vt ait Ariſt. Minus valet altera; tum quia tranſcendis a
t.39. forma partis, quam Deum dicimus, ad formam totius, quam
c 8. phy. 84 humanitatem appellamus: tum quia confundis formam totius,
d 7. eud. quam humanitatem vocas, cum ratione formali Dei, quam
c.18.
* 13. ſeq h. Deitatem nuncupas; adeoque texis paralogiſmum ex * quatuor terminis; humanitati ſiquidem, quæ eſt forma totius in homine, correſpondet cælitas, vt ait Auerr. ſiue mundeitas, vt ita loquar, quæ eſt forma totius in mundo, quem homini comparas; non autem Deitas, quæ eſt, non forma totius vllius compoſiti, ſed ratio formalis Dei, qui ſimpliciſſimus actus eſt; tum demum quia contra rationem hanc militat Ariſt. aſſerens diſertis verbis cælum, ſeu mundum appellari Deum quoquopacto, ſiue corpus diuinum;

e 2. cæl. t.17 *e Eorum*, ait, *vnumquodque quorum eſt opus, eſt gratia operis: Dei autem operatio immortalitas eſt; hoc autem eſt vita ſempiterna* (de qua *f* pridem egerat) *itaque neceſſe eſt*
f 8. phy. t.2. *motum ſempiternum Deo ineſſe: quoniam autem cælum tale eſt (corpus enim quoddam diuinum eſt) ob hoc habet circulare corpus, quod natura circulariter mouetur ſemper*: vt igitur homo ab anima, qua formatur, & ab intellectu, quo animatur, dicitur animatus, & intellectiuus; ita cælum, ſiue mundus a forma ſua, quæ Deus eſt

g 8. phy. t. 34. & ſeqq. ſub ratione primi-mouentis, dicitur corpus diuinum, ac *g* primum-mouens ab Ariſtotele. Ratio vero, quam ex D. Tho. repetis, olim plane diſcuſſa fuit: ſat erit nunc Dionyſium afferre in loco abs te citato dicentem, *Deum eſſe ipſum lapidem, atque petram, omnia quæ ſunt, nullum eorum quæ ſunt*. Quam autem aliam ex eodem nunc affers, ea nec ibi reperitur, vbi eam ponis, aſt in

h cap. 27. *h* ſequenti capite, nec Vlyſſeo dogmati refragatur; quia D. Tho. vult Deum non eſſe ipſum eſſe formaliter ſingularum
i 3. cæl. t. rerum, vt lapidis, ignis, ligni, &c. at non negat Deum, qua pri-
100.
12. meta. mus motor eſt, tribuere eſſe toti mundo, & rebus omnibus;
t.36. quod ex *i* Ariſt. didicerat: tum quia D. Tho. vult Deum non ita

eſſe

eſſe intra omnia, vt non ſit ſupra omnia; ſed non negat ideo Deum, qua primus motor eſt, eſſe & *k* intra omnia cum Ariſt. & *l* extra, ſiue *m* ſupra omnia cum eodem Philoſopho: negat Deum dici poſſe τὸ eſſe rerum ſingularum proprium, non negat Deum eſſe id, vnde rebus omnibus eſſe dependet: ſic forma non eſt eſſe rei, ſed quæ tribuit eſſe rei, ſiue id vnde rei eſſe dependet; nam *n* Ariſtoteli viuentibus eſſe eſt viuere; forma vero viuentis, quæ anima eſt, viuere non eſt, ſed id vnde viuentibus vita eſt, ac omnino vitæ principium. Quod Auguſtinus Deum formam appellat, id maxime tuetur, non demolitur Vlyſſis aſſertionem, ait enim primo de Verbo, *o Eſt enim forma quadam, forma non formata, ſed forma omnium formatorum: forma incommutabilis, ſine lapſu, ſine defectu, ſine tempore, ſine loco, ſuperans omnia, exiſtens in omnibus* (nota hoc, qui nuperrime dicebas ex D. Tho. 1. con. gen. Si Deus eſſet forma mundi, non eſſet ſupra mundum, ſed præciſe eſſet in mundo) *& fundamentum quoddam, in quo ſint; & faſtigium, ſub quo ſint: ſi dicas, quia omnia in illo ſunt, non mentiris*. Nec obſtat D. Tho. *p* qui locum hunc interpretatur de forma exemplari; quia forma exemplaris vere forma eſt, & proprie forma; vt aperte conſtat ex *q* Ariſtotele, cauſſam formalem proprie dictam diſtinguente in formam nomine generis appellatam, & in exemplar: quod non ſolum D. ipſe Tho. ſed etiam ante ipſum Simplicius, & Io: Grammaticus ait eſſe formam proprie. Philoponus quidem inquiens, *r Alio modo inquit principium eſt forma: verum exemplar dixit, non eo modo, quo ij, qui poſuerunt ideas; neque quia putet ad naturalem ſpectare exemplarem cauſſam afferre; quippe natura nullum exemplar intuatur, quum quippiam agit, ac nihil cognoſcat eorum, quæ ipſa operatur; ſed tenet rationes eorum, quæ fiunt, ſine cognitione: ſed quoniam qui aliquid iuxta exemplar efficiunt, determinata certaque agunt, quum neque pauxillum quippiam eis vltra adijciant, neque mancum opus magis quam exemplar operentur. Et quum ea, quæ a natura producuntur, certa definitaque ſint, quippe determinata, certaque habeatur forma hominis, bouis, fici, vitis, & reliquorum; atque in tantum natura moueat materiam donec ad formam perueniat, propter hoc formam exemplar vocauit. Hæc autem eſt ratio illius quod quid rei appellatur, &c.* Simplicius autem ſimiliter hunc Ariſt. locum expli-

k 7. eud. c. 18.
l 1. cæl. t. 100.
m de mũd. cap. 7.
n 2. de an. t. 37.
o de Verb. Do. ſerm. 38.
p 1. p. q. 3. a. 8. ad 2.
q 2. phyſ. t. 28.
r 2. phyſ. com. t. 28.

Digitized by Google

cans inſit, *Secundam cauſſam ſecundum formam aſſignat. Vocat autem exemplar formam, non velut ideas dicentes, ſupponens ipſam per ſe formalem ſubſtantiam per ſe, ad quam quæ ſunt hic aſſimilantur. ſed quæ fit in materia forma, hanc appellat exemplar, quia natura facit omnia appetitu huius, quæ facit: patet autem ex hoc, quia quum hæc facta eſt, ceſſat factio, atque actio, tanquam ſit forma quoddam definitum, & velut propoſitus ſcopus, in quem ordinata eſt natura, & ob id exemplar dicitur.* Ad quo l fortaſſe reſpiciens D.Th. in loco

ſ 1.p.q.3.a.8.ad 1. a te citato ſ ſtatuit *dicendum, quod verbum eſt forma exemplaris, quia terminat generationem diuinam*; ſed addidit, *non autem forma, quæ eſt pars compoſiti*: quia noluit Deum eſſe partem compoſiti ex materia, & forma informante conſtituti; de qua parte informante loquebatur eo loci. ſed agens abſolute de vera forma, quæ commune quid eſt ad informantem, quæ nomine generis appellatur, & ad aſſiſtentem, quæ ad eius differentiam dicitur exemplar, explicans eundem locum Ariſtotelis, non diſſen-

t 2.phy.l.5 tiens a Græcis allatis, inquit, t *Secundo modo dicitur cauſſa ſpecies, & exemplum: & hoc dicitur cauſſa in quantum eſt ratio quidditatis rei: hoc enim eſt, per quod ſcitur de vnoquoque quid eſt*; adeoque vere

u 2. phyſ. t.27. ac proprie cauſſa formalis ex u Ariſtotele. Sed alium locum D.Aug. a te tactum, tibi moleſtum, Vlyſſi ſalutarem, D.Tho-

x meta. t. 12. mas non tibi gloſſat, Fl.incl. dicit autem D. Aug. x *Hæc autem*

x 2.de lib. arb.c.17. *duo, i. corpus, & vita, quæ quidem creaturæ deputantur: nam & creatoris ipſius vita dicitur, & ea ſumma vita eſt: iſtæ igitur duæ creaturæ, corpus, & vita, quoniam formabilia ſunt, ſicuti ſuperius dicta docuerunt, amiſſaque omnino forma in nihilum recidunt, ſatis oſtendunt ſe ex iſta forma ſubſiſtere, quæ ſemper eiuſmodi eſt. Quamobrem quantacunque bona, quamuis magna, quamuis minima, niſi ex Deo eſſe non poſſunt. Quid enim maius in creaturis, quam vita intelligens, aut quid minus poteſt eſſe quam corpus? Quæ quantumlibet deficiant, & eo tendant vt non ſint, tamen aliquid formæ illis remanet, vt quoquomodo ſint. Quicquid autem formæ rei deficienti remanet, ex illa forma eſt, quæ neſcit deficere; motuſque ipſos rerum deficientium, vel proficientium excedere numerorum ſuorum legem non ſinit. Quicquid igitur laudabile aduertitur in rerum natura, ſiue exigua, ſiue ampla laude dignum iudicetur, ad excellentiſſimam, & ineffabilem laudem referenda eſt conditoris.* VI. Quam ſententiam multo

prius

prius coluit Ariſt. aſſerens tum; y *Quamobrem viliorum anima-* y 1. de part.
lium diſputationem perpenſionemque faſtidio puerili quodam ſpreuiſſe, cap. 5.
moleſteque tuliſſe dignum nequaquam eſt; quum nulla res ſit natura,
in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Et quod Heraclitum
dixiſſe ferunt ad eos, qui quum alloqui eum vellent, quod forte in caſa
furnaria quadam caloris gratia ſedentem vidiſſent, accedere tempe-
rarunt; ingredi enim eos fidenter iuſſit; quoniam, inquit, ne huic qui-
dem loco Dij deſunt immortales: Hoc idem in indaganda quoque na-
tura animantium faciendum eſt. Aggredi enim quæque ſine vllo pu-
dore debemus, quum in omnibus naturæ numen, pulchrumque inſit in-
genium. tum etiam, eſſe quid z *immortale, & diuinum; vnde &* z 1. cæl.
alijs pendet, his quidem exactius, his autem obſcurius eſſe, & viuere: t. 100.
etenim, quemadmodum in vulgaribus ſententijs circa diuina ſæpe de-
claratur rationibus; quod diuinum ipſum intranſmutabile eſſe neceſſe
eſt, primum, ac maxime ſummum: quod ſic ſe habens atteſtatur ijs,
quæ dicta ſunt: neque enim aliud melius eſt, quod moueat; illud enim
eſſet vtique diuinius: neque habere prauitatem vllam, neque indigens
ſuorum bonorum vllo eſt. SIB. Sed illud miror, ô Lilium, te
probare volentem, contra placitum Vlyſſis aſſerentis Deum eſ-
ſe formam Vniuerſi, proptereaque partem eſſentialem ac im-
materialem mundi totius, Deo non conuenire vlla ratione το eſ-
ſe partem vllam, ſpeciatimque eſſentialem ac formalem orbis,
vt nuper tibi probandum * propoſuiſti, nunc afferre fruſtum * pag. 153.
autoritatis, ac aſſertionis D. Athanaſij in oratione contra I do-
la, ſententiæ Patris illius eas partes † occultans, quæ placitum † 199. fals.
Vlyſſeum tuentur, oſtendentes Athanaſium Deo negare ratio- cit.
nem partis integralis, & materialis, non autem eſſentialis im-
materialis, en clara verba D. Athanaſij in loco a te producto,
Si enim ea de Deo ſententia vera eſt, illum nullius indigere, ſed ſibi
ſufficere, ſuique plenum eſſe, & in illo omnia conſiſtere, immo ipſum
omnibus alijs potius impertire; quomodo vel Solem, vel Lunam, alias-
ve creaturæ partes, quæ tales non ſunt, ſed mutua ope fulciuntur, nu-
mina appellari æquum fuerit? ſed fortaſſe diuiſa, & deſumpta per ſe
iſta indiga eſſe, vel ipſi quoque confitentur, quum ipſa demonſtratio ob
oculos ſit conſtituta: ſed ſimul omnia conuertentes, & tanquam in
vnum magnum corpus redigentes Vniuerſum, illud Deum eſſe dicent:
Quippe in tali rerum omnium Vniuerſitate, non amplius illos forinſe-

Digitized by Google

cus vllius rei indigentes fore: quod haud dubie iſti ante omnia iactaturi ſunt, qui ſua opinione ſibi ſapientes videntur: ſed neque hic occaſio defutura eſt, qua eos redarguas. Iſtud ipſum enim, quod pro ratione allegant, eo magis patefacere eorum cum magna inſcitia ſuperſtitionem: neque id minus euidenter quam ſupra: ſi enim ſingula coniuncta totum explent, & totum ex ſingulis conſtituitur; nimirum totum erit partium totum, & ſingula erunt partes totius: longiſſime abeſt quam vt de Deo tale aliquid ſentias: Deus enim totum quiddam eſt, ac non pars aliqua, neque ex diuerſis conſtat, ſed ipſe omnium, quæ conſtant, autor eſt. Specta quæſo quam impia de Deo referant, qui iſta loquuntur: ſi enim ex partibus conſtituitur, ipſe ſibi ipſi omnino diſſimilis apparebit, & ex diſſimilibus habiturus eſt naturæ ſuæ integritatem; nam ſi Solem illum eſſe dicas, Luna eſſe non poterit; ſi Luna ſit, terra non fuerit; ſi terra ſit, mare eſſe non poterit; atque ita quaſcunque partes in manus ſumpſeris, deprehendes abſurditatem huiuſmodi ipſorum dicti; cuius vitium ex intuitu obſeruatuque humani corporis ſatis apparuerit &c. Ex quibus luce meridiana clarius eſt, Athanaſium negare, Deum eſſe partem integralem & corpoream vniuerſi, nullamque mentionem habere de parte incorporea & formali mundi totius; quam vt Deo adimeres ex Athanaſio, ceteris intactis ex eius verbis hanc particulam, quam ille de partibus materialibus expoſuit, eduxiſti, *Deus non eſt pars aliqua*, quaſi rationem omnem partis a Deo remouerit. Præterea vero Diuus Athanaſius vt hic in loco a te citato negat Deum eſſe partem integralem; ita in Symbolo clare fatetur Deum eſſe partem eſſentialem, ſiue formalem compoſiti a ſe conſtituti; nam de Redemptore loquens ait, *Qui licet Deus ſit, & homo; non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus: Vnus autem, non conuerſione Diuinitatis in carnem; ſed aſſumptione humanitatis in Deum: vnus omnino, non confuſione ſubſtantiæ; ſed vnitate perſonæ: Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo; ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus*. Vnus per ſe conſtitutus ex Deo, & homine, tanquam ex partibus eſſentialibus. Si ergo Deus vt Redemptor poteſt eſſe pars eſſentialis in paruo mundo; cur vt Primus motor eſſe non poterit pars eſſentialis in magno mundo? Præterea quod ex D. Bernardo refers, *Deum eſſe ſupra omnia*; id non conuincit Deum non eſſe mundi formam; nam de intellectu, qui forma eſt hominis, Ariſt. enun-

enunciauit eſſe *a* Dominum ſecundum naturam, quo impoſſi- *a* 1.de an.
bile ſit aliquid in nobis eſſe melius, aut præſtantius. Similiter t.82.
ex eodem Bern. ſumet Vlyſſes, Deum ipſu n ſibi formam eſſe, ipſum ſibi eſſentiam; quia forma eſt & eſſentia independens ab alio; ſed hinc non habebis Deum ſeipſum non communicare mundo in formam; quum de ratione boni ſit eſſe communicabile. Sed qui talia profers ex D. Ber. cur in eodem eius opere a te citato non legiſti, quæ ſententiam muniunt, quam impugnare contendis? vnum eorum eſt comparatio Dei ad animam, *Itaque ſicut anima videt in oculis, audit in auribus, odorat in naribus, in faucibus guſtat, tangit in toto reliquo corpore: ſic Deus diuerſa in diuerſis ſpiritibus operatur.* Alterum eſt, Deum eſſe ipſum met eſſe omnium, adeoque mundi totius formam; forma enim eſt ratio eius quod quid erat eſſe, ac aliquo modo eſſe rei formatæ: *Quid item Deus?* inquit: *Sine quo nihil eſt: tam nihil eſſe ſine ipſo, quam nec ipſe ſine ſe poteſt: ipſe ſibi, ipſe omnibus eſt: ac per hoc quodammodo ſolus eſt ipſe, qui ſuum ipſius eſt, & omnium eſſe:* quatenus enim ipſe ſibi eſt, & ſuum ipſius eſſe eſt, eatenus ipſe ſibi forma, ipſe ſibi eſſentia; quatenus autem ipſe omnibus eſt, & omnium eſſe eſt, eatenus Vniuerſi forma eſt. Tertium eſt, Deum erga mundum ſe habere vt omnium cauſſam & efficientem; & finalem, & formalem; ſecundum quos tres modos anima dicitur ab *b* Ariſt. cauſſa eſſe viuentis corporis, *Quid eſt* *b* 2.de an.
Deus? ait Ber. *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: ex quo* t.36.37.
omnia creabiliter, non ſeminabiliter: Per quem omnia, ne alium autorem, atque alium opificem arbitreris: In quo omnia, non quaſi in loco, ſed quaſi in virtute. Ex quo omnia, tanquam vno principio autore omnium: Per quem omnia, ne alterum inducatur principium artifex: In quo omnia, ne tertium inducatur, locus: ex quo omnia, non de quo; quia non eſt materia Deus; Efficiens cauſſa eſt, non materialis. Sic igitur ex D. Ber. Deus eſt, ex quo omnia ſunt tanquam ab efficiente; per quem omnia ſunt, tanquam propter finem; & in quo omnia ſunt, tanquam in forma, quæ virtute continet a ſe formatum. Quartum eſt. *Suo autem ſublimi atque incomprehenſibili modo, ſicut omnia in ipſo, ſic ipſe in omnibus eſt.* quod etiam tetigit Ariſt. * cui, *ſi principium motus in anima quid ſit, inquiratur: patet ſic eſſe, quemadmodum Deus eſt in vniuerſo, & viciſſim* * 7. Eud.
c.18.

cun-

cuncta in illo: nam omnia ſunt in Deo vt in forma omnia conti-
nente, & conſeruante: viciſſim Deus eſt in omnibus vt forma
participata, & communicata cunctis. Sed omitte theologica,
& cum Vlyſſe philoſopho diſputa rationibus, & autoritatibus
c pag.155. philoſophicis, vt promiſiſti ab initio. LIL. *c* Deus in Vni-
uerſo eſt, non ſicuti forma in ſubiecto a ſe conſtituto, *ſed ſicut
agens adeſt ei, in quod agit, non ſicut pars eſſentiæ*; ſic debet expli-
cari Ariſt. ex D. Th. 1. p. q. 8. ar. 1. VL. Ariſt. ait Deum ſic
eſſe in vniuerſo principium motus, vti eſt anima in viuente;
modo anima ſic eſt principium motus in viuente, vt ſit actiuum
quidem principium motus, ſed forma conſtitutiua viuentis, in
quo eſt tanquam in ſubiecto a ſe conſtituto: quare gloſſa illa ex
D. Th. relata non explicat, ſed deſtruit allatam Ariſt. doctri-
d pag.156. nam. LIL. *d* Omne, quod eſt in ſubiecto, aut eſt accidens,
aut eſt forma ſubſtantialis: Deus non eſt accidens, vt cuique
patet; nec forma ſubſtantialis; quia eſt ens per ſe completum,
in cuius definitione non aſſumitur ſubiectum: *nam*, vt ait D. Th.
e 2. de an. l.1. *e ſubſtantiæ ſeparatæ, quamuis non ſint compoſitæ ex materia, & for-
ma, tamen ſunt hoc aliquid, quum ſint ſubſiſtentes in actu, & completæ
in natura ſua*. Ergo Deus non eſt in ſubiecto. VL. Etſi Deus, vt
Intellectus, ac ſecundum ſui eſſe abſolutum, ac vt ens, non ſit for
ma in ſubiecto, ſed ſit ſubſtantia ſeparata, quę non definitur per
ſubiectum; attamen ſi ſpectetur vt primus motor, ex quo & pri-
mo mobili conſtituitur vnum per ſe mobile a ſeipſo, eſt forma
f 8. phyſ. t. 41. & ſeqq. ſubſtantialis in ſubiecto a ſe conſtituto; vt ex *f* Ariſt. docet non
ſemel ipſe *g* D. Tho. Nec Deus ſub ratione primi motoris vn-
g ibid. & 1. p. q. 70. a.3. quam recte definietur ſine ſubiecto a ſe mobili. LIL. Sub-
ſtantia ſubſiſtens completa in natura ſua non eſt in ſubiecto:
2. cen. gen. cap. 70. Deus eſt ſubſtantia ſubſiſtens completa in natura ſua: ergo
Deus non eſt in ſubiecto. VL. Similiter Deus vt primum
mouens, quod eſt pars eius quod a ſeipſo mouetur, eſt in ſubie-
cto a ſe conſtituto; id tamen non tollit quominus abſolute ſit
ſubſtantia ſubſiſtens completa in natura ſua; quia non depen-
det vllo modo a ſubiecto, in quo eſt, nec ab eo ſibi complemen-
tum, ac perfectionem vllam acquirit: quare falſum eſt dogma,
ſubſtantia ſubſiſtens completa in natura ſua non eſt in ſubie-
cto; nam poteſt eſſe in ſubiecto, cui complementum ipſa tribuit,

abſ-

abſque eo quod a tali ſubiecto dependeat in eſſe, vel perficiatur vlla ratione. L I L. Et confirmatur, quia ſi Deus eſſet in ſubiecto, non appellaretur paſſim ſeparata ſubſtantia: ſed ita appellatur, & cum eo Intelligentiæ etiam. V L. Deus & Intelligentia quæuis appellatur ſubſtantia ſeparata tum in genere entis; tum quia non pendet in eſſe a ſubiecto ſuo mobili; tum quia non mouetur ad motum ſubiecti; ſed ſi conſideretur vt primum mouens, ab Ariſt. *h* ſemper dicitur eſſe in ſubiecto a ſe mobili, nec vnquam dicitur ſeparatus, ſed ſemper ſimul cum mobili, & in eo. L I L. *i* Quod eſt in ſubiecto, neceſſario eſt in alio: Deus non eſt in alio: ergo non eſt in ſubiecto. Minor habetur ex D. Tho. 1. con. gen. c. 27. rat. 4. concludente *Deum, quia eſt ens nobiliſſimum, non eſſe alicuius rei formam, & non eſſe in alio.* & 1. p. q. 3. a. 2. ad 3. vbi Deus appellatur forma non receptibilis in materia, per ſe ſubſiſtens, quæ ex hoc ipſo indiuiduatur, quia non poteſt recipi in alio: ergo nullo modo eſt in ſubiecto. & q. 7. ar. 1. ad 3. Deus dicitur ſubſiſtens eſſe, & non poſſe recipi in alio: hinc ſequitur vt non ſit in ſubiecto. V L. Duplici reſponſione tollitur hæc ratio; nam D. Th. ibi vult Deum non eſſe in alio, non recipi in alio, cuius indigeat ad ſubſiſtendum; at non negat Deum ſemetipſum mundo communicare in formam, & eſſe in mundo ſine vlla dependentia a mundo; ſed hoc vltro fatetur, vt antea notaui. Deinde D. Th. locis allatis conſiderat Deum ſub ratione Deitatis, & entis primi; quo ſenſu non eſt in alio, nec forma receptibilis in ſubiecto; ſed vbi Deum conſiderat ſub ratione primi motoris, ſub qua formalitate de Deo nos in præſentia diſputamus, *k* ipſe cum *l* Ariſt. mecumque ſtatuit primum motorem eſſe formam vnitam ſuo mobili, ac partem immobilem eius quod mouetur a ſe ipſo, in quo eſt vt forma in ſubiecto a ſe conſtituto. Sed in prima D. Th. autoritate, qua dicis 1. con. gen. cap. 27. rat. 4. concludi *Deum, quia eſt ens nobiliſſimum, non eſſe alicuius rei formam, & non eſſe in alio.* noto † nihil horum haberi in eo loco, ſed ſolummodo Deum non eſſe ipſum commune eſſe omnium rerum, ac eſſe vniuerſale in intellectu; verba D. Tho. ſunt ipſiſſima, *Si igitur Deus ſit commune eſſe; Deus non erit aliqua res exiſtens niſi quæ ſit in intellectu tantum; oſtenſum autem eſt ſupra Deum eſſe aliquid non ſolum in intellectu,*

h 7. phy. & 8. phy. t. 54. 7. eud. c. 18
i P. g. 157.
k 1. p. q. 70. a. 3. 2. con. gen. c. 70.
l 8. phy. 41. & ſeqq.
† 200. fall. cit.

tellectu, ſed in rerum natura; non eſt igitur Deus ipſum eſſe commune omnium. Animaduertenda eſt etiam ratio, qua dicis. A D.Th. *Deus appellatur forma non receptibilis in materia, per ſe ſubſiſtens, quæ ex hoc ipſo indiuiduatur quia non poteſt recipi in alio: ergo nullo modo*

* 14. Soph. *eſt in ſubiecto:* nam ex particulari antecedente colligit * paralogizans concluſionem vniuerſalem: loquitur enim ibi D.Tho. de Deo ſub ratione Deitatis, ſiue ſub ratione entis, non ſub ratione motoris; vt cuique patet; tu vero ex eo, quod non conuenit Deo ſub ratione Deitatis accepto, colligis nullo pacto conuenire Deo.

m præd. ſub. LIL. Prima ſubſtantia, inquit *m* Ariſt. non eſt in ſubiecto: ſed Deus eſt prima ſubſtantia, & indiuidua quædam ſubſiſtens natura: ergo non eſt in ſubiecto. VL. In primis quidem Ariſt. ibi clare docet ſe agere de ſubiecto inhæſionis, non autem de ſubiecto conſtitutionis, de quo nos in præſentia diſputamus, dum ait primam ſubſtantiam non eſſe in ſubiecto; tum quia hoc decernit dirimens ſubſtantiam ab accidente,

n antepr. cap. 2. cuius proprium eſſe *n* dixerat τὸ eſſe in ſubiecto: tum quia mox dubitationem ſoluens de differentijs, ſeu formis ſimplicibus, quas ſub nomine ſubſtantiæ primæ non comprehendit, infit, *Quare non erit eorum ſubſtantia, quæ ſunt in ſubiecto: non eſt autem proprium ſubſtantiæ hoc; ſed & differentia eorum eſt, quæ ſunt in ſubiecto.* & paullo poſt. *Non conturbent autem nos ſubſtantiarum partes, quæ ita ſunt in toto, quaſi in ſubiecto ſint: ne forte cogamur eas non eſſe ſubſtantias confiteri: non enim ita ea, quæ ſunt in ſubiecto dicebantur, quaſi vt partes ineſſent alicui.* Deinde vero Magiſter in loco a te citato loquitur de ſubſtantia prædicamentali, quę continetur in genere diſtincto ab alijs nouem coordinationibus: Deus autem non eſt in prædicamento, nec ſub vllo genere continetur, vt late non ſolum probauit *o* D.Tho. Sed etiam patefecit *p* Ariſt. aſſerens Deo, cani, homini, & equo nihil eſſe commune; quem locum fuſius *q* alibi explicaui. Deinceps autem nomine ſubſtantię primæ Philoſophus in prædicamento ſignificat ſubſtantiam compoſitam; quum ſimplices formas, quas ibi differentias appellat, a ſubſtantijs diſcernit: Deus autem non eſt ſubſtantia compoſita.

o 1. cont. gent. c. 26.
p 1. de an. t. 8.
q 2. de vita cap. 1.

LIL. Ammonius in exp. cap. de ſubſt. part. 14. ſic ait, *Quod non ſit in ſubiecto prima ſubſtantia, nec probatione dignum quidem arbitratur, cum ſit id ex euidentia manifeſtum;*

nam

nam ipſum eſſe in alio non habet Socrates. Et ne credamus Ammonium hoc tantum dixiſſe de primis ſubſtantijs compoſitis, & materialibus, ideo videamus quid ſcribat de immaterialibus, & de intelligibilibus ſubſtantijs, in expoſ. eiuſd. cap. part. 10. *Conuenire intelligibilibus ſubſtantijs finitionem haudquaquam ratione omnino vacaret, quoniam nec in aliquo inſunt ſubiecto, nec de vllo ſubiecto prædicantur.* V I. Incl. Fl. & hic falſa citatione mihi opponis Ammonium, eius dubitationem pro determinatione proponens, quum ipſe ſtatim contrarium † ſtatuat, & ratione confirmet; quam determinationem detruncas ab integra ſententia Ammonij; qui non ſolum pro me contra te dixerat ab initio particulæ abs te citatæ, *Naturam non in ſubiecto iacentem, quæ ex oppoſito ab accidentibus dirimitur: Hæc in ſubiecto non hærens natura aut ſimplex, aut compoſita eſt: ſimplex quædam deterior quam compoſita, quædam præſtantior: eſt autem ſubſtantia compoſita, homo, & id genus alia: ſimplex vero & quam compoſita præſtantior, Deus, angelus, mens, anima, & ſimilia: ſimplex & quam compoſita deterior, materia prima, formaque. Diſputat autem hoc loco Ariſt. neque de ſimplici atque ea, quæ præſtat compoſita (non enim de rebus diuinis ſibi diſſerendum propoſuit) neque de ſimplici ac deteriore quam compoſita, quando nec ſcrutari de natura inſtituit: ſed de ſola compoſita: atque huius alteram primam eſſe ait alteram ſecundam: primam vocat particularem, ſecundam vniuerſalem, quæ ad ſpecies ac genera pertinet* &c. verum etiam paullo poſt, *Quærendum vero eſt num hæc in ſubſtantijs quoque intelligibilibus, vt angelo ac ſimilibus finitio quadret, vt dicere eas poſſimus neque in ſubiecto eſſe, neque de ſubiecto appellari: nam & in ipſis quodammodo competere ratio videtur: ſed aſſerimus* (nota determinationem, quæ te ſatis arguit de falſi citatione) *non competere: nam quæ acceptæ negationes in definitione ſunt, non ſublationem ſolam, ſed poſitionem quoque ſignificant: ſiquidem ad aliorum diſtinctionem dicuntur: nam non in ſubiecto quæ eſt ſubſtantia ad eorum quæ ſunt in ſubiecto, hoc eſt accidentium, differentiam dictum eſt: non de ſubiecto autem ad eius quod de ſubiecto fertur diſcrimen. Enimuero quemadmodum duplex lumen eſt, alterum e contra a tenebris, ijs inquam quæ in aere offunduntur diſcretum: alterum quod nuſquam refertur, nec oppoſitum habet vllum, vt Solare: ita negationes quoque hic per ſe ipſas quandoque, nec*

† 201. falſ. cit.

ad diſcriminationem; interdum vero ad oppoſitorum diſcretionem dici affirmabimus. Ergo ſi negationes hoc loco non ad oppoſitorum diſcrimen acciperentur, vtique conuenire in intelligibilibus ſubſtantijs finitionem, haudquaquam ratione quodammodo vacaret; quoniam nec in aliquo inſunt ſubiecto, nec de vllo ſubiecto prædicantur: nunc vero aſſumptis ad differentiam negationibus, iure particularibus ſubſtantijs finitione dignitatem comparamus; quum eas per id quod dicit non in ſubiecto ſeiungamus ab accidentibus; per verba autem hæc non de ſubiecto, ab ijs quæ de ſubiecto prædicantur diſcernamus. Et vero hic ipſis dignitatem adhibemus, quum vſum alijs præbere, nullius vero egere eas affirmamus: vniuerſalia enim ad prædicationem opus habent particularibus; hæc vero illis non item. At intelligibilibus ſubſtantijs (nota determinationem repetitam te de falſa citatione coarguentem) *nullam per hæc dignitatem afferemus: nihil enim proditum magni eſſet, ſi has in ſubiecto non eſſe diceremus; neque enim aduerſus eas diſtinctum accidens quodpiam eſt; ſiquidem nec capaces omnino ſunt accidentium. Ac quid de intelligibilibus loquor ſubſtantijs, quando nec in ſola anima ratio congruet, vtique quum abſolutam eam a corporis vinculo ac ſimilem Deo redditam, bonumque mundanum inſpicientem contemplamur? at quum in generatione ſpectatur, corporibusque complexa eſt, tunc & in ipſa finitio quadrabit, vt quæ ſubdita eſt accidentibus* &c. Ex quibus apertiſſime conſtat tam Ammonium ſtatuere definitionem primæ ſubſtantiæ, quod non ſit in ſubiecto, nec dicatur de ſubiecto, conuenire ſolis ſubſtantijs compoſitis materialibus, non autem ſimplicibus, ac ſpeciatim nedum Deo, ſed nec etiam animæ noſtræ a corpore ſeparatæ: tum te falſa citatione Ammonium, contraria tibi decernentem, mihi opponere, dum ex eius hypothetico ſyllogiſmo, quo dicit, ſi negationes non eſſe in ſubiecto, & non dici de ſubiecto non acciperentur hic in definitione primæ ſubſtantiæ; ad differentiam accidentium oppoſitorum: vtique conuenire in intelligibilibus ſubſtantijs hanc definitionem, haudquaquam ratione quodam modo vacaret: ſed nunc aſſumuntur hæ negationes ad differentiam accidentium: ergo non conueniunt intelligibilibus ac ſimplicibus ſubſtantijs, ſpeciatimque nec Deo, nec animæ ſeparatæ, ſed ſolis ſubſtantijs materialibus & compoſitis: tu ſumis conſequens antecedenti annexum, quod Ammonius

monius

Digitized by Google

monius ipſe falſum eſſe decernit, veluti dogma verum, quo ex Ammonio probes Deo conuenire illud non eſſe in ſubiecto, de quo tractat Ariſt. in prædicamento. Sed & alia quoque ratione falſam citationem affers, quia corrumpis Ammonij verba † peruertens eius particulam *quodammodo* in particulam *omnino*; quæ quam inter ſe diſſideant nemo non nouit; ſcribis enim eum dicere, *conuenire intelligibilibus ſubſtantijs finitionem haudquaquam ratione omnino vacaret, quoniam nec in aliquo inſunt ſubiecto, nec de vllo ſubiecto prædicantur*; atque hoc theorema verum cenſere; quum & ſecus ille ſcribat, *Vtique conuenire in intelligibilibus ſubſtantijs finitionem, haudquaquam ratione quodammodo vacaret; quoniam nec in aliquo inſunt ſubiecto, nec de vllo ſubiecto prædicantur*: & ipſe ſtatim tale dogma tanquam falſum refellat adhibita ratione, vt conſtat ex verbis ipſius nuperrime propoſitis. L I L. Ratio a priori partim ſupra allata eſt, partim nunc a me adducitur clarius, quia enim Socrates ſubſiſtit in ſe complete, ideo r vt dicebat Ammonius, non eſt in ſubiecto: ſed Deus in ſeipſo completiſſime ſubſiſtit, quod ad propoſitum meum appoſitiſſime dixit illuſt. phyloſ. & theol. Io: Baccon. in 1. di. 8. q. 1. ar. 2. vbi probare intendit Deum eſſe ſubſtantiam, remota omni limitatione, & imperfectione, ex eo *quia ſubſiſtit in ſe*; Quomodo ergo eſt in alio, vt in ſubiecto? V L. Quomodo? hac ratione, quia eorum, quæ per ſe ſubſiſtunt, duo ſunt genera; quædam ita per ſe ſubſiſtunt, vt non ſint vlla ratione partes alicuius totius a ſe conſtituti; & huiuſmodi non ſunt in ſubiecto nec inhæſionis, nec etiam conſtitutionis; hoc modo Socrates, & quæuis alia ſubſtantia compoſita completa non eſt vllo pacto in ſubiecto: quædam vero ſic per ſe ſubſiſtunt, vt ſint partes alicuius totius a ſe conſtituti; ſic Deus per ſe completiſſime ſubſiſtit, nec ad ſubſiſtendum indiget alio vllo; ſed quia bonitate ſua ſemet ipſum communicat in formam toti corpori mundano, atque in primum motorem conſtituens mundum animal quod a ſeipſo mouetur; ideo Deus eſt in tali ſubiecto a ſe conſtituto; quia vero ab eo ſubiecto in eſſe non pendet, ideo per ſe completiſſime ſubſiſtit. Nec me mouet autoritas Io: Bacconi quantumuis illuſtris philoſophi ac theologi ſtatuentis Deum eſſe ſubſtantiam prædicamentalem, & in genere illo ſubſtantiæ comprehendi:

† 102. falſ. cit.

r pag. 158.

hendi; quia illo illuſtriores Philoſophi Ariſtoteles, & Ammonius, ac illuſtrior eodem Theologus D. Tho. Deum in prædicamento, ac in genere non contineri decernunt. LIL. Exc. Collega pag. 123. dixit *Deum, ſiue primum mouens eſſe in corpore circulari, quod eſt materia mobilis, tanquam formam in materia, & ſicuti eſt ſanitas in calidis & frigidis*: ex quo ſic arguo, Quicquid eſt in alio vt forma in materia, & ſicuti ſanitas in calidis & frigidis; eſt dependenter a materia; & ſaltem mouetur per accidens ad motum ſuæ materiæ. Deus ſecundum prædicta eſt in cælo, vt forma in materia: ergo erit dependenter a cælo, ſaltem, mouebitur per accidens ad motum cæli: quod eſt falſum & conceditur a D. meo. maior probatur ex 4. phy. t. 32. vbi albedo & ſcientia, quæ ſunt in alio ſicut ſanitas in calidis & frigidis, dicuntur moueri per accidens ad motum eius, in quo ſunt: & confirmatur euidentiſſime in anima; quæ quamuis forma præſtantiſſima, tamen mouetur per accidens ad motum ſui corporis, vt fatetur Ariſt. in 1. de an. t. 42. non eſt ergo Deus in alio vt forma in materia. Simplicius autem 4. phy. com. 28. *eſſe in ſubiecto reducit ad eſſe veluti formam in materia*: hinc ſequitur ſi Deus non eſt vt forma in materia, neque etiam eſſe in ſubiecto, quia, negato genere negatur etiam omnis eius ſpecies; eſſe in materia eſt veluti genus ad eſſe in ſubiecto, per Simpl. citato com. 28. ergo ſi non eſt vt forma in materia, neque erit vt in ſubiecto. V L. Tu; Fl. incl. mea verba tranſponens de vero ſenſu violenter trahis ad falſam ſententiam; non enim dixi, quod mihi nunc imponis, *Deum ſiue primum mouens eſſe in corpore circulari, quod eſt materia mobilis, tanquam formam in materia, &* † *ſicuti eſt ſanitas in calidis & frigidis*: ſed referens modos, quibus ſ Ariſt. ait aliquid eſſe in aliquo; quintum notaui dicens. *Amplius vt ſanitas in calidis, & frigidis, & omnino vt forma in materia.* (*Quo modo dicitur ab* t *Ariſt. primum mouens eſſe in corpore circulari, quod eſt materia mobilis*) &c. nimirum quum in hoc modo quinto Magiſter prius exemplum attuliſſet de forma accidentali, quæ ſanitas eſt exiſtens in ſubiecto inhæſionis, quod explicauit nomine calidorum & frigidorum, ſiue humorum, ſiue partium viuentium; ipſum ſtatim dogma extendit ad omnem formam abſolute, ſiue ſit accidentalis, ſiue ſubſtantialis; & hæc ſiue in-

† 203. fall. cit.

ſ phyſ. t. 22. & 25.

t 8. phyſ. t. 84.

formans, ſiue aſſiſtens; quod indicat illa nota, *omnino*, cunctas formas complectens; *& omnino*, inquit, *vt forma in materia*; quam generalitatem, vt ita loquar, inſpiciens, ego ſtatim attexui, *quo modo dicitur ab Ariſt. primum mouens eſſe in corpore circulari, quod eſt materia mobilis*; clare innuens primum mouens eſſe in orbe, vt forma ſimpliciter eſt in materia, non autem vt ſanitas eſt in calidis & frigidis, quod tu me vis dicere; nam mea verba reſpiciunt proximum & immediatum dictum Ariſt. non autem ſuperius, & remotum. Quare ad argumentum tuum concedens, Quicquid eſt in alio vt ſanitas in calidis & frigidis, eſſe dependenter a materia, & moueri per accidens ad motum ſuæ materiæ: nego quicquid eſt in alio ſimpliciter vt forma in materia eſſe dependenter a materia, & ſaltem moueri ad motum ſuæ materiæ; tum quia rationalis anima, quæ in corpore ineſt vt forma in materia, non dependet a materia, in qua eſt; tum quia forma aſſiſtens eſt in u eo, cui aſſiſtit, tanquam forma in materia, & non x dependet a materia, nec ad illius motum y mouetur per accidens. Deus autem a me ſemper dicitur eſſe in cælo vt forma ſubſtantialis aſſiſtens; nunquam vt forma informans; quæ ſola mouetur per accidens ad motum ſui ſubiecti. Deinde vero noto, quod ais Simpl. 4. phyſ. com. 28. *reducere eſſe in ſubiecto ad eſſe veluti formam in materia*; id totum Pleſſiacum eſt, & falſum; quia † nihil de propoſito tractat eo loco Simplicius; & quia pars eſt in toto tanquam in ſubiecto conſtitutionis, non autem tanquam in materia; quum totum non ſit materia partium, nec ad eas ſe habeat vt materia ad formam; ſed viciſſim z Ariſtotele doctore partes ſunt materia totius; & totum eſt forma partium. Deinceps nego w eſſe in materia eſſe veluti genus ad eſſe in ſubiecto; quia viceuerſa eſſe in ſubiecto eſt veluti genus ad eſſe in materia; nam ſubiectum duplex eſt; aliud eſt pars compoſiti, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis; & hoc eſt materia; aliud eſt totum ipſum compoſitum, quod dicitur ſubiectum conſtitutum: quo nomine partes in toto ſunt tanquam in ſubiecto conſtituto; forma ſubſtantialis eſt tum in eodem ſubiecto; tum in ſubiecto, quod eſt altera pars conſtituens; atque adeo in materia; forma accidentalis ſimiliter eſt in vtroque ſubiecto proportionabiliter. LIL. a Veritas itaque

u 8 phyſ. t. 41. & ſeqq. & 84.
x 12 meta. t. 36.
y 8. phy. t. 45. & ſeqq.
† 104. falſ. cit.
z 2. phyſ. t 31. & 3. phyſ. t. 66
a pag 159.

que

que eſt, quam confirmo cum Alb. *a* in 1. cæl. tr. 1. c. 9. *Deum eſſe
in cælo, ſicut motorem indiuiſibilem; & per eundem modum eſſe cete-
ras ſubſtantias intellectuales in ſuis orbibus*; ſed motor non eſt in
mobili tanquam in ſubiecto. V L. Integram affer Alberti
ſententiam; & omnes agnoſcent eum non tibi, ſed mihi ſuffra-
gari; dicit enim, *Sed ſciendum quod aliter Deus eſt in cælo, aliter lo-*
† 205. falſ. cit. *catum in † loco; quia Deus non continetur cælo, ſed potius eſt in ipſo
ſicut motor indiuiſibilis: & per eundem modum ſunt cetera ſubſtan-
tia intellectuales in ſuis orbibus; ſicut determinatum eſt in 8. phyſ.*
Quibus aperte conſtat Deum in cælo poni, & alias intelligen-
tias in orbibus ſuis, vt motor indiuiſibilis, non vt in loco: pro-
indeque a Deo & Intelligentijs excludi ſolum eſſe in loco, non
autem, vt opinaris, eſſe in ſubiecto; ſed hoc aperte nobis innuit
Alb. citans 8. phy. nam ibi Magiſter docuit primum mouens
b tex. 42. & ſeqq. eſſe in cælo mobili vt altera *b* pars immobilis conſtituens id
quod mouetur a ſeipſo; at pars formalis in materia eſt, &
vtraque in toto velut in ſubiecto. Sed nonne tibi rationalis
anima eſt in humano corpore, ac in homine, non vt in loco, ſed
vt motor indiuiſibilis? eſt certe mihi Ariſtotelem audienti de-
c 2. de an. t. 24. cernentem Intellectum eſſe quo primo *c* mouemur, & omnino
principium *d* motiuum; ac *e* indiuiſibile; ceterum intellectus
d 3. de an. t. 48. & ſeqq. humanus eſt in humano corpore, tanquam forma in ſubiecto
conſtituente; & in homine tanquam in ſubiecto conſtituto.
e 12. meta. t. 51. Dein quomodo ex eo quod Deus eſt in cælo vt motor indiuiſi-
bilis colligis eum in eodem non eſſe pariter vt forma in mate-
ria? nauta eſt in naui, vt forma in materia, vt ſuperius oſtendi
f 2. de an. t. 11. ex *f* Ariſt. ſed nauta in naui eſt etiam vt motor indiuiſibilis;
quia nauta non eſt diuiſibilis vt nauta eſt, nec per ſe, nec per ac-
cidens ad diuiſionem nauis; licet ſit diuiſibilis Palinurus vt
corpus eſt, & quantitatem habens; at vt artifex arte nauigandi
g 6. ethic. cap. 3. præditus, quæ eſt habitus *g* animi, ac mentis incorporeæ, quan-
titate carentis, indiuiſibilis eſt. L I L. D. etiam Tho. 8. phy.
exp. t. 84. Dixit, *Deum non eſſe in cælo, vel in parte cæli per determi-
nationem ſuæ ſubſtantiæ, vel per aliquam affixionem, ſed per efficien-
tiam, & per influentiam motus*; quod etiam remouet eſſe vt in
† 206. falſ. cit. ſubiecto. V L. Et hæc eſt citatio fere Pleſſiaca; nam D. Tho.
ibi non comparat † Deum mundo, ſiue cælo toti, ſed Primum

mo-

motorem ſolum parti determinatæ cæli, nimirum ætheree, vel orienti; dicit enim; *Primum enim mouens eſt indiuiſibile, & nullam habens magnitudinem, nec eius potentia eſt potentia in magnitudine: quod autem eſt huiuſmodi, non videtur habere determinatum ſitum in corpore: non ergo contingit primo motori eſſe magis in vna parte primi mobilis, quam in alia: ſed dicendum eſt, quod dicitur, primum mouens eſſe in aliqua parte ſui mobilis, non per determinationem ſuæ ſubſtantiæ, ſed per efficientiam motus: quia ex aliqua parte ſui mobilis mouere incipit; ideo potius & dicitur eſſe in cælo quam in terra; & potius in oriente, vnde incipit: quod non poteſt intelligi ſecundum aliquam affixionem motoris illius ad partem determinatam mobilis; quum non ſit aliqua pars determinata mobilis ſemper in oriente, ſed quæ nunc eſt in oriente, poſtmodum eſt in occidente. Et ſic patet quod dicitur eſſe virtus mouens in oriente per influentiam motus, & non per determinationem ſuæ ſubſtantiæ.* In quibus non de Deo, qui primus motor eſt omnia mouens *h* Ariſtoteli, ſed agit de primo motore ſupremi cæli: quum enim tu a me diſſideas in eo, quod cenſes Deum immediate mouere ſupremum cælum, ego vero putem id eſſe munus intelligentiæ infra Deum, quæ primus etiam motor appellatur, D. Tho. verba, *Primum mouens* mutas in verbum † *Deum*: ſtatuit autem D. Tho. primum mouens non eſſe in vna quapiam cæli parte per determinationem ſuæ ſubſtantiæ, nec per aliquam affixionem; ſed per influentiam & efficientiam motus, quem incipit ab ea determinata parte, quæ dicitur oriens: at ſi conferatur ille primus motor toti cælo, cui appropriatus eſt, in eo eſt per determinationem ſuæ ſubſtantiæ; & per quandam affixionem; nec id negat D. Tho. per determinationem quidem ſuæ ſubſtantiæ, quia naturam habet finitam ad limites illius orbis, cui ſi adijceretur aliqua ſtella, vel magnitudo, iam amplius illi non proportionatus, ipſum mouere non poſſet; per affixionem vero, non quia dependeat ab orbe mobili, ſed quia nulla vi tenelli ab eo poteſt; quod etiam priſci theologi poetarum apte ſignificarunt, inducentes Iouem de ſe talia dicentem,

h 2. phyſ. t.73. 7. eud. c 18. 12. meta. 24.

† 207. Falſ. cit.

i *Cognoſcet deinde, quantum ſum Deorum fortiſſimus omnium.*
Eia age periculum facite, vt videatis omnes,
Catenam auream de cælo ſuſpendentes,
Omnes appendamini Dij omnesque deæ:

i Homer. Iliad. 8.

Sed

Sed non traxeritis ex cælo in terram
Iouem ſummum conſiliarium: neq; ſi valde multum laboraueritis;
At etiam ſi dedero Deum, ac primum motorem in cælo ſuo
mobili non eſſe per determinationem ſuæ ſubſtantiæ, quia non
dependet ab illo in ſubſiſtendo; nec per affixionem, quia ipſum
non informat, ſed illi aſſiſtit: non tamen inde colliges Deum,
ac primum motorem non eſſe in corpore cæli mobili, tanquam
formam in materia, & in ſubiecto; quoniam intellectus, adeoque
l 2. de an. rationalis anima, quam certum eſt decretis *l* Ariſtotelis eſſe in
t. 4. corpore tanquam forma in materia; non eſt in corpore per de-
terminationem ſuæ ſubſtantiæ, nec affixa toti corpori; tum quia
m 3. de an. eſt *m* immiſta corpori, *n* ſeparabilis a corpore, ac *o* nullius cor-
4. & 6. poris actus; nec eſt per determinationem ſuę ſubſtantiæ, vel per
n tex. 7. 20. affixionem in aliqua parte corporis, docente Magiſtro, *p* diffi-
o 2. de an. cile eſſe etiam fingere quam partem corporis, aut quomodo
t. 11. contineat intellectus; qui tamen totum corpus *q* continet, vt
p 3. de an. forma materiam. LIL. Non poſſum omittere doctrinam
t. 92. ſingularem S. Tho in 3. con. gen. cap. 13 *quicquid eſt in alio, vt in*
q 1. de an. *ſubiecto, oportet quod habeat aliquam cauſam; cauſatur enim vel ex*
t. [illegible] *ſubiecti principijs, vel ex aliqua extrinſeca cauſa.* Deus non poteſt
habere vllam cauſam: ergo in nullo eſſe poteſt tanquam in
ſubiecto. VL. Incl. Fl. termini ſumendi ſunt in ſcientijs ſe-
cundum ſubiectum materiam: loquitur ibi D. Tho. non de for-
ma ſubſtantiali, quæ fit in ſubiecto conſtitutionis; de qua nos
agimus; at de forma accidentali, cui conuenit eſſe in ſubiecto
inhæſionis; & vere omne accidens vel pendet ex principijs ſu-
biecti; in quo eſt, vel ab externa cauſſa producitur in ſubiecto:
quum forma ſubſtantialis poſſit eſſe in ſubiecto ſemetipſam illi
communicans abſque eo quod pendeat ex principijs ſubiecti,
vel ab extrinſeca cauſſa ipſam tribuente ſubiecto; conſidera ra-
tionalem animam in corpore pueri creſcentis; ea præexiſtens
alimento forinſecus aduenienti ſe communicat in formam, quę
eſt in carne per augmentum de nouo genita tanquam forma in
ſubiecto; & tamen non eſt cauſſata ex principijs ſubiectæ car-
nis; nec ab vlla cauſſa extrinſeca producta fuit in carne de no-
uo genita; ſed ipſa ſemetipſam alimento agglutinato carni ve-
teri præexiſtenti communicauit in formam. Sic plane Deus
mun-

mundano corpori ſemetipſum ob ſummam ſui bonitatem communicauit in formam motricem intime illi aſſiſtentem, cum eo corpore conſtituens vnum ſuppoſitum, quod mundus, & vniuerſum appellatur D. Thomam autem ibi tractare de forma non ſubſtantiali in ſubiecto conſtitutionis, ſed de accidentali in ſubiecto inhæſionis, ſeu potius de priuatione quadam, patet ex integra illius ſententia prolata; quam tu † mutilam propoſuiſti, violente trahere ſtudens dogma in tuam ſententiam; † 108. falſ. cit. ait enim ille citatis verbis, *Ex prædictis autem oſtendi poteſt, quod etſi malum non habeat cauſſam per ſe; cuiuſlibet tamen mali oportet eſſe cauſſam per accidens: Quicquid enim eſt in aliquo vt in ſubiecto, oportet quod habeat aliquam cauſſam: cauſſatur enim vel ex ſubiecti principijs, vel ex aliqua extrinſeca cauſſa; malum autem eſt in bono ſicut in ſubiecto; vt oſtenſum eſt: oportet ergo quod malum habeat cauſſam.* An ne tibi malum eſt forma ſubſtantialis? mihi quidem fere nec accidentalis, ſed mera priuatio formæ: an ne tibi malum eſt in bono tanquam in ſubiecto conſtitutionis? mihi quidem, ac D. Thomæ malum in bono eſt tanquam in ſubiecto ſolum inhæſionis; non enim a malo bonum conſtituitur in eſſe, ſed potius deſtruitur. Cur ergo mihi ſtatuenti Deum ſub ratione primi motoris eſſe in mundo, ſiue in mundano corpore tanquam in ſubiecto conſtitutionis, nempe in mundo, quem conſtituit mobile a ſeipſo, ceu pars formalis; quod ex *r* Ariſt. *r* 8. phy. 41. & ſeqq. ſumit ipſe D. Th. *ſ* alibi, nunc D. Thomam aſſeris contradicere, *ſ* 1. p. q. 70. ar. 3. & 1. con. gen. c. 70. qui agit de eo quod eſt in ſubiecto inhæſionis, non autem conſtitutionis? LIL. In *t* eadem pag. 145. aſſeritur totum *t* pag. 160. cælum non moueri, quamuis omnes eius partes moueantur. VL. Ariſt. me *u* docuit longe aliud eſſe dicere ſingulas partes, quod ego dixi, & omnes partes; quod tu mihi nunc † falſo imponis: ait enim Magiſter, *u* 2. pol. cap. 1. † 209. falſ. cit. *Enimvero nec ſi optimum ſit vnum quam maxime eſſe ciuitatem, tamen id non videntur demonſtrare ex ſermone, ſi omnes ſimul dicant meum, & non meum: hoc enim Socrates putat ſignum eſſe ciuitatis perfectæ vnitæ. At enim verbum omnes, duplex eſt: ſi ig tur tanquam ſinguli, forſan eſſet magis, quod efficere vult Socrates: ſinguli enim eundem filium ſuum dicerent, & mulierem eandem, & de facultatibus, & de quibusuis alijs alia eodem modo, Nunc autem non ita dicunt, qui communibus vtantur mu-*

Digitized by Google

lieribus, & filijs: ſed omnes quidem, at non vt ſinguli ipſorum: eodemque modo de facultatibus, omnes quidem, ſed non vt ſinguli eorum. Quod igitur aberratio quædam ſit in verbo, omnes, manifeſtum eſt: nam & vtraque, & imparia, & paria dicit propter duplicitatem: & in ſermonibus poſitum litigioſos facit ſyllogiſmos: quare hoc ipſum, omnes, dicere, vno quidem modo bonum eſt, ſed nequaquam poſſibile; alio autem modo nihil conſentaneum. Sic igitur aliud eſt dicere *partes omnes*, & aliud *partes ſingulas*, apud Ariſtotelem: ſed & præter Ariſtotelem ratio ipſa docet aliud quid eſſe partes omnes a partibus ſingulis; quia totum in partibus omnibus eſt; in ſingulis non eſt: ego vero in loco meo, quem carpis, non de *omnibus partibus*, vt mihi imponis, aſt locutus fui de *ſingulis partibus*: en mea verba, *Quum itaque totum cælum ſemper quieſcat, nec moueatur ad motum ſuarum partium, quæ ſingulæ ſemper mouentur*, ſed quid obijcis placito meo? LII. Hac in re mihi placet Zabar. exp. 8. phyſ. 52. ſi omnes, & ſingulæ partes circuli mouentur, neceſſario debere moueri totum circulum; & quia omnes partes cæli mouentur, ideo dicendum puto moueri etiam cælum. VL. Zabar. doctrina, quæ ſpreto Themiſtio conſentit Auerroi, mihi probari non poteſt, dum ait eo loci, *Notandum hic quod quum oporteat mundum materialem & moueri, & eſſe immobilem, hoc neceſſe eſt eſſe diuerſis rationibus; Themiſtius inquit mundum moueri ratione partium, ſed eſſe immobile ſecundum ſe totum: ſed hoc melius declaratur ab Auerr. 6 phy. 85. 86. vbi dicit cælum non modo ratione partium moueri, ſed etiam ſecundum ſe totum; totum enim mouetur ſecundum formam, & eſt immobile ſecundum ſubiectum; partes vero ſingulæ mouentur & ſecundum formam, & ſecundum ſubiectum: totum enim cælum dicitur immobile ſecundum ſubiectum, quia totum non transfertur ad alium locum; dicitur autem totum moueri ſecundum formam, quia ſimul omnes partes mouentur, nec vlla eſt, quæ quieſcat: motis autem omnibus partibus vere dicimus totum cælum moueri, ſiquidem nihil eius quieſcit, & mutatur omnium finis, & habitudo ad nos. Auerroes igitur non vult dicere cælum ratione tantum partium moueri; illud enim dicitur moueri ratione partis, cuius aliqua pars ſola mouetur; ſed vult etiam totum ſecundum ſe totum moueri, quum omnes partes ſimul locum mutent:* tum quia falſum eſt, omnes partes cæli ſimul locum mutare;

nam

nam licet ſingulæ locum mutent; omnes tamen ſimul iunctæ vnum conſtituunt; quod ſemper in eodem loco eſt: tum quia non dicimus cælum moueri ratione partis vnius tantum, ſiue ſecundum partem; ſed ratione partium ſingularum, & ſecundum ſingulas partes: tum quia licet mutetur cæli partium ſingularum finis, & habitudo ad nos; nunquam tamen mutatur omnium ſimul ſumptarum partium, ac totius cæli finis, & habitudo ad mundi centrum; ex cuius quiete vel Auerr. arguit quietem cæli totius inquiens, *Nos autem dicamus, quoniam quum ſit fixum ſecundum totum, neceſſe eſt vt hoc modo ſit quieſcens: & , quia quies eſt ei propter quietem centri, quod eſt in terra; & quies eſt, quia eſt in loco eſſentialiter, ideo dicitur cælum eſſe in eodem loco; & non transmutatur ab eo per accidens, i. quia centrum eius eſt in loco eſſentialiter: & hæc eſt intentio ſermonis Ariſtotelis* &c. Nec omnes partes ſimul mouentur, etſi nulla quieſcat; quia ſingulæ mouentur, omnes ſimul ſumptæ ſemper in eodem loco manent; ſingulæ ſiquidem reipſa diſſident ab omnibus ſimul ſumptis, vt patuit ex y Ariſt. Et id quieſcere ſemper poteſt, cuius nihil quieſcit: idem enim homo dormiens totus quieſcit, cuius ſingulæ partes mouentur calore iugiter diſſoluente ſubſtantiam humidi radicalis in halitus, & arterijs per totum corpus diſſeminatis, corde, pulmonibusque aſſiduo motu dilatationis, & constrictionis agitatis; quod innuit etiam z Ariſtoteles. Minime vero recipiendum eſt, cælum totum moueri ſecundum formam, quia ſimul omnes partes mouentur; ſiquidem partes in toto non habent rationem formæ, ſed materiæ, vt ex a Ariſtotele notaui. L I L. Hæc eſt doctrina Auerr. 4. phy. com. 43. ſi enim totum eſt vnio partium, vel ipſæ partes vnitæ, motis omnibus partibus debet moueri etiam totum. V L. Auerr. in loco a te citato primum diſputans cum Themiſtio talia proponit, veluti dubitationem, non veluti determinationem: deinde confitetur Themiſtij dogma verum eſſe de toto mundo, qui mouetur circulariter ſecundum partes æthereas, at ſecundum totum quieſcit; ac tandem propriam opinionem aperiens, determinat cælum ſecundum ſe totum quieſcere tum quia centrum, ad quod habet eſſentialem habitudinem ſecundum ſe totum quieſcit, & nunquam mouetur: tum quia eſt in loco eſſentialiter: vt conſtat ex

x 4. phyſ. com. 43.

y 2. pol. c. 1.

z 8. phyſ. t 10.

a 2. phyſ. 31.

5. meta. 3 2.

verbis eius nuper allatis: Tu vero relicta determinatione, ſuſcipis dubitationem in argumentum. LII. Quocirca optimam credo diſtinctionem eiuſdem Auerr. 6. phy. com. 85. ſphęram moueri ſecundum *formam*, quamuis in eodem loco maneat; id vero, quod mouetur motu recto, moueri & ſecundum *formam*, *& ſecundum ſubiectum*: in ſumma nego motis omnibus partibus totum poſſe quieſcere. VL. In primis falſam ego puto doctrinam Auerrois, quia nomine formæ quatuor ille poteſt intelligere, vel intelligentiam aſſiſtentem, vel formam informantem, vel figuram circularem cęli, vel imaginem omnium aſtrorum in cælo ab aſtronomis inſpectam. Si de Intelligentia ſermo ſit, eam Ariſt. immobilem prorſus demonſtrauit: ſi de anima quapiam informante, quum hæc totum informet, nec vni parti tantum aſſixa ſit, iam contra dicentes totum ſecundum ſe totum non moueri, petitio principij foret aſſerere totum moueri ſecundum formam; & eo magis id a vero eſt alienum, quod anima per ſe immobilis eſt Ariſt. & non mouetur niſi per *b* accidens ad motum eius in quo eſt: totum ergo non mouetur ſecundum formam huiuſmodi: ſi ſermo ſit de figura circulari totius, iam hanc eandem numero ſemper retinet totum cælum; quod proinde ſecundum ipſam mutari non dicitur: ſi tandem agatur de imagine alteriſmorum; vere quidem poſitionem ſingularum imaginum mutat cælum in reſpectu ad centrum; ſed quia non eſt vnica imago totius, at multæ ſunt imagines in varijs cæli partibus; motus earum imaginum non eſt motus totius, de quo loquimur, ſed motus partium, quem non negamus: & vere Auerr. dum probare vult circulum totum moueri ſecundum formam, accipit motum partium ſingularum, & ex earum motu vult petens principium probare totum moueri; dicit enim, *Neceſſe eſt vt totus circulus transferatur apud motum circa centrum de alio in aliquid: quoniam ſi imaginati fuerimus multa puncta eſſe in conuexo eiuſdem circuli, tunc ille circulus d. uidetur per illa puncta in multos circulos; omnis enim punctus poſitus in circulo deſcribit circulum alium ab eo, quem deſcribit alius punctus, ſ. quod numerus circulorum erit ſecundum numerum punctorum: & quum ita ſit; tunc circulus, quum transfertur in concauo, aut ſuper conuexum circuli, transfertur de circulo in circulum, diuerſum ab eo ratione; et ſi ſint*

b phy. t. 1. de an. t. 61.

ſint idem ſubiecto ; & quum iſti circuli , qui ſunt in rotundo, in quo eſt tranſlatio ſecundum numerum circulorum , qui ſunt in rotundo , quod transfertur , neceſſe eſt vt circulus transferatur de circulo in circulum : ergo circulus transfertur ſecundum totum de loco in locum diuerſum ſecundum formam ; licet non ſit diuerſus ſecundum materiam ? Et ſimiliter eſt de ſphæra ; ſphæra enim diuiditur in ſphæras infinitas per lineas , quæ imaginantur in circumferentia, exeuntes a polo ad polum, ſ. medietates circulorum ; nam iſtæ medietates diuidunt ſphæram in multas ſphæras, ſicut puncta diuidunt punctos . Quæ ratio peccat in eo, quod petit principium; nam illa puncta deſignata in circulo ſunt deſignata ſingula in vna parte circuli, ſimiliter illæ multæ lineæ deſignatæ in ſphęra a polo ad polum ſunt in multis partibus ſphæræ, nec vlla earum totam ſphæram attingit; quare dum mouentur ſingula puncta , & ſingulæ lineæ, mouentur ſingulæ partes circuli, & ſphæræ, non autem totus circulus, aut tota ſphæra. Præterea de ratione totius in relatione ad partes eſt vt ſit vnum quid, illæ vero multæ; vt ait *c* Ariſt. Auerroes autem nunc probans ex motu multorum punctorum deſcribi multos circulos, & ex motu multarum linearum multas ſphæras, quarum ſingulæ variæ ſint; non probat intentum ; nam totus circulus vnus eſt , nec e pluribus circulis componitur : & tota ſphæra vnum quid eſt; nec e multis ſphæris componitur . Non ergo totum cælum mutatur ſecundum totum vlla ratione, ſed ſolum ſecundum partes ſingulas : vt olim dixi . Addendum his eſt hanc rationem eſſe diſputatiuam , & potius ex mathematicis deductam , quam e phyſicis principijs. Deinde quod negas motis omnibus partibus totum poſſe quieſcere; vt mihi nil obſtat, qui nunquam de partibus omnibus egi , ſed ſemper de ſingulis ; ita qui tenent totum eſſe tertiam quandam entitatem a partibus omnibus ſimul acceptis diſtinctam cum *d* Subtilium principe ; poſtulant a te probationem huius negationis. L I L. Videri poteſt Zim. in 1. phy. ſolut. contr. 10. V L. Vidi, & non inueni eum rationem vllam afferre, quæ tuum dogma confirmet ; nam autoritas illius nuda nil me mouet . Sed alibi contra te decernit inquiens , *e Aduerte tamen quod etſi totum integrale non dicat tertiam entitatem realiter diſtinctam a partibus ſimul iunctis, dicit tamen aliud ſecundum rationem etiam a partibus ſimul iunctis ;*

c meta. t. 31.

d 3. ſen. d. 2 q. 2.

e theor. 95.

nam tale totum reſpectu partium habet reſpectum formæ ad materiam, & partes ad tale totum habent reſpectum materiæ ad formam, vt ait Com. 7. meta. com. 33. & Ariſt. 2. phy. 31. Quare quod mouetur ſecundum omnes partes ſimul iunctas, non ideo mouetur ſecundum formam; ſed ſecundum materiam. LIL. Dicam infra hoc cap. 3. n. 16. VL. Obſecro ne interrumpamus hanc ſpeculationem, dic nunc ea quæ habes de propoſito. LIL. In
f pag. 174. f eadem pag. 148. dicitur *cæleſtes orbes moueri quidem ſecundum omnes ſuas partes, & quieſcere ſecundum totum, quia circularis motus eſt partium totius quieſcentis.* VL. Locum & hunc meum
† 210. falſ. cit. Pleſſiace † corrumpis, non enim *omnes partes*, ſed *ſingulæ partes* a me conſideratæ ſunt; dixi namque, *Quum vniuerſum ſecundum ſe totum ſemper quieſcat immobile, licet eius partes ſingulæ moueri dicantur.* & mox. *Similiter Intelligentia cælo appropriata ſic eſt in tota ſua ſphæra, vt nullam in ea partem ſibi determinet; quo factum eſt vt ab hoc etiam Primo Mouente immobili ſphæra tota ſemper quieſcat immota, cuius partes ſingulæ ſemper mouentur in orbem: eſt itaque Primus Motor hic in orbe ſuo, tanquam in ſubiecto conſtitutionis, vt vidimus, quum ſit Natura motrix: attamen non mouetur ad motum ſubiecti ſui, quia ſubiectum mouetur ſecundum partes, at ſemper quieſcit ſecundum totum; quia circularis motus eſt motus partium totius quieſcentis; Intelligentia vero motrix eſt in toto ſuo cælo, quod quieſcit, non in vnaquaque parte ſeorſum, qua mouetur.* LIL. Ego aſſero, ſi omnes, & ſingulæ partes orbis mouentur, ipſum etiam totum orbem moueri. Perſuadet hoc mihi &c. VL. Quæ toto hoc numero dicis, nil aliud probant, niſi totum moueri, cuius omnes, & ſingulæ partes mouentur; quod vt diſputationi dem, nihil omnino contra me, qui nunquam dixi omnes partes orbis moueri, ſed ſolum ſingulas; quas ab omnibus diſtingui
g pag. 175. nuper notaui ex Ariſt. LIL. g Sed nihil in hoc habere poſſumus clarius doctrina Simplicij 1. phy. c. 19. *Aliquid moueri ſecundum locum poteſt, & non mutare locum ex loco.* Hoc ego dico accidere circulo, mouetur ſecundum locum, & non mutat lo-
† 211. falſ. cit. cum ex loco. VL. Cur † mutilas ſententiam Simplicij, & non affers verba immediate præcedentia, quibus ipſe meum placitum confirmans tuum plane deſtruit? ait enim, *At Ariſt. primum accuſat, & refellit, cur neceſſe eſt, ſi vnum ſit, non moueri ſe-*

cun-

cundum locum; ſiquidem tota queant, quum vnum ſint, & in eodem loco maneant, moueri partibus in eodem loco mutuo ipſiſmet cedentibus, quæ vacuo quodam hoc modo non egent, ceu & hæc aqua, quæ in vno & eodem vaſe manet, & agitatur partibus. Quid ergo vetat & vniuerſum locum non deſerendo, neque nouum occupando moueri motis partibus ipſiſmet inuicem cedentibus in ipſo; quemadmodum & tota ſphæra moueri videtur circa polos, & axem; & omnis ſphæra conus, & cylindrus: nam aliquid moueri ſecundum locum poteſt, & non mutare locum ex loco, vt diximus. nimirum moueri ſecundum locum ratione partium, non mutare locum ratione totius, contra quod *b* Auerroes, quem ſequeris, aſſerit circulum transferri ſecundum totum de loco in locum diuerſum ſecundum formam. Quare redeamus ad ſuperiora. L I L. In *i* pag. 146. aſſeritur lumen, quod eſt actus perſpicui, *in aere eſſe formam aſſiſtentem, non informantem, nec moueri ad motum aeris.* Fateor hanc propoſitionem mihi videri eſſe mirabilem; quia in doctrina Peripatetica ego didici lumen non eſſe ſubſtantiam, ſed accidens de genere qualitatis, ideo eſſe inhærens, non aſſiſtens. V L. Ego quidem vt nunquam dixi lumen eſſe ſubſtantiam, ſed noui eſſe accidens de genere qualitatis; ita mirum non duxi inter formas accidentales alias eſſe informantes, alias aſſiſtentes, vt lumen: ac vt omittam cum Ficinum, cui tu non parum *k* adhæres in hoc opere, dicentem, *l Lumen igitur ſolius illuminantis proprius & naturalis actus exiſtit; neque corporis illuminati fit qualitas; neque tam ineſt, quam adeſt illuminato; ideo neque diaphani naturam permutat; neque hoc per locum mutato mutatur*: tum etiam Plotinum, cui *m Lumen tale accidens non eſt adeo vt ſit prorſus in alio, vel alterius paſſio quadam, ita vt oporteat eſſe, quod patiatur; alioquin oporteret diſcedente eo quod illuminat, lumen in re illuminata manere; nunc vero abit.* & mox. *Neque igitur lumen eſt color aeris, ſed in ſeipſo conſiſtit, adſtat vero aer.* & poſtea, *n Sed quia lumen actus illius,* nempe luminoſi *exiſtat, & adſit eatenus* illuminato, *quatenus nihil obſtat adeſſe:* in doctrina Peripatetica tibi opponam M. Albertum, cui propoſitio mea non mirabilis videtur, ſed aperta, dum illi conſentiens infit, *o Id enim, quod eſt in aere ſecundum actionem lucis, hoc eſt viſibile; id eſt quod lux abſtrahit & ponit in aere, hoc eſt non forma rei, ſed intentio formæ; & ideo non eſt albus, vel niger, vel alia*

b 6. phyſ. com. 85.

i pag. 160.

k pag. 45.

l lib. de lum. c. 11.

m en. 4. lib. 5. cap. 6.

n cap. 7.

o 3. meteo. tr. 3. c. 10.

Digitized by Google

forma informatus, quando in eo eſt viſibile, quia non eſt in eo niſi ſecundum intentionem formæ, & non ſecundum eſſe formæ, quod habet per materiam; & ideo motus eius per aerem eſt ſubito & non in tempore. & alibi. p *Nos autem ſequentes dicta Peripateticorum, quorum princeps fuit Ariſt. dicimus, Lucem & lumen* &c. & mox. *Lumen autem, ſicut dictum eſt, generatum ex luminoſo corpore in perſpicuo ſe habet ad lucem, qua eſt forma corporis luminoſi, ſicut ſe habet intentio coloris generata in perſpicuo ad formam coloris, quæ eſt in corpore colorato; & ideo ſatis conuenienter dicunt quidam quod lumen eſt intentio ſpirituale eſſe habens in perſpicuo, quemadmodum color eſt habens eſſe intentionale in medio*: & alio loco, q *Dicimus quod lumen eſt color perſpicui ſecundum actum facti, quando color accipitur, quia lumen ſecundum veritatem eſt actus colorum in eo quod colores ſunt; & ideo eſt natura formalis eorum*. & mox. *Quum igitur conſtet actum colorum eſſe lumen, & quum lumen ſit in perſpicuo, ſicut actus in propria ſua potentia; oportet quod prima potentia ſubiecta colori ſit aliquid perſpicuum*. Apertum ſatis eſt ex Alberto Lumen eſſe formam non informantem, ſed aſſiſtentem medio, & coloribus; nam in medio eſt vt ſpecies viſibilis repreſentatiua lucis a qua producitur in perſpicuo; ſpecies autem ſunt formæ medium non informantes, vt quæ non mouentur ad motum medij, ſed aſſiſtentes: conſimiliter in colore lumen eſt vt aſſiſtens forma, eum promouens ad generationem ſuæ ſpeciei viſibilis in medio, non vt informans; quia pariter non mouetur ad motum colorati. Sed quid tibi alios propono, quum Ariſtotelem, Porphyrium ex Ariſt. philoſophantem, & rationem ex rei natura deductam afferre valeam meum dogma confirmantes, tuam obiectionem diluentes? Dic, obſecro, nonne didicisti in Peripato tum ex r Porphyrio, Medicum, & Geometram eſſe accidens proprium homini? tum ex ſ Ariſtotele redigi ad quartum prædicamentum Accidentium non ſolum Qualitates in abſtracto, vt Medicinæ ars, & Geometria; ſed etiam Qualia in concreto, vt Medicus, & Geometra? L I L. Didici. V L. Non ne hoc ipſum dici debet de Nauta, & Gubernatore, qui pariter artifex eſt ac Medicus, & Geometra? L I L. Mihi quidem videtur. V L. An ne tibi mirabilis videtur propoſitio dicens, *in naui gubernator, & nauta eſt forma non* in-

p 2. de an. tt. 3. c. 12.

q de ſen. & ſen. tr. 2. cap. 1.

r cap. de propr.

ſ Præd. Qual.

ſ meta. t.

informans, ſed aſſiſtens? LIL. Minime vero, quia hoc *t* Ariſt. aſſeruit, & vltro confitentur omnes. VL. Non ergo tibi mirabilis propoſitio, & a Peripato aliena videri debuit, qua dixi lumen in aere eſſe formam aſſiſtentem, non informantem; licet lumen non ſit ſubſtantia, ſed accidens de genere qualitatis. LIL. Arguo tamen, quia Nullum accidens vel forma inexiſtens eſt aſſiſtens, quia ſemper eſt in ſubiecto dependenter a ſubiecto: omne lumen, quod eſt in diaphano productum a corpore lucido eſt verum accidens, & forma inexiſtens: ergo nullum lumen in diaphano eſt aſſiſtens. maior probatur ex Ariſt. in antep. c. 2. *In ſubiecto,* inquit, *eſt, quod cum in aliquo ſit, non ſicut pars, impoſſibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt;* & conſtat ibi loqui de accidente, quod proprie loquendo eſt in ſubiecto. Minor probatur a me multipliciter. VL. Ne labores, eam vltro tibi concedo: ſed maioris vtramque partem falſam eſſe dico; de prima iam nuper oſtendi nautam, qui forma naui aſſiſtens eſt, eſſe formaliter accidens de prædicamento Qualis. Nec ſolum eſſe nautam eſt accidens relatum formaliter ad hominem, cui conuenit eſſe nautam; quia nauta poteſt adeſſe & abeſſe a Palinuro citra ſubiecti Palinuri corruptionem; ſed etiam tibi nauta comparatus ad nauem illi non vnitur *u* eſſentialiter; mihi vero eſt accidens, etſi ſit forma eſſentialis naui; quia artificioſa ſunt ſubſtantia ſolum ratione materiæ; nam forma producta ab arte non poteſt eſſe niſi accidens; & ob hoc naturalia corpora, quæ ſunt ſubſtantiæ ratione tum materiæ, tum etiam formæ, ab *x* Ariſt. dicuntur in comparatione ad artificioſa, maxime ſubſtantiæ. De ſecunda, cuius nullam probationem adhibes, certum eſt Deum, & Intelligentias, quæ ſunt formæ aſſiſtentes, inexiſtere in eo, cui aſſiſtunt, nec ita præeſſe, aut adeſſe, quin dici valeant ineſſe; nam Ariſt. ait aperte, tum *y* primum mouens eſſe in circulo, vbi velociſſimus eſt motus; tum quod *Deus in vniuerſo eſt, & viciſſim cuncta in illo; mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.* ne alia multa repetam in propoſito ſuperius allata. LIL. Auerr. diſp. 1. in ſol. dub. 8. dicit lucem eſſe diuiſibilem ad diuiſionem corporum lucentium: ſed quicquid eſt aſſiſtens non diuiditur ad diuiſionem eius, cui aſſiſtit, ſed hoc conuenit formæ informanti, & dependenti a ſubiecto; vt conſtat ex

t 2. de an. t. 11.

u pag. 178.

x 2. de an. t. 3.

y 8. phyſ. t. 84.

z 7. eud. c. 18.

Auerr.de ſub.orb. c. 1. Neque dicas hoc de luce, non de lumine dixiſſe Auerr.nam alij codices habent *lumen & corpora illuminata*. V L. Lubens accipio codices hos alios, quos & ego habeo: ſed animaduerto tum hanc tuam rationem peccare ex medio æquiuoco: tum Auerroem hanc diuiſionem quam lumini tribuit, aſſignare formæ aſſiſtenti prout ab informante contradiſtinguitur: tum hoc argumentum eſſe eiuſdem generis cum ratione Alpharabij, quam Auer. ibi reprobat. Age ſingula videamus, quæ nota fient ex relatione integræ ſententiæ Commentatoris, quam recte percipere non poſſumus niſi relata obiectione Algazelis, cui reſpondet Auerr. loco a te citato, qui eſt non 8. ſed dub. 9. in meo codice, vbi Algazel Auerrois opinionem coarguit de vnitate, & aſſiſtentia Intellectus humani toti hominum multitudini; *Ait Alga. Si autem dixerit opinionem Platonis eſſe veram: & eſt quod anima ſit antiqua, & vna: & diuiditur tamen in corporibus: &, quum ſeparatur ab eis redit ad fontem, & radicem, & fit vna. Dicimus quod hoc eſt magis abbominabile, & magis abſurdum, & potius credi debet quod ſit contradicens neceſſitatis intellectus. Nam nos dicimus quod anima Socratis eſt alia ab anima Platonis: ſi enim eſſet eadem, ſequeretur inconueniens neceſſario; quoniam vnuſquiſque apprehendit animam ſuam, & beneſcit quod non ſit anima alterius: ſi autem eſſet eadem, eſſent æquales in ſcientijs, quæ ſunt attributa eſſentialia animabus, ingredientia quidem cum animabus in omni relatione. Si vero dixeritis quod ſit vna, diuiditur tamen circa alligantiam cum corporibus; dicimus diuidi vnum, non habens quidem magnitudinem, menſura aliqua in quantitate menſurabili, eſt falſum de neceſſitate intellectus. Et quomodo vnum fiet duo? immo mille? deinde redit in vnum? ſed hoc intelligitur de habente magnitudinem, & quantitatem; ſicut mare diuiditur in lacus, & flumina, & ad id redeunt: id autem, quod non habet quantitatem, quomodo diuiditur?* quibus apertiſſime patet Algazelem agere de diuiſione conuenienti rei quantæ magnitudinem habenti; ſatagereque demonſtrare talem diuiſionem non conuenire animæ rationali; proindeque dici non poſſe rationalem animam in ſe vnam eſſe ſic aſſiſtentem toti ſpeciei humanæ, vt diſtribuatur ſingulis hominibus, in quibus ſit quoquopacto diuiſa; & ijs fato functis remaneat vna rediens ad ſibi eſſentialem vnitatem. Cui re-

Digitized by Google

reſpondens Auerroes, vt opinionem ſuam tueretur de vnitate intellectus humani, quem putat vniuerſæ ſpeciei humanæ aſſiſtere, non autem ſingulos homines informare, proponit aliud genus diuiſionis, conuenientis rebus immaterialibus, ac ſpeciatim animæ, quam putat aſſiſtentem, & in hoc eam comparat lumini, dicens, *Ait Auer. Socrates eſt alius a Platone numero; & tamen ipſe, & Plato ſunt idem in forma, quæ eſt anima: ſi autem eſſet anima Socratis alia ab anima Platonis numero, ſicut Socrates eſt alius a Platone numero, tunc eſſet anima Socratis, & anima Platonis duæ numero, & eadem in forma; & eſſet animæ anima: Et, quum neceſſe fuerit, vt ſit anima Socratis, & Platonis eadem in forma, & idem in forma, eueniet ei multitudo numeralis, i. diuiſio propter materias; tunc, ſi anima non moritur ad mortem corporis, ſeu fuerit in ea aliquid huiuſmodi; neceſſe eſt, quum ſeparetur a corporibus, vt ſit vna numero. hæc autem ſcientia non eſt via adipiſcendi eam in hoc loco. Sermo autem, quem fecit in deſtructione opinionis Platonis, eſt ſophiſticus, & ſumma eius eſt, quoniam anima Platonis aut eſt alia ab anima Socratis; aut eſt eadem; ſed illa non eſt anima Socratis; ergo eſt alia. Attamen nomen alietatis eſt æquiuocum; ſic etiam & identitatis nomen dicitur tot modis, quibus dicitur alietas: & anima quidem Socratis, & Platonis ſunt eædem aliquo modo, & multæ aliquo modo; ac ſi diceres, ſunt eædem ex parte formæ, multæ ex parte ſubiecti earum. Quum autem dixit quod non imaginatur diuiſio niſi in eo, quod habet quantitatem, eſt ſermo falſus in parte: quoniam hoc eſt verum in eo, quod diuiditur per ſe; & non eſt verum in eo, quod diuiditur per accidens: id eſt quod illud diuiditur per accidens, quia eſt in diuiſibili per ſe: diuiſibile autem per ſe eſt corpus. e.g. diuiſibile per accidens eſt, vt diuiſio albedinis repertæ in corporibus, quum diuiditur corpus per ſe: & ſic formæ, & animæ diuiduntur per accidens, id eſt per diuiſionem ſubiecti earum. Anima autem præ ceteris aſſimilatur lumini: &, ſicut lumen diuiditur ad diuiſionem corporum illuminatorum, deinde fit vnum in ablatione corporum; ſic eſt res in animabus cum corporibus. & adducere hoc in his demonſtrationibus eſt turpe,* &c. Quibus luce meridiana clarius eſt, Auerroem comparare animam intellectiuam, quam cenſet eſſe formam aſſiſtentem, non autem informantem, lumini; docetque vnicum eſſe lumen ſecundum ſe, ſed tamen vt receptum in varijs corporibus, multiplicatum eſ-

ſe ad eorum multitudinem; ſic animam rationalem eſſe vnam ſecundum ſe, ſed vt participatam a pluribus, eſſe quoquopacto multiplicem, ad eorum numerum quoquopacto diuiſam: quam doctrinam deſumpſit a *a* Themiſtio conſimiliter comparante lumen intellectui agenti, quem ipſe putat eſſe formam aſſiſtentem. Tu vero mutilans Auerrois integram ſententiam, nulla facta mentione animæ rationalis vnicæ, quam ille toti ſpeciei humanæ aſſiſtere poſuit, excerpis ex eius dicto † fruſtum hoc, *lumen eſſe diuiſibile ad diuiſionem corporum illuminatorum*: quum integra ſententia ſit, *Anima autem præ ceteris aſſimilatur lumini: & ſicut lumen diuiditur ad diuiſionem corporum illuminatorum; deinde fit vnum in ablatione corporum; ſic eſt res in animabus cum corporibus.* Manifeſtum eſt etiam nomine diuiſionis Auerr. hic ſignificare, non proprie ſectionem in partes, ſed qualemcumque multiplicationem; non enim ſumit vnum corpus illuminatum, in quo ſit vnum lumen; quod ad eiuſdem corporis totius diuiſionem in partes diuidatur, ac ſecetur & ipſum in partes: at ait, lumen ſecundum ſe, nulla habita relatione ad corpus, in quod recipitur, eſſe vnum; vbi vero recipitur a multis corporibus, ad illorum multitudinem & ipſum in ijs diuidi, hoc eſt multiplicari; deinde ſublatis a lumine corporibus illis, illud idem redire ad priſtinam vnitatem: ſic etiam animam intellectiuam in ſe vnicam eſſe; ſed participatam in multis hominibus vtcumque diuidi, hoc eſt ad eorum numerum in ijs multiplicari; deinde corruptis hominibus redire ad ſuam ſibi eſſentialem vnitatem numericam; non quod anima rationalis exiſtens in Socrate diuidatur per accidens ad diuiſionem corporis Socratis in partes: Quæ omnia ſunt ex traditis vnicuique manifeſtiſſima: Quare ad tuum argumentum ex hoc Auerrois loco deductum accedens, Quod primo ſcribis ex Auerroe, Lumen eſſe diuiſibile ad diuiſionem corporum illuminatorum, ſi de vulgari diuiſione loqueris, exiſtimans lumen ſemel receptum in vno corpore illuminato diuidi in partes plures ad materialem ſectionem eiuſdem corporis in plura fruſtula; falſam propoſitionem profers, eamque falſo tribuis Auerroi, vt nuper oſtendi. Si vero de diuiſione tractas Auerroica, qua lumen dicitur eſſe vnum ſecundum ſe, at receptum in varijs corporibus ad eorum multitudinem

a 3. de an. cap. 32.

† 1 12. fall. cit.

Digitized by Google

nem multiplicari, ac vtcumque diuidi, quibus detractis illud rurſum redeat ad priſtinam vnitatem; Auerrois quidem ſententiam exprimis: ſed altero dogmate ſubſumens, quicquid eſt aſſiſtens non diuidi ad diuiſionem eius, cui aſſiſtit, ſed hoc conuenire formæ informanti, & a ſubiecto dependenti; oppoſitum ſtatuis eius, quod Auer. ipſe decernit in loco a te citato, vbi talem diuiſionem tribuit animæ intellectiuæ, quam ipſe vult eſſe aſſiſtentem toti ſpeciei humanæ vnicam, non autem informantem ſecundum ſe multiplicatam, contra ſententiam Algazelis. Nec obſtat, quod addis ex 1. de ſub. orb. tum quia loquitur ibi de priori diuiſione formæ, quæ vna ſit in ſubiecto recepta, & ad ſubiecti diuiſionem in partes diuidatur & ipſa in multas partes; quare conficis argumentum ex medio æquiuoco: tum quia talem diuiſionem ibi non aſſignat formis informantibus ad aſſiſtentium differentiam, vt ponis; immo, ſi vera ſunt, quæ *b* dudum profitebaris, Auerroem cælo præter intelligentiam aſſiſtentem, dediſſe animam informantem, quæ foret proprie forma cæli; † contrarium ibi ponit eius, quod tu dicis ipſum eo loco ſcribere; nam ait diſertis verbis, *c Manifeſtum eſt, quod ſi ſubiectum aliquod ſit, quod non recipit, niſi vnam formam ſemper* (tale autem eſt ſolummodo cælum) *quod ſit vnum numero ſimpliciter, & quod nulla multitudo eſt in eo omnino, neque potentia, neque actu; & quod non diuiditur per formam, neq; forma per eius diuiſionem*, &c. LIL. Alex. lib. de mist. one dicit lumen eſſe formam diaphani, vt anima eſt forma corporis. *Lumen*, inquit, *quomodo cogitare poſſumus a diaphanis corporibus ſeiunctum? neque anima eiuſmodi eſt vt ſeparari poſſit*: anima eſt informans, ergo & lumen. V L. Alex. ibi lumini comparat animam, non in modo vnionis cum ſubiecto ſuo, ſed in ſola inſeparabilitate, docens lumen cum diaphano proprie non miſceri, neque animam cum corpore; verba ſunt ipſiſſima, quæ ſententiam integram referunt, *Propterea enim ipſi aiunt, temperata ipſa denuo ſegregari poſſe, atque hoc craſin a confuſione, & corruptione differre: nam neque habitus illius ſeparari ab eo poteſt, in quo eſt, vt per ſe conſiſtere queat; nec plantarum etiam natura vnquam citra plantas ſubſiſtet: Lumen vero quomodo cogitare poſſumus a diaphanis corporibus ſeiunctum? neque anima eiuſmodi eſt vt ſeparari poſſit: quandoquidem formam materialem*

b pag. 102. & ſeqq.

† 213. falſ. cit.

c de ſub. orb. cap. 1.

Digitized by Google

lem citra materiam & corpus eſſe impoſſibile eſt. Alex. igitur ponit Lumen & animam conuenire in inſeparabilitate a ſuis ſubiectis: hinc ergo quomodo tu colligas in alijs attributis, vt ſi anima ſit informans, & non aſſiſtens, pariter lumen ſit informans & non aſſiſtens, citra † paralogiſmum, ego quidem non video; nam tuo modo ſyllogizandi probari poſſet lumen eſſe ſubſtantiam, ita, Lumen eſt inſeparabile a diaphano, vt anima a corpore; ſed anima eſt forma ſubſtantialis corporis; non autem accidens: ergo lumen eſt forma ſubſtantialis diaphani, non autem accidens. LIL. *d* Iandunus 2. de an. qu. 20. dicit *lumen extendi per accidens ad extenſionem ſui ſubiecti*: at ſi aſſiſteret non diuideretur per accidens ad diuiſionem ſui ſubiecti, vt conſtat per Auer. de ſub. orb. cap. 1. VL. Et hæc ratio eſt † Euthydemica conſtans ex quatuor terminis non ob æquiuocationem, ſed ob multiuocationem, vt ita dicam, ac omnimodam diuerſitatem medij: non ne tibi diuerſa plane ſunt, extendi per accidens ad extenſionem ſui ſubiecti, & diuidi per accidens ad diuiſionem ſui ſubiecti? mihi quidem omnino diuerſa videntur, dum conſidero rationalem animam non coarctari in vna tantum parte corporis, ſed coextenſam eſſe toti corpori; vt decernit *e* Ariſt. & tamen non diuidi per accidens ad ſui ſubiecti diuiſionem: ſimiliter dum animaduerto aſſiſtentem intelligentiam, ac omnino primum motorem non coarctari in vna tantum determinata parte ſubiecti ſui mobilis; alioquin eſſet mobilis per accidens ad motum illius partis; ſed extendi toti ſuo mobili, & tamen non eſſe diuiſibilem per accidens ad diuiſionem ſui ſubiecti, nec ſi diuiſionem per deſignationem aſſumas. Quare quum eſſe diuiſibile per accidens ad ſubiecti diuiſionem ſit quid diuerſum ab eo quod eſt eſſe extenſum per accidens ad ſubiecti extenſionem, vt diuerſum quid eſt ſpecies a genere ſuo; nam omne diuiſibile per accidens ad ſubiecti ſui diuiſionem eſt pariter extenſum per accidens ad ſubiecti ſui extenſionem; ſed conuerſa non eſt vera, quia viciſſim non omne, quod extenditur per accidens ad ſubiecti ſui extenſionem, protinus item eſt diuiſibile per accidens ad ſubiecti ſui diuiſionem; neceſſario ratio abs te propoſita paralogizat quatuor terminis, qui ſunt, Lumen, extendi per accidens, non aſſiſtere, & di-

[Margin notes: † 15. ſophiſm. — *d* pag. 163. — † 16. ſophiſma. — *e* 1. de an. t. 92.]

diuidi per accidens. hoc enim argumenti genere probare poſſes Primum motorem immobilem non eſſe aſſiſtentem, inquiens Primus motor immobilis eſt extenſus per accidens ad extenſionem ſui ſubiecti mobilis; (eſt enim *f* Ariſtotele docto re in circulo, vbi eſt motus velociſſimus; motus autem extenditur ad extenſionem ſui ſubiecti mobilis) at ſi aſſiſteret, non diuideretur per accidens ad diuiſionem ſui ſubiecti: ergo Primus motor immobilis non eſt forma aſſiſtens: quod eſt omnino falſum. LII. *g* Quod lumen dependeat a medio eſſentialiter, & tanquam forma informans, probatur a S. Tho. 3. meteo. tr. 2. cap. 3. hoc argumento, quia educitur de potentia ipſius medij tanquam materiæ: notum autem eſt omnibus philoſophis formam, quæ educitur de potentia materiæ, eſſe informantem, & dependentem a materia. Sic credo probatum fuiſſe lumen eſſe verum accidens ipſius diaphani, aut formam inhærentem, & informantem, non autem aſſiſtentem; & hoc eſſe dogma Peripateticum. VI. Ego nunquam negaui Peripateticum dogma eſſe, Lumen eſſe verum accidens diaphani, & formam inhærentem; ſed falſum eſſe duxi, & alienum a Peripato dogma, lumen eſſe formam informantem, & non aſſiſtentem; nec id vnquam a te, Fl. incl. probatum eſt; nam ratio, quam nouiſſime producis e D. Th. falſa nititur tum citatione, tum etiam doctrina: (quod pace tanti viri dictum ſit) doctrina quidem, quia dicens ibi D. Tho. *Forma aliqua in eo habet eſſe reale & naturale, in quo generatur ab agente ſecundum naturam ſecundum quod huiuſmodi per reductionem de potentia naturali ad actum: ſed lumen eſt tale in medio: ergo habet ibi eſſe reale: maior eſt nota, & manifeſte oſtendit a priori aliqnid habere eſſe reale. Minor vero probatur, quia lumen cauſſatur ab agente naturali, ſ. a corpore lucido; per reductionem medij de potentia naturali, qua erat lucidum in potentia, ad eſſe lucidum in actu*. reclamantem habet animam rationalem, quæ habet eſſe reale, tibique etiam naturale in humano corpore; quæ tamen non generatur in eo ab agente naturali ſecundum quod naturale eſt; ſed vel decreto *h* Ariſtotelis extrinſecus aduenit a ſupernaturali agente Deo, non vt motor eſt, ſed ſiue motu phyſico. Falſa vero citatione, quia quum longe aliud ſit formam educi de potentia materiæ ſuæ, & materiam reduci de pote-

f 8. phyſ. t. 84.

g pag. 164.

h 2. de gen. an. cap. 3.

Digitized by Google

teſtate habendi formam ad actu habere formam, ſeu de eſſe potentia formatam ad eſſe actu formatam; nam formæ, quæ educuntur de potentia materiæ dependent omnes a materia; ſed tamen materia poteſt eſſe in potentia ad recipiendas in ſe formas, quæ non ſunt dependentes a materia; ſiquidem corpus
i Ariſt. loc. cit. embrionis in vtero eſt in *i* potentia ad animam rationalem; quæ tamen potentia dum reducitur ad actum, anima non educitur de potentia ad actum, neq; a materia dependet; ſed independens a materia, forinſecus ei aduenit, ac in eam inducitur: modo loco abs te citato D. Tho. non ait lumen educi de poten-
† 214. fall. cit. tia medij tanquam materiæ, vti † falſo illi imponis, at expreſſis verbis ait, *lumen cauſſatur ab agente naturali, ſ. a corpore lucido, per reductionem medij de potentia naturali, qua erat lucidum in potentia, ad eſſe lucidum in actu*. & reuera formam educi de poteſtate paſſiua materiæ ſubiectæ nihil eſt aliud proprie, quam formam produci a generante per tranſmutationem materiæ ſubſtratæ habentis in ſe quoddam illius formæ poſitiuum rudimentum, quod eſt communis quædam natura generica ſibi, & præcedenti formæ: quod poſitiuum commune non eſt, nec in dia-
k 2. de an. t. 69. phano, in quo ſolæ *k* tenebræ ſunt; nec in embrio, in quo præexiſtens anima vegeta, & ſentiens, ac omnino præcedens forma
l 2. de an. t. 21. rationali animæ forinſecus aduenturæ, genere *l* differt ab ipſa forma rationali. Ceterum de eo, quod eſt, lumen in ſui generatione a corpore lucido non educi de potentia diaphani, ſed forinſecus aduenire perſpicuo a præſente luce, latiſſime proba-
m lib. 2. c. 5. mus commodiori loco in opere De natura, & Efficientia *m* luminis propediem inuulgando. Quod autem ais lumen dependere a medio eſſentialiter, id quidem illi conuenit quatenus accidens eſt; non tamen hoc efficit, vt ideo ſit forma informans, non autem aſſiſtens: nam & ipſe tu, Flos incl. qui mox dicturus
n pag. 175. es, *n Cauſſa itaque cur motis orbibus non mouentur Deus & intelli-*
o 2. de an. t. 11. *gentiæ eſt, quia ſunt actus aſſiſtentes*: non mihi negabis, nec *o* Ariſtoteli nautam eſſe formam aſſiſtentem, etſi videas eum moueri per accidens ad motum nauis; nimirum, quia non mouetur vt nauta, ſed vt corpus contentum in naui: ſic lumen etſi, quatenus accidens eſt, & qualitas dependeat in eſſe a ſubiecto corpore diaphano, in quo producitur, & eſſentialiter ineſt; hoc
ta-

Digitized by Google

tamen non tollit quin ſit forma non informans, ſed ſolum aſſi-
ſtens; quia ratio formalis aſſiſtentis eſt, vt per ſe formaliter non
moueatur ad motum ſubiecti; quod vel tu loco citato ſupponis.
L I L. In *p* eadem pag. 146. aſſeritur *lumen non moueri ad motum* *p* pag. 164.
aeris. V L. Aſſeritur *q* probatur, ac plane demonſtratur hac
ratione, quæ nititur experimento, *Ita plane lumen, quod eſt actus*
perſpicui, in aere forma eſt aeri aſſiſtens; quare non mouetur ad mo- *q* 2. de an. t. 69.
tum aeris; quod experimento ſibi quiſque poterit apertiſſimum redde-
re: ſiquidem in aere turbinibus agitato, vel etiam ſtudio & dedita
opera flabellis concitato, ad præſentiam luminis opaca ſingula corpora
quieſcentia ſuas vmbras emittunt immobiles, & quietas; quod procul
dubio non contingeret, ſi lumen ad motum perſpicui moueretur: moue-
tur enim vmbra ex neceſſitate ad motum aduerſi luminis, nedum ad
motum opaci corporis, a quo defluit. L I L. *r* Reſpondeo ex Ri- *r* pag. 168.
card. in 2. di. 13. ar. 2. q. 1. ad 2. & ex Tolet. 2. de an. c. 7. q. 18.
quando aer, qui medium locum obtinet inter lucidum & opa-
cum mouetur, vna cum eo mouetur, & variatur lumen: verum
aeri ab illo loco diſcedenti ſuccedit alius aer, in quo lucidum
producit nouum radium; & quia eſt idem ſitus lucidi, & opaci,
& omnes hi radij producuntur ſecundum eandem directionem;
ideo vmbra ſemper eſt fixa, vt in eodem ſitu &c. V L. Bene
canis, ſed non ad lyram: ratio mea tractat de motu locali, tua
reſponſio de motu generationis noui radij, & corruptionis al-
terius: Dum aſſero, & probo lumen non moueri ad motum dia-
phani, non ago de motu generationis, & corruptionis, at de mo-
tu locali ſtatuens moto diaphano illuminato de vno loco ad
alium, non ideo moueri lumen, quaſi deferatur a diaphano de
loco ad locum. L I L. *ſ* Accidens mouetur ad motum ſui ſu- *ſ* pag. 165.
biecti 4. phy. t. 32. lumen eſt accidens perſpicui, in eo ſubiectiue
inhærens: itaque mouetur ad motum perſpicui. V L. Conce-
dens lumen eſſe in perſpicuo vt accidens in ſubiecto: nego plane
omne accidens moueri moto ſubiecto; nam accidentium, quæ
omnia ſunt actus & formæ, alia ſunt actus informantes, quæ
concedo moueri ad motum ſubiecti, in quo ſunt; vt albedo, &
ſcientia: ſed alia ſunt actus aſſiſtentes, vt lumen, & ſpecies viſi-
biles in medio; quæ licet vt accidentia ſunt, deſinant eſſe ad ſu-
biecti ſui corruptionem, quia ſine ſubiecto nullum accidens eſſe

Sſſ po-

poteſt phyſice; tamen vt ſunt actus aſſiſtentes, non mouentur de loco ad locum moto localiter ſubiecto ſuo. quare ad maiorem tui ſyllogiſmi, quam indefinitam ita proponis, *accidens mouetur moto ſuo ſubiecto 4. phy. t. 32.* ſi eam ſumas vt particularem, vera quidem fuerit, ſed tibi contexet in prima figura paralogiſmum

* 17. ſophiſm. ex maiori non * vniuerſali: ſi vero ponis ipſam vt vniuerſalem, falſa † citatione dices Ariſtotelem eam attuliſſe 4. phyſ. t. 32.

† 215. fallacit. nam ibi non de omni accidente ſimpliciter agit, ſed de ſolo informante, ſicuti eſt ſcientia, & albedo; en eius verba, *Eſt autem, quod mouetur, aliud quidem per ſe actu, aliud vero per accidens: Eius autem, quod ſecundum accidens, aliud quidem poteſt moueri per ſe, vt partes corporis, & in nauigio clauus; alia vero non poſſunt, ſed ſemper ſecundum accidens, vt albedo, et ſcientia: hæc enim ſic mutantur ſecundum locum, quia id, in quo ſunt mutatur.* Ariſt. hic propoſitionem particularem facit de albedine, & ſcientia, quæ ſunt formæ accidentales informantes, & ſi placet earum exemplo connotat omnes alios actus accidentales informantes: non autem loqui-

t pag. 165. tur abſolute de omni accidente. LIL. *t* Licet grauiſſimi autores aſſerant lumen non moueri ad motum diaphani, vt Ficinus in expl. Priſc. Lydi ſup. Theoph. cap. 19. dicens, *lumen non mouetur aere moto, vel aqua.* Alex. 2. de an. cap. 36. vltimis verbis, *Aqua fluente, vel aere dimoto non ſimul mouetur, ac fertur, ſed ſemper in eodem manet* lumen; *quum ea, in quibus eſt, non maneant.* Simplic. 2. de an. expoſ. part. 67. in vltimis verbis; *haud tamen, ſi id quod recipit quacunque ratione mutetur, ſimul quoque mutatur.* VL. Cur integram ſententiam Simplicij non refers, ſed adeo mutilam, vt ex ea non conſtet de qua re loquatur, nec de qua mutatione? CIR. Quia vult occultare ſolutionem argumenti pro ſua ſententia deducti ex Alex. VL. Quodnam eſt, incl. Fl. hoc ar-

u pag. 161. gumentum? LIL. *u* Alex. 1. de an. cap. 13. dicit *lumen perſpicuo ingigni,* hoc eſt proprium formæ inexiſtentis, quæ dicitur generari in ſubiecto, ſiue ingenerari: vt colligitur ex eodem Alex. 7. meta. com. 22. VL. Etſi conceſſero lumen perſpicuo ingigni; & hoc eſſe proprium formæ inexiſtentis, quæ dicitur generari in ſubiecto, ſiue ingenerari; vt colligitur ex Alex. tamen non inde habueris lumen inexiſtens perſpicuo, & ingeneratum, vt ita loquar, eſſe formam informantem, non autem aſſiſten-

tem,

tem, quod prætendis: nam Simplicius in loco a te callide † mutilato ſcribit, *Neque aer, aut lumen contrariorum ſunt ſuſceptiua; neque præcedit vlla præſentia ipſius mutatio, aut abſentiam conſequitur: ſed hoc ipſum actus eſt, qui diaphano ingignitur, non vt in ſubiecto, ſed ſeparabiliter ipſi adeſt, ipſumque perficit; nunquam ſe ſeiungens ab eo, quod ipſum adducit: ſed in illo radicatus eſt quaſi conſidens, atque adeo cum illo quaſi coniunctus: vnde & hoc quidem aliorſum tranſlato, vna transfertur, & tranſportatur: at non ſic ſuſceptiuo quomodocunque tranſmutato, ſimul quoque tranſmutatur.* LIL. Inter x recentiores Lucil. Philalth. 2. de an. in exp. t. 61. ſecundum eius diuiſionem, *lumen*, inquit, *non mouetur, ſed moti corporis lucidi potentia, aſſiſtit medio*, &c. Theophilus Zim. 2. de an. com. t. 69. pluries repetit *lumen cum diaphano non moueri*. Et nouiſſime Picolom. lib. de viſu cap. 8. ſentiens lumen eſſe qualitatem ſpiritalem, dicit *agitato medio a ventis non agitari lumen*. VL. Hi quidem omnes a me militant decernentes lumen non moueri de loco ad locum ad motum localem ſubiecti ſibi diaphani, Picolomineus, Theoph. Zimara, Philaltheus, Simplicius, Alexander, & Ficinus. Quid contra horum decretum affers? LIL. Ego in hac re ambigua conſidero Auctorum magnum eſſe diſſidium; etenim alij contra afferunt lumen moueri ad motum diaphani ſubiecti. VL. Qui ſunt hi contradictores? LIL. Richard. in 2. diſt. 13. ar. 2. q. 1. ad 2. ait, *radium deſtrui ad motum diaphani, & nouum radium in parte ſuccedente cauſari.* Card. Tolet. 2. de an. c. 7. q. 18. ad vltimum argumentum aſſerit *eſſe communem ſententiam mutato aere mutari lumen, & in nouo diaphano ſuccedente nouum produci lumen.* D. Bonauent. in 2. diſt. 13. ar. 3. q. 2. in fine, dicit lumen eſſe in aere veluti in ſubiecto deferente: imitatur hanc doctrinam Chriſt. Marcellus lib. 3. de an. cap. 40. dicens, lumen exigere *materiam, vbi reſideat.* ſi habet *ſubiectum deferens, & materiam, in qua reſidet*, neceſſe eſt vt ad motum huius materiæ ipſum quoque feratur. VL. Incl. Fl. nullum inter meos & tuos autores diſſidium eſt de propoſito, nullaque prorſus contradictio: non ne ſcis y Ariſtoteli contradictionem definiri oppoſitionem eiuſdem de eodem ſecundum idem? illi mei tractant de motu locali proprie dicto, quem negant lumini, concedunt diaphano: iſti tui priores pariter concedentes mo-

† 116. falſ cit.

x pag. 165.

y 1. periher. cap. 4.

tum localem diaphano tribuunt lumini motum generationis & corruptionis, nihil agentes de motu locali. Immo Tolet. in loco † 217. ſalſ. cia a te citato dicit † oppoſitum eius, quod ex ipſo contra me probare prætendis de motu locali luminis ad motum localem diaphani; quia paullo antea in ſol. 2. arg. tractans de motu locali luminis, eum ipſi negat, & ait, *moueri enim accidit, quum aliquid vnum modo in vno ſitu, modo in alio eſt* (quod veritatem habet tam in ijs, quæ mouentur per ſe, quam in ijs quæ mouentur loco per accidens) *at non ſic lumen; non enim pars luminis, quæ erat in hac parte aeris, poſtea eſt in altera: ſed moueri videtur, quia paulatim corrumpitur: vt quum calor, qui erat extenſus per aliquod lignum, paulatim corrumpitur ſecundum partes ligni, dicitur moueri: & lignum etiam accenſum, ſi paulatim & ſecundum partes extinguatur, ſic paulatim & colorem, & ignis forma moueri videtur, quæ non mouetur. Similiter etiam eſt, quum paulatim producitur; videtur enim moueri. Sic ergo lumen quum paulatim accedere vel recedere videtur, accedente vel recedente luminoſo videtur moueri, ſed non mouetur; ſed fit productio, vel deſtructio partium variarum luminis.* Quam ſolutionem quum paullo poſt adhibeat idem Tolet. ad 8. a te citatam, certo conſtat eum nolle lumen loco moueri ad motum diaphani, ſed ſolum produci, vel extingui: non ergo mihi, nec meis ille repugnat. Quibus etiam ſi repugnaret, nil eum morarer: quid Toletus cum Alexandro, & Simplicio? Si D. Bonau. locum integrum attuliſſes, omnes ex te noſcerent, eum mihi conſentire lumen eſſe formam aſſiſtentem perſpicuo, in eo non inexiſtere dependenter vt in ſubiecto ſuæ naturalis productionis; & non moueri loco ad motum diaphani, in quo eſt non ſicut in ſuſtinente, ſed velut in deferente, non proprie, ſed per modum ſimilitudinis; non enim aer de lumine pulſus in vmbram defert vere ſecum lumen; vt vel tu confeſſus es: verba viri, ſ. a te citati ſunt hæc, *Lumen ad aerem comparatur, non ſicut ad primum ſubiectum, ſed ſicut ad deferens, & ad medium: & ideo per comparationem ad ipſum aerem non habet modum exiſtendi naturalem, ſed per modum habitus; nec eſt forma naturalis, ſed potius ſimilitudo eius, ſcil. lucis: ſic ſpecies coloris in medio non eſt proprie color, ſed vt color, ſiue ſimilitudo coloris: maximam tamen habet approximationem ad illum, & adeo illi innititur, vt non indigeat principio intrinſeco, ex quo educatur. Vnde*

de

Digitized by Google

de lumen in medio non habet principium materiale, ex quo; ſed potius originale, a quo fluit, & ad quod etiam redit, quum in medio deſinit eſſe, ſicut dicitur de ſimilitudine. & mox. *Ex his igitur patet, quod lumen in medio in quantum dicit qualitatem ſenſibilem, dicit accidens: ſed accidens illud relatum ad aerem non habet plene rationem accidentis naturalis, ſed ſimilitudinis, vel intentionis, quæ eſt ibi non ſicut in ſubiecto ſuſtinente, ſed ſicut in deferente.* & poſtea, *Rationes vero ad oppoſitum, quæ probant quod non ſit accidens, quia non numeratur numeratione ſubiecti, quia non mouetur ad motum aeris,* (nota) *quia non cauſſatur ab aere, nec reſoluitur in aerem; concludunt ſolum quod non habeat ibi plene rationem accidentis naturalis, quod comparatur ad illud, in quo eſt, ſicut ad ſubiectum & cauſſam; & quod etiam ſuſtinetur & dependet ab eo, in quo eſt, principaliter, & ei coniungitur inſeparabili vinculo: hoc autem non eſt in propoſito, quia lumen quamuis ſit in aere, cauſſatur a corpore luminoſo, & ab illo principaliter dependet; nec eſt in aere ſicut in ſuſtentante, ſed ſicut in deferente: & ideo durationem, & mutationem, & numerationem potius recipit a lucido influente, quam ab aere ſuſcipiente. Et ob hoc dicit Dionyſius plura lumina eſſe in eodem medio inconfuſa, & conuelli ſiue ſeparari ab inuicem ſecundum abſentationem corporum illuminantium. diſtinctio enim illa eſt propter continuationem luminum cum ſua origine, a quo procedunt naturaliter, & in virtute eius agunt; quamuis in medio ſint quodam modo ſpiritualiter & abſtracte.* Vnde conſtat D. Bonau. non abſolute dicere lumen eſſe in medio velut in ſubiecto deferente, ſed ita velut in deferente vt in eo ſit abſtracte, non ſicut in ſubiecto à quo dependeat, non per modum inexiſtendi naturalem, non vt in principio intrinſeco materiali ex quo educatur, & quo innitatur, non vt in ſubiecto ſuſtinente; non moueri ad † motum aeris, atque adeo pro me contra te ſententiam dicere. Conſimiliter Chriſt. Marcellus a me contra te militat; non enim ſolum dicit lumen exigere materiam vbi reſideat, quod affers ex illo, ſed ait in medio non eſſe tanquam accidens omnino, ex medio non oriri, ſed forinſecus illi obuiare, ab eo in eſſe non pendere, ſed in ſeipſo manere, ac per corpora fundi, verique accidentis naturam non habere; quæ omnia tibi repugnantia, mihi conſentientia callide ſubticuiſti: en eius verba in loco abs te citato. *Hac etenim conditione potitum eſt lumen, quæ qui ſoli-*

† 118. falſ. cit.

do obuiet corpori, & introrſum ipſum afficere nequeat, ſed tranſpicuam duntaxat materiam exigat, retrorſum medium vtique vehementius afficit; & quo ex directo protendebatur, aliud diuerſimode cauſſat atque multiplicat: Spiritalis vero ſubſtantia excogitari non poteſt, ſed potius accidens nullam vnde conſurgat materiam, ſed vbi reſideat indigens († 219. falſ. cit.) (quod dictum † mutilaſti, ſilentio inuoluens illud, *nullam vnde conſurgat materiam exigens*: afferens ſolum, lumen exigere materiam vbi reſideat) *Accidens nanque quod ex ſubiecti natura non prouenit, ſpirituale fuiſſe conſtat: Quo autem modo neque vere accidentis nomen obtinuit, explicauimus ante, & aliquanto denuo referemus: Accidens enim in ſubiecto manere dicimus, non autem lumen; quum potius aerem in lumine, quam lumen in aere perſtet. In ſeipſo ſiquidem manens paſſim per corpora funditur, atque ideo veri accidentis non habuit rationem.* & mox. *Lumen quoque diffuſum nihil a ſubiecto corpore recipit.* (ergo non motum) *ſique fortaſſis a ſubiecto ſuſtentamentum obtinuiſſe obijcias, id non quale ceteris accidentibus concedi ſolet, euadere dicimus; atque ideo ſubſtantialis (vt ita dixerim) accidentis potius ratione definiendum* & mox. *ipſum paſſionem eſſe dicemus & corporis extraneam affectionem.* Vnde corruit ratio, quam colligis ex his duobus dogmatibus mutilatis, ſi lumen habet *ſubiectum deferens, & materiam in qua reſideat*; neceſſe eſt vt ad motum huius materiæ ipſum quoque feratur. etenim ſi lumen habet ſubiectum ita deferens, vt eo non innitatur, & in eo non inſit ſicut in ſuſtinente, ſed abſtracte, nec habeat plene rationem accidentis; quod de lumine fatetur D. Bonau. in loco a te producto: ſique materiam habet in qua ita reſidet, vt vere nomen accidentis non obtineat, ſed in ſeipſo maneat, non proprie in ſubiecto, & ab ea nihil recipiat; vt de lumine pariter in loco a te citato dicit Marcellus: iam & D. Bonau. & Marcellus aduerſum te mecum ſtatuent lumen non eſſe formam informantem, nec moueri per accidens ad motum ſubiecti perſpicui. (a pag. 166.) LII. a Forma, quæ ita eſt in alio, vt illo amoto amoueatur, non eſt illi aſſiſtens, ſed inhærens; lumen ita eſt in diaphano, vt illo amoto amoueatur, & deſtructo deſtruatur, & non poſſit per ſe conſiſtere ſine hoc ſubiecto: ergo lumen eſt forma non aſſiſtens, ſed inhærens perſpicuo &c. VL. Quemadmodum in Palinuro longe alia eſt ratio ſubſtantiæ, qua per ſe

ſub-

ſubſiſtit, & ratio nautæ, qua naui aſſiſtens forma dicitur; quæ peritia eſt nauigandi & accidens pro ſubiecto non habens nauem, ſed animam Palinuri; vnde fit vt naui ſubmerſa, & deſtructa, non ideo deſtruatur neceſſario nauta; qui remanet forma nouæ naui aſſiſtere valens: ita ſi deſtrueretur cælum Lunæ remaneret in ſuperſtite intelligentia ratio primi motoris, & formæ aſſiſtentis, eo quod talis ratio nititur ipſa ſubſtantia intelligentiæ, quæ ſupereſt, non autem ſphæræ Lunari, quæ corrupta ſupponitur. Sed longe alia ratio eſt de lumine, quod accidens eſt, & in eſſe dependet a ſubiecto perſpicuo; nam etſi rationem formæ aſſiſtentis lumen habeat in ſe ex ſeipſo, non autem a ſubiecto; quia tamen accidens eſt, ſine ſubiecto eſſe non poteſt; vnde deſtructo perſpicuo corrumpitur lumen, & ad luminis extinctionem deſinit forma aſſiſtens: Quare falſum abſolute dogma eſt, formam, quæ ita eſt in alio vt eo deſtructo non ſuperſit, eſſe non poſſe aſſiſtentem: nam aſſiſtens quæ quomodocumque ſubſtantia eſt per ſe ſubſiſtere valens, ea remanet vel deſtructo ſubiecto, cui aſſiſtit; vt nauta; ſed aſſiſtens, quæ purum accidens eſt, non remanet corrupto ſubiecto, quia ſine ſubiecto non permanet accidens: Lumen itaque deſtructo perſpicuo deſinit eſſe, non quia non ſit aſſiſtens perſpicuo, ſed quia eſt accidens: nec mirum eſt idem ſub ratione diuerſa ad eiuſdem ſubiecti corruptionem deſtrui, & non deſtrui. LIL. In *a* pag. 147. *a* pag. 169. a D. meo dicitur *Alexandrum obſeruaſſe ſecundum Platonicos Ideas eſſe in nobis*. Ego hic conſidero 1. Alexandrum hoc non dixiſſe de Platonicis. 2. neque cum veritate dicere potuiſſe, nam Platonici non poſuerunt ideas eſſe in nobis. vt probem primum, adduco verba tam Ariſt. quam Alexand. vbi citantur ab Excel. Collega, nempe 2. top. c. 3. l. 24. Ariſt. ibi ſic, *Aut ſiquid tale dictum eſt de aliquo, quod cum ſit, neceſſe eſt contraria ineſſe, vt ſi Ideas in nobis quis dixerit eſſe, nam & moueri, & quieſcere eaſdem accidet, & etiam ſenſibiles, & inſenſibiles eſſe*. Apparet eſſe dictum hypoteticum, non categoricum; non eſt enim qui dicat ideas eſſe in nobis, at ſi quis diceret, hæc abſurda ſequerentur. at non ob hoc dicunt Platonici. Idem plane ibi Alex. non nominatis vllo modo Platonicis, *Si quis dicat Ideas eſſe in nobis &c.* Sueſſanus ſolus ibi neſcio quid de Platonicis ſibi fingit, *Aſſignat*, inquit,

exem-

exemplum de Ideis, quas Platonici in nobis formas eſſe dixerunt. ſed hoc dicit ex ſeſe, non ex Ariſt. in illo t. imo de Platonicis oppoſitum ibi inſinuat Ariſt. dicens, nam videtur idea quieſcere, & immobilis, & intelligibilis eſſe ijs, qui ponunt ideas eſſe. en Platon. ſententiam. VI. Ideæ nomen æquiuocum eſt, incl. Fl. ad eas formas exemplares æternas, quas Plato cenſebat eſſe cauſſas effectrices rerum naturalium; & ad eas non æternas, quæ ſunt in artificum mente rerum artificialium; vt conſtat ex Alci-
b 1. de an. com. t. 8. digr. de Ideis noo Platonico apud Theoph. Zim. hæc afferentem, b *Idea ergo (vt Alcin. lib. de Phant. & intell. ſcripſit) eſt exemplar æternum eorum, quæ ſecundum naturam fiunt: Quicquid enim intelligentia fit ad aliquid referri neceſſe eſt, quod operis exemplar ſit, principiumque exemplare reliquis cauſſarum generibus additum. Sane (inquit) perinde ac opificiorum exempla in artificum mente inſident, in rerum quoque ac mundi opificis mente omnium exemplaria præcedant oportet; qui opifex primus, mundusque exemplaris nuncupatur.* Quum autem aff. rrem Ariſt. & Alex. locum de Ideis abſolute tractantem,
c 1. top. c. 14. qui noui ab c Ariſt. primum æquiuoca diſtinguenda eſſe, ne decipiamur exiſtimantes Ariſtotelem, & Alexandrum, qui tractant de Ideis, quæ ſunt in nobis, tractare de non-æternis ideis rerum artificialium in mente noſtratium artificum, appoſui de meo penu epithetum illud *Platonicis*: nec aſſerui Ariſtotelem, aut Alexandrum ibi vſos fuiſſe tali epitheto; quod tu mihi nunc imponis; nec illa verba ſcripſi, quæ tu veluti mea diuerſis characteribus imprimi curaſti, mea nimium mutilans; atque peruer-
† 220. fall. cit. tens in hæc, a D. n. eo † dicitur; *Alexandrum obſeruaſſe ſecundum Platonicos ideas eſſe in nobis*: at longe ſecus ego dixi, *Dum Ariſt,*
d 2. top. c. 4 *ait*, d *Motis nobis moueri omnia quæ in nobis; loquitur de ijs, quæcumque ſunt in nobis dependenter a nobis, tanquam formæ noſtræ,*
e 2. top. cō loc. 14. *parteſve noſtræ peculiares; cuiuſmodi* e *Alexandri obſeruatu Platonicis erant ideæ, quas eo loci coarguit Ariſtoteles*. & Alexandri obſeruationem, appoſui non reſpiciens inferiora, quaſi dixerit ille ideas de quibus agit Ariſt. ibi, eſſe poſitas a Platone, vt cenſes; at vice verſa reſpiciens nuperrime dicta, nimirum ideas, quæ in nobis ponuntur, eſſe tanquam formas noſtras, parteſve noſtras peculiares; in quo conſiſtit cardo rationis Ariſtotelicæ, quodque præclaris verbis eo loci notat Alexander: Quod ne vi-

deret

Digitized by Google

deret æquus noſtræ controuerſiæ iudex, callide mutilaſti ſententiam Alexandri partibus illis, quarum gratia citaui obſeruationem Alexandri; quum enim dicat Alex. ibi, *Ipſe igitur vſus eſt exemplo idearum; nam ſi quis diceret ideas in nobis eſſe, tanquam ſint ſpecies noſtræ, hoc ſequetur* &c. tu obtruncans Alexandri placitum ais, Alexandrum dicere, *Si quis dicat ideas eſſe in nobis* &c. cur non † explicaſti tuum illud &c. addens Alexandri verba proxime ſequentia? *tanquam ſit ſpecies noſtræ*; horum gratia, Fl. inde citaui tunc Alexandrum. Quare non dixi Alexandrum nominare Platonicos, ſed aſſerui Alexandrum obſeruaſſe Magiſtrum agere de illis ideis, quæ ſunt in nobis tanquam partes, ac formæ noſtræ: vt cuique conſtat mea legenti. Ne vero quis crederet hoc dici ab Ariſt. & ab Alex. de ideis genitis in artificum intellectu, adieci ex meo condo tales ideas eſſe, de quibus agunt Platonici. Quam igitur obſeruationem Alexandri retuli ad ſuperiora illa verba, *tanquam formæ noſtræ, partesve noſtræ peculiares, cuiuſmodi*, tu contra meam intentionem vi trahis ad inferius epithetum meum *Platonicis*. Ceterum diſputationis ergo, tueri facile poſſum Alexandrum ibi tractare de Platonicis ideis: nam ideæ ſimpliciter a Platone, Platonico ve Socrate fuerunt introductæ, vt conſtat ex *f* Ariſtotele conſtituente Ideas introductas fuiſſe ab amicis ſuis, qui fuerunt duo ipſius præceptores: quin & hic g Ariſt. agit aperte de illis Ideis, *quæ videntur quieſcere, & immobiles, & intelligibiles eſſe ijs, qui ponunt ideas eſſe*; tales vero ſunt Platonici ſoli: dum igitur Alex. ait de Ariſtotele, *Ipſe igitur vſus eſt exemplo Idearum*, indicauit aperte Platonicas ideas. Nec obſtat, quod Ariſt. & Alex. loquantur hypothetice, *ſi quis dixerit Ideas eſſe in nobis*; quia talis hypotheſis non tollit quominus a Platonicis ideæ poſitæ fuerint in nobis: nam idem Ariſt. alibi loquitur etiam ex hypotheſi de ijs, quæ certo ſciebat a veteribus dicta, ſcribens, *i Intendentes autem de anima, neceſſe eſt ſimul dubitantes de ijs, quibus abundare oportet, pertranſeuntes priorum opiniones, quicunque aliquid de ipſa enunciauerunt, vt bene quidem dicta accipiamus; ſi vero aliquid non bene, hoc euitemus*: dum hac hypotheſi Magiſter vtitur, non ne ſciebat veteres multa non bene de anima dixiſſe? ſciebat dubio procul: ita cogita nunc Ariſtotelem ſcientem Platonicos in nobis ideas po-

† 121. falſ. cit.

f 1. eth. c. 6.

g 2. top. c. 3

i 1. de an. t. 19.

Ttt ſuiſſe,

ſuiſſe, dicere potuiſſe hypothetice, *vt ſi quis dixerit ideas in nobis eſſe*: ac eo magis ita locutus eſt ob reuerentiam Magiſtri, cuius dogma reprobare intendit; ne ſine hypotheſi contra præceptorem aperte loqueretur; vt ob modeſtiam philoſophicam de antiquioribus ait, abſque hypotheſi quidem, *vt bene quidem dicta accipiamus*; cum hypotheſi autem, *ſi vero aliquid non bene, hoc euitemus*. Neque de Platonicis oppoſitum inſinuat (quod addis) k ibi Philoſophus inquiens. *Nam videntur ideæ quieſcere, & immobiles, & intelligibiles eſſe ijs, qui ponunt ideas eſſe* (quæ verba numero multitudinis ab Ariſt. prolata neſcio cur ad ſingularem contraxeris, dum ais, *nam videtur idea quieſcere, & immobilis, & intelligibilis eſſe* &c.) ſed his mirifice nobis aperit Ariſt. ſe loqui de Platonicis Ideis, quæ ſunt in nobis ex mente Platonicorum; quia neceſſe prorſus eſt Magiſtrum ſub idearum exemplo coarguentem illos, qui de vna quapiam re ſimul contraria dicunt, de vnico idearum genere loqui; ſecus enim de varijs rebus contraria recte pronunciari poſſunt: Quum ergo videret Ariſt. Platonem & Socratem ponere ideas in nobis, quas immobiles ac intelligibiles aſſeuerabant, coarguit ipſos deducens ad contradictionem; nam ipſi quidem illas ponunt immobiles, & intelligibiles; at dum eaſdem ponunt in nobis, ratione coguntur ſibi contradicere, ac fateri eas eſſe mobiles; quia motis nobis neceſſe eſt moueri omnia, quæ in nobis. Quod ſi Platonici non ſint, qui ponunt ideas in nobis, vti tu cenſes; nulla prorſus eſt hæc redargutio Ariſtotelis; nam dicent ipſi, qui ponunt ideas in nobis, has quidem eſſe mobiles; ſed illas, quas abſtractas Platonici ponunt non in nobis, ſine vlla contradictione immobiles eſſe: ceterum Ariſt. eos redarguit, qui ſimul ponunt ideas in nobis, & dicunt eas eſſe immobiles; nam vi rationis ex eo deductæ, quod motis nobis neceſſe eſt moueri omnia, quæ ſunt in nobis, coguntur aſſerere illas eſſe mobiles, quas immobiles eſſe dicunt. verba Magiſtri euidentiſſima ſunt, *Amplius ſi eſt aliquid contrarium accidenti, conſiderandum eſt ſi ineſt ei, cui dictum eſt accidens ineſſe: nam ſi hoc ineſt, illud non inerit: impoſſibile enim ſimul contraria eidem ineſſe. Aut ſi quid tale dictum eſt de aliquo, quod quum ſit, neceſſe eſt contraria ineſſe: vt ſi ideas in nobis quis dixerit eſſe: nam & moueri, & quieſcere eaſdem accidet; & etiam ſenſibiles, & inſenſibiles*

k 2. top. c. 3

les eſſe: nam videntur ideæ quieſcere, & immobiles, & intelligibiles eſſe ijs, qui ponunt ideas eſſe: attamen, quum ſint in nobis, impoſſibile eſt immobiles eſſe; nam motis nobis, neceſſarium eſt & quæ in nobis ſunt omnia ſimul moueri. Manifeſtum autem quoniam & ſenſibiles, ſi in nobis ſunt; nam per ſenſum, qui circa viſum eſt, eam, quæ in vnoquoque eſt, formam cognoſcimus: ſubaudit autem Ariſt. *vt Amici dicunt*: quaſi dicat, *vt ſi ideas in nobis quis dixerit eſſe (vt amici dicunt)* &c. Quod præterea dicis, Sueſſan. ſolum ibi neſcio quid de Platonicis ſibi fingere, dum ait, *Aſſignat* Ariſt. *exemplum de Ideis, quas Platonici in nobis formas eſſe dixerunt*; ſed hoc dicere ex ſe ſe, non ex Ariſt. in illo t. id me, nec ipſum nil turbat; tum quia & hoc tu dicis ex te te, non ex Ariſt. ipſum hoc ſibi fingere: tum quia ſi ſolus hoc ille diceret, an propterea falſum diceret? tum quia non æquo iure mecum veteris autoritate Sueſſani; qui enim toties *l* ante Sueſſani dictis contra me vim probationis attribuiſti; cur nunc eius autoritati pro me militanti vim probandi derogas? tum demum quia non ſolus Sueſſanus aſſerit hic Ariſtotelem agere de Platonicis ideis, ſed Auerroes ipſe in huius loci, quem decimum nonum numerat, ſine vlla hypotheſi tradit Ariſtotelem agere de ideis abſtractis, ſeparatisque, quas ponunt in ſenſibilibus, ita ex Abrahamo conuerſus ait, *Et huius exemplum eſt, quod dicitur de ideis abſtractis a ſenſatis, quia ex hoc ille infert, quod eſſent ſenſatæ & ignotæ ſimul, & moueantur & quieſcant ſimul: ex parte enim, qua poſitæ ſunt abſtractæ, non ſunt ſenſatæ, nec mouentur; ex parte autem, qua ſunt in ſenſatis, oportet eas eſſe ſenſatas, & quod moueantur*. ex Mantino quoque tranſlatus inquit, *ex gr. qui aſſerunt ideas, ſeu formas ſeparatas ineſſe ſenſibilibus, quoniam ex hoc ſequeretur, vt eſſent ſenſibiles & intelligibiles ſimul, & mobiles atque quieſcentes; nam ea ratione, qua dicuntur eſſe ſeparatæ, non ſunt ſenſibiles, neque mobiles; ea vero ratione, qua dicuntur ineſſe ſenſibilibus, oportet eas eſſe ſenſibiles, & mobiles; nam ſi ſunt ſenſibiles, ſunt vtique mobiles*. L I I. Alterum pronunciatum, nempe non dixiſſe Platon. ideas in nobis eſſe, ſic ego probo. V L. Duram prouinciam ſuſcipis; an neſcis negatiuam propoſitionem de actionibus hominum probari non poſſe? Legiſti omnia ſcripta Platonicorum, audiſti omnia verba Platonicorum, quem legit, & audiuit Ariſt. vt probare poſſis Platonicos

l pag. 18. 15. 39. 65. 85. 91. 99. 137.

nunquam dixiſſe ideas in nobis eſſe? ſed fare. LIL. Plato in Parmenide, *Verumtamen ipſas ſpecies neque nos habere, neque circa nos eſſe poſſe aſſentiris? non profecto.* &c. VL. Et in eodem Parmenide lego, Socrates ait, *Vtrum videtur tibi tota ſpecies in vnoquoque multorum eſſe vna exiſtens? an aliter? Quid prohibet eſſe vnam?* & in Philebo, *Quum ex vno, & multis conſtent vniuerſa, quæ ſemper eſſe dicuntur; terminumque, & infinitum innatum habeant; oportet nos his ita ordinatis, vnam ſemper ideam in vno quolibet generatim ponentes* (nota hæc) *inquirere, & eam inſitam inuenturos*
m 12.meta. com.36. *eſſe.* Auerr. item ait mecum, m *Vnde hæ formæ videntur habere duplex eſſe, abſtractum, & materiale: & hoc quidem eſt quod facientes formas* (indicat Platonicos) *volunt dicere: ſed non perueniunt ad ipſum.* & Ariſt. ipſe cauſſas generationis explicans, obſeruat Plato-
n 2.de gen. t.52. nem poſuiſſe ideam in materia, dicens, n *Sed hi quidem ſufficientem exiſtimauerunt cauſſam eſſe ad generandum formarum naturam, quemadmodum in Phædone Socrates: etenim ille increpans alios, vt nihil dicentes, ſupponit quod ſunt entium hæc quidem formæ, hæc autem participatiua formarum: & quod eſſe quidem vnumquodque dicitur ſecundum formam; generari autem ſecundum ſuſceptionem, & corrumpi ſecundum abiectionem: Quapropter ſi hæc vera ſunt, formas exiſtimat ex neceſſitate cauſſas eſſe & generationis, & corruptionis: Hi autem ipſam materiam; ab hac enim eſſe motum.* Neutri *autem dicunt bene. Si enim ſunt cauſſæ formæ, quare non ſemper generant continue, ſed quandoque quidem, quandoque autem non, exiſtentibus*
o pag. 170. *& formis ſemper, & participatiuis?* LIL. o Hoc non intelligi debet quia vere, & proprie ideæ in materia ſuſcipiantur; ſed quia fit in materia participatio illarum: vt etiam dicimus cum D Tho. 1. p. q. 15. ar. 2. Eſſentiam Diuinam vt participabilem a creaturis, eſſe ideam. *Idea enim eſt participabilis,* inquit Ariſt. 7. meta. 55. at ſimul etiam ſecundum eſſe eſt a ſenſibilibus ſeparata ſecundum Platonem. VL. Plato ex Ariſt. vult ideam ita participari a materia in actu generationis rerum, vt ex forma participata, & ex materia, tanquam ex duabus partibus eſſentialibus conſtituatur compoſitum; nec vult vllo modo Ideam in generatione rerum naturalium habere rationem cauſſæ efficientis, ſeu generantis, ſed tantum cauſſæ formalis, & componentis;
p 2.de gen. vt apertiſſime conſtat ex Ariſt. paullo antea dicente, p *Sunt igitur*

tur & numero æqualia, & genere eadem, quæ & in ſempiternis, & in primis; illud enim vt materia eſt, hoc autem vt forma: oportet autem & tertium adhuc adeſſe (nimirum efficiens) *non enim ſufficientia ſunt ad generandum duo, quemadmodum neque in primis. Vt materia igitur generabilibus cauſſa eſt, quod poſſibile ſit, & non ſit: hæc autem ex neceſſitate ſunt, vt æterna; hæc autem non ſunt ex neceſſitate.* & mox. *Quapropter neceſſarium eſt generationem & corruptionem eſſe circa poſſibile eſſe, & non eſſe: ideoque vt materia quidem; hæc eſt cauſſa generabilibus; vt autem cuius gratia, forma, & ſpecies; hæc autem eſt ratio vniuſcuiuſque ſubſtantiæ.* q *Oportet autem adeſſe & tertium, quod omnes quidem ſomniant, dicit autem nullus. Sed hi quidem ſufficientem exiſtimauerunt cauſſam ad generandum formarum naturam, quemadmodum in Phædone Socrates: etenim ille increpans alios, vt nihil dicentes, ſupponit quod ſunt entium hæc quidem formæ, hæc autem participatiua formarum: & quod eſſe quidem vnumquodque dicitur ſecundum formam, generari autem ſecundum ſuſceptionem,* &c. quæ ſupra retuli. Vel igitur vult Ariſt. Platonicos aſſerere generationem fieri per veram ſuſceptionem idearum in materia; & ita pro me contra tuum placitum decernit: vel tecum vult illos aſſeuerare in actu generationis materiam in ſe recipere non ideas ipſas, ſed ab ideis defluentes idearum imagines ac vmbratiles formas; aſt ita falſo diceret illos neglexiſſe cauſſam effectricem, & duas tantum ſufficere ſtatuiſſe generationi promouendæ; materiam ſcilicet, ac formarum imaginem, ſiue vt ais, formarum participationem; quia præter has tertiam poneret ideam ſui ſimulachrum ac participationem exhibentem materiei. Sed quando nos remittit Ariſt. ad Phædonem, videamus quid ibi de propoſito Socrates inquiat: ait autem ita, *Pergo iam igitur demonſtrare tibi cauſſæ ſpeciem quam continue pertractaui, ſupponens aliquid eſſe per ſe pulchrum, & bonum, & magnum, & cetera omnia.* & mox, *Arbitror enim ſi quid eſt aliud pulchrum præter ipſum pulchrum, non ob aliud quippiam eſſe pulchrum, quam quia pulchri ipſius eſt particeps: atque omnia dico ſimiliter.* & paullo poſt aperte tuam reſponſionem reſpuit, ac tantum non ineptam dicit (quod pace tua dictum ſit) inquiens, *Si quis autem mihi dixerit quare pulchrum ſit quodlibet, videlicet quia vel colorem habeat floridum, vel figuram, vel aliud quoduis talium, cetera equidem vale-*

q tex.52.

re

re ſino; in ceteris enim omnibus ſoleo perturbari; id vero vnum ſimpli-
citer, atque proculdubio, & forte iam inepte penes me teneo, nihil aliud
eſſe quod aliquid faciat pulchrum, quam ipſius pulchri, ſiue præſen-
tiam, ſiue communionem, ſiue qualicumque ratione, & quocumque
modo id proueniat: neque enim adhuc affirmarem: ſed pulchro omnia
eſſe pulchra, id mihi videtur tutiſſimum, tam mihi quam alijs reſpon-
dere: atque huic fundamento innixus, puto nunquam cadere, ſed & me
& quemuis alium tuto reſpondere poſſe, quæcumque pulchra ſunt, ipſo
pulchro fieri pulchra. Ariſt. autem hunc locum Platonis alibi tra-
r 1. phyſ. ctans, ait tum Platonis decreto, r *Materia permanens cum forma*
tex. 80. *cauſſa eſt eorum, quæ fiunt, ſicut mater*: nota illud *permanens cum*
ſ tex. 81. *forma*: tum ſ materiam appetere formam, quam diuinam dixe-
rat, bonum, & appetibile, ſicuti turpe appetit pulchrum: & ſi-
cuti fœmina maſculum: appetit autem vt illi copuletur reipſa, &
illi vere coniungatur. Et clarius infra Plato in Phædone, *Annon,*
Cebes, hæc erunt, quæ quodcumque occupant, tale reddunt, vt non ſo-
lum ſui ipſius ideam retinere cogatur, ſed etiam contrario illi ſit opus?
ſcis enim, quæ trium continentur idea, oportere non ſolum tria; ſed
etiam imparia eſſe certe. Ad hoc tale vtique dicebamus, ideam contra-
riam formæ illi, quæ id perficit, nunquam accedere: perficit autem im-
paris idea: contraria vero huic paris idea. ergo ternario numero idea
paris ſe nunquam inſinuabit. Et infra. *Quod paris ideam non accipit,*
impar omnino; quodue non accipit iuſtitiam, quodue non capit muſi-
cam iniuſtum dicimus, & immuſicum. Sic igitur Plato decernit in
cuiuſque generatione propriam illius ideam ad ipſum accede-
re, illudque genitum ideam in ſe capere, & captam retinere. Sed
t in Tim. & alibi Plato ſcribit, t *Ex ea ſubſtantia, quæ indiuidua, & ſemper*
eadem ſimiliſque eſt, (ecce ideam) *& ex ea rurſus, quæ circa corpora*
diuidua fit, (ecce materiam) *tertiam ſubſtantiæ ſpeciem commiſcuit*
mediam, quæ rurſus eſſet naturæ ipſius eiuſdem, & naturæ ipſius alte-
rius particeps; ecce compoſitum, in quo reſidet idea cum mate-
ria commiſta, vt ait Plato. Et adhuc infra dicit, *Quot igitur, &*
quales mens ideas in eo, quod eſt animal, inſpicit; totidem & tales hoc
mundo contineri oportere excogitauit. & paullo poſt, vertente Cor-
nario, *Verum in præſentia tria genera animaduertere oportet: vnum*
quod fit: alterum in quo fit: tertium vnde id quod fit aſſimilatur ac
producitur. & ſane etiam aſſimilare decet, id quidem quod ſuſcipit,
ma-

Digitized by Google

matri : vnde vero ſit, patri : intermediam autem naturam, ſoboli : & cogitare quod ſi fieri debet effigies omnibus varietatibus aſpectibus varia, non aliter hoc ipſum in quo id quod effigiatur collocatur, recte fuerit præparatum, quam ſi informe ſit, & omnibus illis ideis careat, quas alicunde ſuſcipere debet. Quam doctrinam a Timæo Locro Plato deſumpſit, a cuius libello De Vniuerſitatis natura ſuum Timæi nomine dialogum inſcriptum deſumpſit, & amplíauit: ibi nanque Timæus inſit, *Vniuerſa vero ideam, materiam, & quod ſenſui expoſitum eſt, velut ex his natum : & illam quidem eſſe ingenitam, & immobilem, & manentem, & de eiuſdem natura, & intelligentiæ ſubiectam, & exemplum eorum, quæ generantur, quæcumque in mutatione ſunt : tale enim quiddam ideam dici & intelligi : materiam autem ſignaculum impreſſionemque & matrem, & nutricem, & genitricem eſſe tertiæ eſſentiæ : vbi enim ſimulachra in ſe ſuſcepit, & velut impreſſit, perficere omnia opificia. Hanc autem materiam ſempiternam quidem dixit, non tamen immobilem: formæ vero, & figuræ exortem per ſeipſam, ſed quæ omnem formam ſuſcipiat. Hanc autem circa corpora diuidi poſſe, & de alterius natura eſſe. Appellat autem materiam, locum & regionem. Duo igitur hæc principia ſunt, ex quibus ſpecies quidem rationem habet maris & patris; materia vero feminæ & matris: tertia vero eſſe ea, quæ ex his nata ſunt. Quum autem tria ſint, tribus cognoſci, ideam quidem mente per ſcientiam; materiam autem ratione ſpuria, eo quod nondum ſecundum rectitudinem intelligitur, ſed ſecundum proportionem : ex his vero creata ſenſu, & opinione. Priuſquam igitur cælum factum eſſet, ratione erant idea, & materia, & Deus opifex eius quod melius eſt. Quandoquidem vero antiquius melius eſt recentiore, & ordinatum inordinato, Deus qui bonus eſt, quum videret materiam ſuſcipere ideam* &c. Denique vero Magiſter, & Auerroes contra te ſtatuunt Platonicos ideas poſuiſſe in ſenſibilibus: Ariſtoteles quidem eos coarguens ita,* *Item videri poſſit impoſſibile eſſe ſeparatam ſubſtantiam, & cuius eſt ſubſtantia : quare quomodo ideæ, quum rerum ſubſtantiæ ſint, ſeparatæ fuerint? in Phædone autem ita dicitur, quod tum ipſius eſſe, tum ipſius fieri formæ cauſſæ ſunt.* Auerr. autem hunc locum explicans hoc modo, *Etiam impoſſibile eſt exiſtimare formas eſſe abſtractas a ſubſtantijs, quarum ſunt formæ, & ſubſtantias non eſſe, ſ. quod eſt impoſſibile formas remanere, & deficere res, quarum ſunt formæ; quoniam*

* 1.meta. t.33.

tunc

Digitized by Google

tunc non eſſet generatio, neque corruptio. Et, quia poteſt aliquis dicere, quod Plato non dixit eas eſſe cauſſas generationis & corruptionis, neque partes formales rerum ſenſibilium; notificauit quod Plato dixit hoc in libro Phædon, & dixit, & hoc dictum fuit &c. Sed multo
† 1. meta. t.9. † prius, & multo clarius Ariſt. te coarguit, inquiens, *Qui vero formam inducit, quæ vna eſt, multas facit. Similiter autem & maſculus ad feminam ſe habet: hæc etenim ex vno congreſſu impletur, maſculus vero multas implet: at iſta imitationes illorum principiorum ſunt. Plato igitur de propoſitis quæſtionibus ita determinauit. Patet autem ex dictis, quod duabus cauſſis vtitur ſolum, ea, quæ ipſius quid eſt, & ea quæ ſecundum materiam. Formæ enim ceteris ipſius quid ſint cauſſæ ſunt; formis vero ipſum vnum; & quæ ſubiecta materia, de qua formæ: ille quidem in ſenſibilibus, ipſum vero vnum in formis dicitur.* Ex quibus luce meridiana clarius eſt Platonicos opinari ideas quas formas appellat Plato, ſuſcipi in materia, & ineſſe in ſenſibilibus, hoc eſt in compoſitis materialibus; etſi ex altera parte dicant eas eſſe formas abſtractas. Nec omitten-
u 7. meta. t.38 39. dum eſt, u Ariſtotelem cognoſcere inter aſſertores idearum nonnullos, qui definientes lineam eſſe dualitatem, ponebant ideam, ſine qua linea definiri non poſſe putabant, in continuo, velut in propria materia: tum etiam aſſeuerare Socratem iuniorem, hoc eſt Platonem, vt interpretatur Alex. Auer. & D. Thó. poſuiſſe ideam hominis in homine materiali, ſicut eſt circulus in ære; in quo ſic eſt, vt ab ære dicatur definitione ſeparatus; quum homo definiri non poſſit ſine materiali corpore: verba
x 7. meta. t.38. Magiſtri conſpicua ſunt, x *Quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant: tanquam non deceat lineis & continuo definiri; ſed hæc omnia ſimiliter dici ſicuti carnes aut oſſa hominis, & æs & lapis circuli: & cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem eam, quæ duorum eſſe dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipſam lineam dualitatem, quidam lineæ formam; quædam etenim eadem eſſe formam, & cuius forma; vt puta dualitatem, & dualitatis formam: in linea vero non eſt. Accidit itaque & vnam multorum formam eſſe, quorum ſpecies videtur diuerſa: quod etiam Pythagoricis accidebat. & contingit vnum omnium facere ipſam formam, cetera vero non formas: at hoc modo vnum omnia erunt.* Quum ergo Platonici ponentes ideas, inter alias cauſſas cur eas introduxerunt, hæc vna ſit, vt
de-

Digitized by Google

definitio, & ſcientia de rebus haberi poſſet, quæ de ſolis æternis haberi valet, & de ſolis vniuerſalibus; quum ſingularia materialia non ſint æterna: nunc Ariſt. diſtinguens eos, qui ponunt ideas, in duas claſſes circa definitiones rerum aſſignandas; quod alij definitionem aſſignarent per ſolam formam; alij per dualitatem: immo vero dicens, quædam entia talia eſſe vt in ijs idem ſit, hoc eſt ſimul ſit forma, & cuius eſt forma; quod *y* alibi dixerat de anima, & de corpore, in quo definierat animam ineſſe, vt actum in proprio ſubiecto: clare nobis oſtendit aliquos ponentes ideas, ipſas ponere in rebus, quarum ſunt ideæ. Sed clarius immediate talia ſubdens, *z* *Quod itaque habent aliquam dubitationem ea, quæ circa definitiones ſunt, & quam ob cauſſam dictum eſt. Quare cuncta ita reducere, & auferre materiam, ſuperuacaneum eſt: quædam namque fortaſſe hoc in hoc ſunt, aut ſic hæc habentia. Et comparatio de animali, quam iunior Socrates dicere ſolebat, non bene ſe habet: abducit enim a vero, & opinari facit, tanquam contingeret hominem ſine partibus, quemadmodum abſque ære circulum.* tranſlatio Auerrois habet hoc euidentius, *Et ideo idea, quas Socrates minor eſt aſſuetus dicere in animalibus, non eſt bonum: procedit enim a veritate, & exiſtimatur quaſi eſſet poſſibile vt homo ſit ſine alio, ſicut circulus ſine cupro.* Dicit igitur Ariſt. iuniorem Socratem, ſignificans aut Platonem, qui ſemper in ſuis dialogis introducit Socratem præceptorem ſuum propria dogmata docentem; aut (quod magis placet Alexandro) quemdam Socratem Geræneníem, qui Platonis condiſcipulus Senioris Socratis auditor fuit: ait, inquam, Ariſt. hunc Socratem de Ideis tractantem comparaſſe ideam hominis cum circulo, ſtatuens vt circulus etſi poſſit eſſe ſine ligno, vel ære; ſic ideam hominis eſſe poſſe ſine partibus materialibus: at circulus ita poteſt eſſe ſine ligno vel ære, tum quia non definitur per materiam ligni, vel æris, ſed abſtrahitur ab intellectu: tum quia non neceſſario eſt in ligno, vel ære, tamen neceſſario eſt in aliquo materiali corpore: ſimiliter ideam hominis eſſe poſſe ſine partibus materialibus, tum quia definitur homo ſine mentione partium materialium; tum quia licet non ſit neceſſe ideam hominis eſſe in Alcibiade, vel Euthydemo; qui vita functi; non amplius ſint; ſiue in his carnibus, & in his oſſibus; tamen eam eſſe in carni-

y 2. de an. t. 4. 7.

z 7. meta. t. 39.

bus, & oſſibus, ac omnino in hominum viuentium indiuiduis prorſum neceſſe eſt. ſic ergo doctore Ariſtotele Socrates Iunior ponebat ideas in nobis; vt circulum in corpore. Sed & infra clariſſi ne diſputans Ariſt. contra Platonicorum ideas, edocet ipſos illas ita ponere ſeparatas, vt ponerent item in nobis, ac in
a 7. meta. t.51. rebus materialibus, quarum ſunt ideæ; ſcribit enim, *a Ex his autem ipſis id etiam patet, quod accidit illis, qui ideas pariter ſubſtantias, & ſeparatas eſſe dicunt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim formæ, & animal in homine ſunt, & equo, aut vnum & idem numero ſunt, aut alterum: ratione nanque patet quod vnum: eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in vtroque. Si itaque aliquis homo eſt ipſum per ſe quod quid, & ſeparatum, neceſſe eſt, vt etiam illa, ex quibus (ſicuti animal, & bipes) quod quid ſignificent, & ſeparata, ac ſubſtantiæ ſint: quare & ipſum animal. Si idem igitur, & vnum quiddam etiam in equo, ſicuti tu tibi ipſi; quomodo in ſeparatim exiſtentibus vnum erit? & cur non etiam abſque ſeipſo erit animal hoc?* SIB. Nec eadem o Lilium eſt participatio diuinæ eſ-
b 1. p. q. 15. ar. 2. ſentiæ a creaturis ſub ratione ideæ, vt ait *b* D. Tho. ac participatio ideæ, de qua loquitur *c* Ariſt. in loc. a te citatis: nam Ariſt.
c 7. meta. t. 55. agit de illa participatione idearum, ratione cuius vnaquæque idea de multis prædicatur, a quibus participatur; ait enim, *Deinde ſi ex Ideis idea, minus profecto compoſita ſunt, ex quibus. Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea, vt animal, & bipes: quod ſi non; quomodo ſcietur? erit nanque aliqua idea, quam impoſſibile eſt de pluribus prædicari quam de vno: non videtur autem; ſed omnis idea videtur eſſe participabilis: quemadmodum igitur dictum eſt, latet quod impoſſibile eſt in perpetuis definire, maxime vero quæcumque vnica ſunt, vt Sol, aut Luna.* ſic ergo Platonici ponunt ideas ita participari ab ijs, quorum ſunt ideæ, vt ſingula idea de multis prædicari valeat; at quæ prædicantur inſunt in ijs, de quibus prædicantur. Sed longe alia ratione Deum participabilem ponit a creaturis; non enim quia de illis prædicari valeat; ſed vult ille Doctor, Deum habere rationem ideæ creaturarum, quatenus ipſe ſuam eſſentiam cognoſcit vt ideam earundem; ait enim, *Ipſe Deus eſſentiam ſuam perfecte cognoſcit: vnde cognoſcit eam ſecundum omnem modum, quo cognoſcibilis eſt: poteſt autem cognoſci non ſolum ſecundum quod in ſe eſt, ſed ſecundum quod*

eſt

eſt participabilis ſecundum aliquem modum ſimilitudinis a creaturis : vnaquaque autem creatura habet propriam ſpeciem ſecundum quod aliquo modo participat diuinæ eſſentiæ ſimilitudinem: ſic igitur inquantum Deus cognoſcit ſuam eſſentiam vt ſic imitabilem a tali creatura, cognoſcit eam vt propriam rationem & ideam huius creaturæ, & ſimiliter de alijs. Nihil ergo commune habet participatio ideæ, quam contra Platonicos adhibet Ariſt. & participatio Diuinæ Eſſentiæ ſub ratione ideæ a creaturis; de qua nunc agit D.Tho. ſed hæc theologica minus apte a te permiſcentur diſputationibus philoſophicis. LIL. *d* Ammonius in com.proœm.Porphyr. hoc declarat exemplo annuli, cuius figura impreſſa ſit in pluribus tabulis cereis; figura ſigilli & annuli erit ſeparata ſecundum eſſe ab imaginibus in cera formatis; tamen illis communicata; itaque participabilis ab illis; verum non in illis, ſed in annulo. VL. Iamdudum notaui exempla non habere vim probationis. Nunc oſtendo propoſitum probare contrarium eius, quod prætendis: Ariſt. *e* paullo antea monuit ideas de mente Platonicorum in generatione rerum iungi cum materia ſub ratione formarum, non autem ſub ratione tertiæ cauſſæ, quæ dicitur efficiens. ſi ergo imago anulo inſculpta referatur ad ſimilem ſibi figuram, quam format in cera, non eſt forma, ſed cauſſa efficiens; & proinde nil ad propoſitum idearum: ſi vero referatur ad anulum, formæ rationem habet, ac in ipſo eſt; ſicut ideas ponebant in rebus ſenſibilibus Platonici. Sed vlterius anuli figura eatenus obtinere poteſt rationem ideæ, quatenus actu impreſſa ceræ hanc figurat; ſed tunc & eſt in cera, & a cera ſeiuncta; in cera quidem eſt, quia ceræ infixa eſt anuli ſubſtantia, quæ mobilis eſt ad motum tabellæ cereæ, quandiu illi anulus infixus permanet; attamen & tunc etiam figura illa dicitur ſeparata a cera, quia ineſt in materia anuli tanquam in ſubiecto ſuo radicata; in quo permanet etiam deſtructa cera; a qua proinde dicitur ſeparabilis: Pari ratione Platonici ponebant rerum omnium ideas veluti radicatas in mente diuina; ſed quia Diuinam Eſſentiam cenſebant vbique diffuſam intime præſentem eſſe rebus omnibus, propterea volebant ideas pariter eſſe in rebus, quarum dicebantur ideæ, quas ponebant a rebus eſſe tum ſeparatas, quia non erant in eis vt in ſuo fundamento radicatæ;

d pag.171.

e 2.de gen. t.52.

tum ſeparabiles, quia rebus ſingularibus corruptis, ideæ remanebant eædem ſemper incolumes in mente Diuina. Quare pro me contra te militat exemplum Ammonij abs te propoſitum, incl. Fl. LIL. Lege 3. meta. t. 9. & S. Tho. ibi exp. *Ponunt ſpecies eſſe ſeparatas, & non eſſe alicubi*, inquit S. Tho. V L. Quod attinet ad Ariſt. legi, & reperi eum ibi hæc afferre de mathematicis in comparatione ad ideas & ad ſenſibilia, *Sunt autem quidam, dicentes eſſe quidem hæc, quæ formarum, & ſenſibilium media dicuntur, non tamen a ſenſibilibus ſeparata, ſed in eis. Quos quæ impoſſibilia ſequuntur, omnia quidem enumerare longi ſermonis eſſet: ſufficit autem talia ſpeculari. Non enim de his ſolum, vt ita ſe habeant, rationabile eſt, ſed patet quod etiam formas contingeret in ſenſibilibus eſſe: eiuſdem enim rationis vtraque hæc ſunt. Item duo ſolida in eodem loco neceſſe eſſet eſſe, & non eſſe immobilia, in ſenſibilibus exiſtentia motis. Et omnino cuius cauſſa quis ponet quidem eſſe ea, eſſe autem in ſenſibilibus? eadem enim, quæ prædicta ſunt, abſurda ſequentur; erit nanque aliud quoddam cælum præter cælum; niſi quod non ſeparatum, ſed in eodem loco; quod impoſſibilius eſt.* Quibus † oppoſitum plane ſtatuit eius, quod eum dicere vis: dum enim ſtatuit quoſdam dicere mathematica eſſe media inter ideas, & res ſenſibiles, non tamen a ſenſibilibus eſſe ſeparata, ſed in eis; neceſſario intelligit ea eſſe media vel per abnegationem extremorum; & hac non; quia ſtatuit ea non eſſe a ſenſibilibus ſeparata, ſed in eis; & quia decernit eiuſdem rationis vtraque hæc eſſe, nimirum ideas, & mathematica: vel per participationem extremorum; & ita ponens mathematica in ſenſibilibus, ex eorundem ſententia decernit ideas eſſe in ſenſibilibus. Immo dum ex illorum poſitione colligit, duo corpora in eodem loco neceſſe eſſet eſſe, & non eſſe immobilia, in ſenſibilibus exiſtentia motis, ſatis innuit ideas pariter eſſe in ſenſibilibus ex eorum mente. Dicuntur autem media apud illos mathematica inter ſenſibilia, & ideas; quia vt ideæ abſtrahuntur definitione a ſenſibilibus; vt ſenſibilia, habent reipſa adiunctam materiam: vt ideæ, ſunt realiter in ſenſibilibus intelligibilia; vt ſenſibilia, ſenſibus percipiuntur. Quod vero pertinet ad D. Tho. dicentem, Platonicos ponere ſpecies eſſe ſeparatas, & non eſſe alicubi, nil contra me ſtatuit; nam vult ille ideas non eſſe in loco. Sed

† 122. falſ. cit.

Ariſt.

Ariſt. ibi decernit ponentes ideas ad hoc inconueniens deduci, vt ſibimetipſis contradicentes aſſerant eas eſſe mobiles, & immobiles, dum ipſas ponunt ſeparatas, & in rebus ſenſibilibus, quæ mouentur; qui locus Metaphyſicus mire conſentit huic topico, circa quem verſamur. LIL. In eadem pag. 147. citatur locus D. Th. ex 1. p. q. 8. a. 1. ad probandum Deum *eſſe intime in omnibus rebus*. VL. Id quidem recte contra te, qui Deum ex eo naturam non eſſe contendis, quod ſemper ais ipſum eſſe cauſſam extrinſecam, non autem principium motus in quo eſt. LIL. Lætor quam maxime in mentem veniſſe D. meo citare hunc locum D. Tho. quia ex ipſo conſtat Deum non vniri rebus vt formam, ſed tantum vt motorem. *Deus*, inquit, *eſt in omnibus rebus non vt pars eſſentiæ*, infero, ergo non vt forma, ergo non vt natura, cum natura ſit eſſentia eius cuius eſt natura. VL. Dudum hoc dilui, monens ibi D. Tho. negare Deum eſſe partem eſſentiæ rerum omnium ſpectatum ſub ratione Deitatis, ac primi entis: at conſideratum ſub ratione primi motoris aperte *f* fatetur mecum ex *g* Ariſt. Deum eſſe partem eſſentialem primi mobilis, quod a ſeipſo mouetur. ſat autem mihi fuit ex eo loco D. Tho. probaſſe Deum non eſſe cauſſam externam, ſed intimam rebus omnibus: Cauſſam vero effectricem eſſe naturam, fuſe dudum oſtendi. Quare mihi gaudeo, tibique gratulor te nunc ea falſa dogmata reſpuere, quibus olim profitebaris Deum, & cauſſam effectricem non eſſe naturas, quia forent externæ cauſſæ, nec dici poſſent principia motus in eo, in quo ſunt. LIL. In *h* pag. 148. aſſeritur, *Deum aſſiſtere ſubiecto, cui adeſt, ideo non moueri ad eius motum*. Accipio dogma, quo nihil verius in propoſito; & dico, Deus eſt aſſiſtens, ergo non forma, ergo non natura, ergo non conſtituens. D. Tho. 1. p. q. 51. art. 3. ad 3. contradiſtinguit eſſe *formam* ab eſſe *motorem*. Ex quo ſic arguo, vnitum alicui præciſe per modum motoris non eſt illius forma: actus aſſiſtens vnitur præciſe per modum motoris: ergo actus aſſiſtens non eſt forma: maior eſt S. Th. citata q. 51. minor ſic probatur, vnio per contactum virtutis eſt vnio motoris: aſſiſtens vnitur per contactum virtutis, vt ait S. Thom. 2. con. gen. cap. 57. ergo aſſiſtens vnitur vt motor, non vt forma: neque aſſiſtentis principij eſt talis vnitas cum eo, cui aſſiſtit, ſicuti formæ

f 1. p. q. 70. a. 3. 2. con. gen. cap. 70.

g 8. phy. 41. & ſeqq.

h pag. 171.

cum

cum materia, vt obſeruat Achillinus Quol. 3. dub. 4. *vnitas eſſentialis*, inquit, *eſt maior quam vnitas per ſolam aſſiſtentiam:* vnitas vero eſſentialis eſt per formam informantem, vt communiter colligitur ex 8. meta. t. 15. expon. ibi Alex. com. 13. & D. Th. l. 5. Iandunus etiam l. 3. de an. q. 5. agnoſcit actum aſſiſtentem motorem appropriatum. VL. Inprimis & ego tale quid agnoſco. ſed non agnoſco vnitatem eſſentialem ita eſſe per formam informantem, vt non poſſit eſſe quoque per aſſiſtentem; tum
i 2. de an. t. 7. quia Magiſter, qui inter ceram & figuram *i* poſuit vnitatem eſſentialem in arte, perinde ac inter animam & corpus in natura; non poterit negare in arte nauigandi reperiri vnionem eſſentialem inter nauem, & nautam, qui eſt illi aſſiſtens forma: tum
k loc. cit. quia Philoſophus idem, qui *k* conſtitueret inter animam, & cor-
l 2. de an. t. 11. pus, cuius eſt actus, vnitatem eſſentialem; paullo poſt *l* aſſerens ex antehabitis non conſtare an anima ſit actus ſicut nauta nauis; apertiſſime ſupponit actum aſſiſtentem vniri cum ſubiecto ſuo vnione eſſentiali: tum quia Intelligentia ſic orbi ſuo aſſiſtit,
m 8. phyſ. t. 41 & ſeqq. n 1. p. q. 70. ar. 3. 2. con. gen. c. 70. *m* Ariſtotele doctore, ac *n* D. Tho. vt cum ipſo conſtituat vnum viuens per ſe a ſeipſo mobile; ita vero conſtitutum neceſſario conſurgit ex partibus eſſentialiter inter ſe vnitis. Achillino dicenti vnitatem eſſentialem eſſe maiorem vnitate per ſolam aſſiſtentiam, non ſubſcribo; quia mihi potior eſt Ariſtotelis doctri-
o 2. cæl. com. 3. na nuper allata, & autoritas Auerrois aſſerentis *o* quod *forma & formatum ſunt in eo idem numero, ſed ſecundum diſpoſitionem magis diminutam, quam ſit adunatio recipientis & recepti in forma abſtracta. & cauſſa iſtius adunationis inter iſtam formam & ſuam materiam eſt, quia non cohæret ſua materia mediantibus dimenſionibus, ſicut formæ generabiles & corruptibiles.* & mox. *Quapropter hæc corpora cæleſtia ſunt intelligentia ſecundum vniuerſum: & propter hoc non recipiunt laborem neque fatigationem: & propter hoc illud, quod in ſua actione eſt minus fatigatum, eſt nobilius, & melius: bonum autem ſimpliciter eſt illud, cui non accidit in ſua actione fatigatio.* ex quo loco depromitur communiter illa famoſa dignitas in ſcholis, *Intelligentia & orbis*, cui aſſiſtit, *conſtituunt magis vnum quam ſit compoſitum ex materia & forma informante.* ſiue, *ex intelligentia aſſiſtente, & orbe fit magis vnum, quam ex materia & forma ſubcæleſti.* Deinceps ad argumentum a te propoſitum, concedens vnitum

vnitum alicui præciſe, vt ais, per modum motoris, non eſſe illius formam; quia baiulus non eſt forma ſarcinæ, cui vnitur per modum motoris: nego actum aſſiſtentem vniri præciſe per modum motoris; nam vnitur etiam per modum viuificantis, & animantis, ac omnino conſtituentis vnum per ſe, quod a ſeipſo mouetur; vt nuper innotuit ex Auer. & olim ſæpius ex *p* Ariſt. ac *q* D.Th. Quam probationem negati dogmatis innuis, & aſſeris ex D.Th. agnoſco paralogiſmum, in cuius concluſione quid reperitur, quod non eſt in præmiſſis; & in quo ex puris affirmatiuis colligitur negatiua concluſio: concedo ſiquidem, vnionem per contactum virtutis eſſe vnionem motoris; & aſſiſtentem actum vniri per contactum virtutis; at nego inde colligi actum aſſiſtentem ſic vniri vt motorem, vt non vniatur vt † forma, ſiue actum aſſiſtentem non vniri, vt forma; quia motor poteſt eſſe forma; & vnionis vt forma nulla mentio, nulla negatio facta eſt in præmiſſis. Ac demum ad principale argumentum concedens, Deum eſſe aſſiſtentem; nego proinde fieri vt non ſit forma; nam formæ natura communis eſt tam informanti, quam aſſiſtenti; vt nuper nouimus ex Ariſt. & ſuperius late probaui.

p 2. cœl. t. 13 63. 8. phyſ. 41. & ſeqq. 1. de pl. c. 1.
q 1. p. q. 70. ar. 3. 2. con. gen. cap. 70.
† 18. ſophiſma.

LIL. *r* Quod eſt æquiuoce tale non poteſt dici tale niſi ſecundum nomen, & improprie: aſſiſtens eſt tantum æquiuoce forma: ergo non eſt forma niſi ſecundum nomen. maior eſt Ariſt. antepr. c. 1. minor eſt Auerr. 2. de an. com. 7. quia enim credit rationalem eſſe aſſiſtentem, alias animas informantes, ideo hæc profert, *Perfectio enim in anima rationali, & in alijs virtutibus animæ fere dicitur pura æquiuocatione.* Idem etiam repetit lib. 3. de an. com. 5. in ſol. 2. quæſtionis. VL. Quomodo confirmare potes propoſitionem abſolutam probatione conditionali? Illud *fere* ab Auerroe propoſitum tuam ratiocinationem diluit; nam inter vniuoca, quæ proprie talia dicuntur; & pura æquiuoca, quæ talia dicuntur improprie, continentur analoga, quæ non improprie talia dicuntur, ſed proprie, vt vniuoca; & latiori ſignificatione dicuntur æquiuoca, ſeu æquiuoca non pura: ſic ens non vniuocum eſt ad ſubſtantiam & accidens, ſed æquiuocum, vt ait *ſ* Porphyrius; at ens non eſt pure æquiuocum, ſed analogum ad ſubſtantiam & accidens, nec dices accidens eſſe improprie ens. LIL. In *t* pag. 151. citatur t. 11. 2. de an. vt ex

r pag. 173.
ſ cap. de ſpec.
t pag. 175.

illo

illo probetur actum aſſiſtentem eſſe naturam. Probauerat Ariſt.
animam eſſe naturam: at in t. 11. reuocat in dubium an ſit aſſi-
ſtens: ergo ad aſſiſtentem etiam extendit nomen naturæ. Hoc
eſt argumentum Exc. Domini. V L. Longe diuerſum fuit
meum argumentum, in quo magis patet vis probationis, his
notis, inclyte Fl. *Quum certum ſit apud* u *Ariſt. formam omnem,*
u 2. phy t. 12. & ſeqq. *omnemque ſpeciatim animam eſſe vere naturam: poſtea quam defini-*
x 2. de ar. 14. *uit idem Ariſt. animam generatim eſſe ſubſtantiam ſicuti* x *formam*
corporis naturalis potentia vitam habentis, actumque primum corpo-
y tex. 6. 7. *ris* y *naturalis inſtrumentalis: proindeque vere ac proprie naturam;*
z tex. 11. *mox* z *admonet huiuſcemodi definitionem non eſſe perfectam, ſed ad*
a tex. 12. *perfectiorem* a *inueſtigandam oportere nos vlterius progredi: Notans*
b tex. 11. *autem imperfectionem allatæ definitionis animæ ſcribit,* b *quia ex*
ea non eſt manifeſtum, vtrum anima, quæ definita eſt eſſe actus pri-
mus corporis naturalis organici, ſit eius actus, ſicut nauta nauis, hoc
eſt aſſiſtens: quod quidem ſcribere eſt clare ſupponere formam aſſiſten-
tem eſſe poſſe naturam, & animam, actumque primum ac internum
corporis naturalis. L I L. Reſp. illum t. 11. habere duas expo-
ſitiones, quarum vnaquæque ſoluit hoc dubium. Prior exp. eſt.
S. Th. 2 de an. l. 2. reſpex. ſſe hic Ariſt. ad opinionem Plat. *& quia*
Plato ponebat quod anima eſt actus corporis non ſicut forma, ſubiun-
git quod hoc nondum eſt manifeſtum. Hoc eſt manifeſtum Ariſt.
ſecundum quem omnis anima comprehenſa in definitione 2. de
an. t. 7. eſt informans, & vera natura; ſed non omnino mani-
feſtum ſimpliciter, quia oppoſitum eſt probabile, ob opiniones
ſapientum: nam 1. top. cap. 1. legimus eſſe probabile quod vide-
c tex. 11. tur ſapientibus. V L. Ariſt. *c* ibi ſiue reſpexerit opinionem
Platonis, ſiue potius rei naturam, nulla facta mentione Plato-
nis (cuius opinionem de anima late dudum examinauerat in
primo lib. ex eo quod non adhuc manifeſtum eſt an anima ſit
actus aſſiſtens, vt nauta naui, nec ne, colligit allatam animæ
definitionem, qua dicta eſt actus primus corporis naturalis or-
d tex. 12. ganici, traditam fuiſſe rudiori formula; moxque *d* decernit ſibi
meliorem eſſe perquirendam: quare ſupponit ſemper actum pri-
e pag. 176. mum commune quid eſſe informanti, & aſſiſtenti. L I L. *e* Il-
luſtro hoc per aliud ſimile. In 8. phy. credidit Ariſt. ſe demon-
ſtraſſe mundi, & motus æternitatem, ita vt dixerit audacter 8.

phy.

Digitized by Google

phy. 36. *motum non eſſe impoſſibile eſt ; oſtenſum eſt enim prius quod neceſſe eſt motum ſemper eſſe*. & in epilogo facto in t. 77. illius lib. 8. patet Ariſt. non dubitaſſe an motus, & mundus ab æterno ſint : ſuſtinuit enim affirmatiuam partem ſemper : Nihilominus 1. top. cap. 9. ait hoc eſſe problema neutrum : Ita an anima eſſet actus formans erat dialecticum veteribus ; at non Ariſt. qui probauit animam formare 2. de an. t. 7. 8, 9. & 10. multipliciter, & validiſſime. LI. Scio Ariſt. non fuiſſe problema neutrum an anima ſit actus informans, an aſſiſtens ; ſed tamen video in t. 11. rudiorem ſtatuere definitionem allatam t. 7. qua dixerat animam eſſe actum primum &c. quia non adhuc manifeſtum ſit ex illa vtrum anima ſit actus ſicut nauta nauis. Neque video in t. 7. 8. 9. & 10. multipliciter ac validiſſime probari animam eſſe actum informantem, tum quia comparat eam ibi formis artificialium rerum; inter quas nauis eſt, cuius forma eſt aſſiſtens: tum quia falſo diceret in t. 11. non adhuc manifeſtum eſſe ſi anima ſit actus aſſiſtens. Nec exemplum de motus, & mundi æternitate, quam coluit Ariſt. 8. phy. & dixit eſſe problema neutrum 1. top. illuſtrat hanc tuam ſolutionem, ſed eam penitus demolitur: quia tota vis mei argumenti conſiſtit in eo, quod Ariſt. quum *f* definiuiſſet animam eſſe actum primum, poſtea in eodem capite *g* decernit hanc definitionem non eſſe numeris omnibus abſolutam, quia ex ea non conſtat an anima ſit actus aſſiſtens, ſiue ſicut nauta nauis: modo libri Topicorum non ſunt poſteriores libris Phyſicorum, ſed longe priores, nedum inter ſe diſtincti : Quare problema de motus & mundi æternitate, quod multo prius initio Topicorum admonuerat eſſe neutrum ac dialecticum ob varias ſapientum opiniones, multo poſtea in calce Phyſicorum determinat ex mente propria : ſi ſtatim dixiſſet in 8. phyſ. poſt. epilogum t. 77. mundi & motus æternitatem a ſe nuper oſtenſam, eſſe adhuc problema dialecticum, ac neutrum, aliquid ſimilitudinis haberet in propoſito. LII. Altera expoſitio, & melior, eſt Simpl. Nauta duo in ſe habet, aſſiſtit naui, & illam gubernat & regit : non aſſimilatur animæ in illo t. 11. quoad prius ſuum attributum, quia anima eſt formans; at quoad ſecundam proprietatem: immanifeſtum ergo eſt an anima vtatur corpore, an illud regat & gu-

f 2. de an. t. 7.

g 2. de an. t. 11.

bernet, ſicuti nauta facit in naui ſuo regimini commiſſa. eſt ergo alienum ab illo t. 11. reuocare in dubium animæ informationem ſub aliqua ſuſpicione aſſiſtentiæ; at illius t. inſtitutum eſt dubitare, an anima, quæ format corpus, illud etiam regat vt nauta nauem. Expreſſit mirum in modum hunc ſenſum Zab. 2. de an. t. 11. legendum conſulo. In 8. phyſ. t. 51. dixit Ariſt. aliquod eſſe *quod in uectæ mouet ſeipſum*, huius conditionis eſt anima cognoſcens, & appetens; mouet corpus, quod informat, & in eo mouet ſe per accidens 1. de an. 42. V L. Simplicius longiſſime abeſt ab hac diuiſione, quam ex eo affers, incl. Fl. nil enim de eo quod eſt nautam & aſſiſtere naui, & gubernare nauem cui aſſiſtit; nil de eo quod eſt, animam informare corpus, at dubium eſſe an illud etiam regat, vt nauta nauem; quod cum

† 123. ſalſ cit. Zab. † falſo tribuis in præſentia Simplicio, qui mirifice meam interpretationem approbat inquiens, *Actus enim, qui vt vtens eſt, tum quadam ratione inſeparabilis eſt, quia vndequaque vtatur; tum quadam ratione ſeparabilis, quatenus ſeiunctim & ſeparatim corpore ſibi inſeruiente vtatur. Si autem & quadam ratione vtitur, & quadam non omnino quidem vtatur, veluti ipſius nautæ exemplum indicat; quæ portio ipſius non vtitur, ſeparabilis omnino eſt.* Dum ait hic animam ſub exemplo nautæ conſiderari *quatenus ſeiunctim & ſeparatim corpore ſibi inſeruiente vtitur*, quid aliud intelligere poteſt ipſe Simplicius quam formam aſſiſtentem, prout ab informante contradiſtinguitur? de aſſiſtente belle dicitur, quod ſeiunctim & ſeparatim vtitur corpore ſibi inſeruiente; de informante non item, vt cuique patet. Sed & illa, quæ duo in nauta conſideras, aſſiſtere naui, & nauem regere ac gubernare, mihi vnum prorſus videntur: an tibi naui aſſiſtit nauta, qui eam non regit, & gubernat? mihi non, immo nec Ariſtoteli, qui nautam in naui dormientem, & gubernaculo relicto nauem ſubmergi permittentem *h* dicit gubernatorem eſſe abſentem a naui, &

h 2. phyſ. t. 30. nauem perdere; & e contra clauo gubernantem ac ſaluantem nauem, dicit eſſe præſentem, hoc eſt aſſiſtentem. memineris

i 5. Æneid. dormientis Palinuri, de quo pulchre *i* Virgilius; is enim ſi falſo Phorbanti paruiſſet, ſomnoque indulſiſſet, etiamſi non in mare cecidiſſet, ſed in puppi nauis obdormiſſet, tunc nec nauem ille gubernaſſet, ac rexiſſet, nec aſſiſtere naui dici potuiſſet: quomodo

Digitized by Google

modo naui aſſiſtit dormiens, qui nec ſibimetipſi aſſiſtit? quin & vigilans gubernator in naui, dum eam non regit, aut gubernat, nil omnino faciens eorum, quæ pertinent ad nauigij regimen, tibi naui aſſiſtere dicetur? mihi nequaquam, cui nihil aliud eſt naui aſſiſtere, quam eam regere & gubernare; nihil aliud eſt nauem regere ac gubernare, quam illi aſſiſtere. Regit & gubernat anima noſtra corpus per informationem; regit & gubernat nauta nauem per aſſiſtentiam: nihil eſt aliud informare, quam regere & gubernare corpus ita dependenter ab eo in motu, vt informans anima per accidens moueatur ad motum corporis; nihil eſt aliud aſſiſtere, quam regere & gubernare id cui aſſiſtit ſine tali dependentia; nam nauta non mouetur ad motum nauis, qua nauta eſt; ſed qua corpus in naui contentum, quod mouetur ad motum vaſis continentis. Quod vltimo proponis de eo *quod in vecte mouet ſeipſum*, nihil omnino ſimile eſt aut animæ in corpore mouenti ſeipſam per accidens; aut nautæ in naui; quia vectis non refertur ad artificem, qui ea vtitur, vt materia ad formam, quæ in ea fit, vt in ſubiecto, vel cui aſſiſtit, vt nauta naui; vel quod informat, vt anima corpus; at vt organum extrinſecum ad artificem: neque vero ſua lingua Philoſophus indicauit, *& quod in vecte mouet ſeipſum*, vt habet vulgata lectio latina, quaſi græcus codex haberet ἐν τῷ μοχλῷ; nam græce ſcribitur ab Ariſt. ἐν τῇ μοχλείᾳ, quod verti debuiſſet (vt bene transfert Argyropilus, & patet ex Simplicio) *in motione vectis*, ſiue *in propulſione vectis*. LII. Alia k etiam ſimilitudo animæ & nautæ inſinuatur a Philop. in expoſ. illius t. 11. & eſt, *Nauta vt nauta non eſt ſeparabilis a naui, ſed vt homo eſt ſeparabilis*: ita noſtra mens vt anima eſt a corpore inſeparabilis, propter habitudinem, quam ad illud habet, ſed vt mens ſeparabilis eſt. Concludo hanc conſiderationem, animam eſſe veluti nautam, & ſimilem nautæ non conſiſtere in aſſiſtentia; ſed in vſu ſpontaneo & voluntario ſui corporis, quod ſpontaneum etiam in brutis perfectis reperitur, quæ ſe ſe mouent: ita habetur 3. eth. cap. 1. & docet S. Tho. 1. 2. q. 6. a. 2. & ex Damaſceno 2. Fidei. cap. 24. Hinc reſpexit Nyſſenus in lib. de Vita Moſeos, dicens, *proprium naturæ brutorum eſt ex ſenſu ſolo abſque intellectus operatione gubernari*: In hoc actu gubernationis conſiſtit ſimili-

k pag. 177.

tudo cum nauta: hoc non habet anima vegetatiua, quæ nullo modo cum ratione communicat 1. eth. cap. vlt. non enim eſt cognoſcitiua, ideo etiam eſt in plantis. 2. de an. 17. Anima brutorum præſertim perfectorum eſt veluti nauta; mouet enim, & regit illorum corpora 2. de an. 32. ideo hæc bruta eſſe debet omnibus ſenſibus prædita. 3. de an. 60. 64. V L. Ego vero textum Ariſtotelis, non ex Theologis, aut SS. PP. hunc Ariſtotelis locum non reſpicientibus, ne per ſomnium quidem, ſed ex ipſomet Ariſt. & ex rei natura interpretabor; oſtendens tertiam hanc tuam reſponſionem meæ rationi prorſus imparem eſſe: Nautæ ſimilitudinem cum anima proponit Ariſt. t. 11. vt oſtendat animæ definitionem allatam t. 7. eſſe rudiori formula traditam, & in aliquo deficere; vt apertiſſime conſtat ex verbis t. 11. ſic ſe habentibus, *Amplius autem immanifeſtum, ſi ſic corporis actus anima, ſicut nauta nauis: Figura igitur ſic determinatum & deſcriptum ſit de anima*. Modo definitio, quam carpit velut inſufficientem hic Ariſt. eſt ea, quam attulerat ſupra t. 7. ibi vero allata definitio non competit ſoli menti, & animæ brutorum perfectorum ad excluſionem animæ vegetatiuæ, brutorumque imperfectiorum, ſed abſolutæ omni animæ nulla penitus excepta,

l 2. de an. t. 7. *Si autem*, l inquit, *aliquid commune in omni anima oportet dicere, erit vtique primus actus corporis naturalis inſtrumentalis*: quam de-

m tex. 10. finitionem m mox extendit ad animas plantarum expreſſam mentionem faciens ſeminum & fructuum; quin & paullo antea

n tex. 6. plantis ipſis eam applicuerat inquiens, n *Vnde anima eſt actus primus corporis naturalis, potentia vitam habentis; tale autem, quod vtique ſit inſtrumentale: Inſtrumenta autem & plantarum partes ſunt, ſed penitus ſimplicia, vt folium eius, quod circa fructuum coopertimentum, id autem, quod circa fructum, fructus: radices vero ori ſimiles ſunt; vtraque enim trahunt alimentum*. Dum igitur paullo

o tex. 11. o poſt Ariſt. ait ex hac definitione non eſſe manifeſtum ſi anima ſit actus corporis ita, vt nauta eſt actus nauis, non debet explicari tanquam agat de attributo proprio cognoſcentis animæ, non etiam communi vegetatrici, ſi vti facis in hac tertia reſponſione. Deinde vero falſum eſt in actu gubernationis non conuenire nautam cum anima vegetali; nam actus gubernatoris aſſiſtentis eſt nauem ſeruare, vt conſtat ex Ariſtotele dicente,

Quod

p *Quod enim præſens cauſſa huius eſt, hoc & abſens facimus aliquando* p 2. phyſ.
cauſſam contrarij: vt abſentiam gubernatoris nauis ſubuerſionis, cu- t. 30.
ius erat præſentia cauſſa ſalutis: at vero animam omnem contine-
re, & conſeruare id, cuius eſt anima, ſpeciatimque vegetalem
animam, docuit Ariſt. expreſſe tum dicens, q *Empedocles non bene* q 2. de an.
dixit hoc, addens augmentum accidere plantis deorſum quidem quum t. 38.
radicantur, propterea quod terra ſic fertur ſecundum naturam, ſurſum
autem propterea quod igni ſimiliter: neque enim &c. & mox. r *Ad* r tex. 39.
hæc autem, quid eſt quod continet quæ in contraria feruntur, ignem,
& terram? diſtrahentur enim, niſi aliquid erit prohibens. Si vero
erit, hoc eſt anima, & cauſſa augendi, & alendi. tum infra loquens
de vegetali, ſ *Quare huiuſmodi animæ principium potentia eſt talis,* ſ tex. 48.
vt conſeruet habens ipſam ſecundum quod eſt huiuſmodi: alimentum
autem præparat ad operandum: vnde priuatum alimento non poteſt
eſſe. Denique vero quum duplex tantum ſit actus t Ariſtoteli, t 2. de an. t.
primus, & ſecundus; quorum ille habitui & ſomno comparatus 2. & ſeqq.
eſt forma, quæ dicitur ἐντελέχεια; hic vero ſpeculationi, & vi-
giliæ ſimilis dictus eſt operatio a forma prouenienſ: dum Ariſt.
in t. 11. dicit, *Amplius autem immanifeſtum, ſi ſit corporis actus*
anima, ſicut nauta nauis: de quo actu loquitur? de primo ne, an
de ſecundo? ſi de primo; quomodo ſtatuis animam comparari
nautæ in actu gubernationis? quum gubernatio ſit actus ſecun-
dus, non autem primus: ſi de ſecundo; iam tibi anima erit actus
ſecundus corporis, & nauta erit actus ſecundus nauis; quod eſt
contra decretum Ariſtotelis definientis animam eſſe actum pri-
mum, & contra rationem omnem decernentem Nautam eſſe
actum non ſecundum nauis. Ceterum vt euidentiſſimum eſt hic
Ariſtotelem agere de actu primo; quumque actus primus nullas
alias habeat differentias, in quas diuidatur, niſi aſſiſtentem, &
informantem; ita neceſſarium prorſus eſt mecum ſtatuere Ari-
ſtotelem aſſerentem ex allata definitione, qua dicta eſt anima
omnis eſſe actus u primus corporis naturalis organici, non eſſe u 2. de an.
manifeſtum vtrum anima ſic actus ſit corporis, vt nauta eſt actus t. 6. 7.
nauis; ſignificare non eſſe manifeſtum vtrum anima ſit forma
aſſiſtens, necne: ac eo magis, quo Philoponus a te citatus hic
admonet Ariſtotelem agere de entelechia, qui eſt actus primus,
Quid enim, inquit, timemus circa omnem animam ſermonem exten-
dere

Digitized by Google

dere dicentes quod aliquæ animæ partes vllius corporis non ſunt entelechia, propterea quod ſunt inſeparabiles, vt hac de cauſſa ad omnis animæ potentiam definitio non faciat: non enim dum ex his, quæ dicta ſunt id nobis patebit, quomodo diximus animam entelechiam eſſe, vtrum velut inſeparabilem, quemadmodum ſe ad ſecurim forma ſecuris habet, an vt ſeparabilem? an vt veluti ad nauem ſe gubernator habet? perficit enim nauis formam gubernator, quum ſit ſeparabilis: quodſi fieri poteſt vt ſecundum quid entelechia ſit, ſecundum quid autem ipſum ſeparabile, veluti non ſit ſecundum ipſum entelechia, in omni igitur animali potentia fieri poteſt vt definitio conueniat. Quare quum dicebamus quaſdam partes animæ ſeparari non poſſe, quod eſſent illarum partium entelechia, ſic dicebamus veluti ſeparari non poſſet entelechia; nam cuius erit perfectio nutritiua potentia, ſi fuerit ſeparata a corpore? Rurſus etiam quando dicebam quod aliquas animæ partes nihil prohibet eſſe ſeparabiles, quia nullius ſint corporis entelechia, ita dicebam non eſſe entelechias, velut ipſarum ſubſtantia in corpore non haberet eſſe, nam ſunt ipſæ quoque animalis entelechia, veluti nauis gubernator. Quare Philoponus in loco abs te citato loquitur de actu primo comparans animam nautæ, non autem de actu ſecundo gubernationis, vti tu dicis. Neque vero tibi fuerat exemplum nautæ confundendum ex Philopono cum quæſito de ſeparabilitate, & inſeparabilitate animæ; quum Ariſt. in textu hæc duo a ſeinuicem diſtinxerit; primum enim agens de quæſito ſeparabilitatis, & inſeparabilitatis, infit,

x 2. de an. t. 11. x *Quod igitur non ſit anima ſeparabilis a corpore, aut partes quædam ipſius, ſi partibilis nata eſt, non immanifeſtum eſt: quarundam enim actus partium eſt ipſarum: at vero quaſdam nihil prohibet, propterea quod nullius corporis ſunt actus.* Poſt hæc, abſoluta, & determinata quæſtione de ſeparabilitate, ac inſeparabilitate partium animæ, ſ[illegible] dogma de tota anima proponit immediate ſubdens, tanquam aliud quid, *Amplius autem immanifeſtum, ſi ſic corporis actus anima, ſicut nauta nauis: Figura igitur ſic determinatum & deſcriptum ſit de anima.* Quare meum argumentum in ſuo robore manens illas tres tuas reſponſiones eludit. Quod etiam ais, animam vegetatiuam ideo etiam eſſe in plantis, quia non eſt cognoſcitiua, citato t. 27. 2. de an. falſa † citatione nititur: etenim ibi dicitur quidem, Ineſſe plantis nutritiuum ſolum,

† 224. falſ. cit.

lum, at non dicitur ideo ineſſe, quia non ſit cognoſcitiuum.
Similiter, quod addis, *Anima brutorum, præſertim perfectorum,*
eſt veluti nauta; mouet enim, & regit illorum corpora 2. de an. t. 32.
† Pleſſiacum eſt; quia ibi de regimine corporum, deque nautæ
ſimilitudine, ne verbum quidem. L I L. In y pag. 152. de † 225. fall. cit.
nauta dicitur quod *non extrinſecus tantum adeſt naui, præeſt que fo-*
rinſecus, in omnibus nauigij partibus intimis exiſtens. Dico nautam y pag. 178.
quomodolibet in naui exiſtentem, & in illa incluſum, ſemper eſ-
ſe naui extrinſecum. & ad hoc probandum (vt ipſemet qui du-
bitauit reſpondeat) aſſumo dicta a D. meo ſupra pag. 139. eſſe
aliquod ſeparatum, vel non, duobus modis poteſt intelligi 1. *di-*
uerſitate ſubſtantiæ, 2. loco medio interiecto. nauta eſt vnitus naui,
& non ſeparatus ratione loci, & locati, quia illam tangit, nec
habet aliquod medium inter ſe, & nauem; Verum eſt ſeparatus
diuerſitate ſubſtantiæ; propterea ſemper extrinſecum naui.
V L. Minime vero: non ne forma tibi ſeparata eſt a materia
diuerſitate ſubſtantiæ? illa eſt actus, appetibilis; hæc appetens,
& potentia: num ideo forma non erit intima materiæ ſic vt na-
tura dici nequeat? L I L. Sit aliquod corpus incluſum in ali-
quo loco, intra illum detentum, ſemper illi loco appellabitur
extrinſecum, quia nihil eſt illius loci, neque locus illius corpo-
ris contenti 4. phy. 30. & 34. V L. Etſi Magiſter ab hac vni-
uerſali regula z poſtea excipiat locum proprium grauium, & le- z 8. phyſ.
uium, dicens (vt antea quoque notaui) *Attamen quæritur hoc,* t. 32.
quare ad ſuum locum mouentur leuia, & grauia: cauſſa autem eſt,
quia apta natura ſunt aliquo: & hoc ineſt ipſi graui, & leui eſſe, hoc
quidem ipſo ſurſum, illud autem ipſo deorſum determinatum: eſt au-
tem nauis locus proprius nautæ, vt ſurſum leuis, & deorſum gra-
uis. Nihilominus nauta dicitur a me intrinſecus naui, non ſpe-
ctatus materialiter, quatenus eſt corpus contentum in naui vt in
vaſe; ſed formaliter, quatenus eſt actus naui aſſiſtens, & eſſen-
tiam nauis conſtituens, atque perficiens; quia nauem in arte
nauigandi quis definire non poteſt niſi per nautam; neque vi-
ciſſim nautam niſi per nauem: vnumquodque autem definitur
per intrinſeca, nihil per extrinſeca; ſiquidem definitio puram
explicat eſſentiam rei per interna illius principia. L I L. Ta-
ctus non facit vnitatem 5. meta. t. 8. nauta ad ſummum tangit

nauem, ideo non eſt vnum cum naui: ergo extrinſecus quoad ſubſtantiam, in naui localiter tantum detentus. V L. Ita ne? nauta tibi ad ſummum tangit nauem, & eſt in naui localiter tantum detentus? at ego neſciebam me nautam eſſe, dum nauigans in naui localiter detinebar, & nauem ipſam tangebam non minus quam gubernator, & nautarum quilibet: non eſt ſolus nauigij contactus localis, qui nautam faciat, incl. Fl. at peritia nauigandi, qua nauta nauem gubernat. L I L. Hoc eſſe intrinſecum localiter non ſufficit ad eſſe nauturam; debet eſſe vnio eſſentialis. V L. At vnio tibi non eſt eſſentialis inter ea, quæ ſe ſe mutuo definiunt? huiuſmodi ſunt nauis, & nauta. a pag. 182. L I L. In a pag. 157. aſſeritur, *Deum eſſe formam ſubſtantialem, & partem eſſentialem mundi totius, cum mundus ſit viuens, ex vniuerſa corporum naturalium congerie, velut ex materia, & ex ſummo Deo, illis aſſiſtente, veluti forma ſpecifica.* Hic fateor meam ruditatem: aut ego non intelligo dicta a D. meo, aut ipſe formæ aſſiſtenti tribuit omnia attributa eſſentialia formæ informantis, & quoad prædicata, & munera vtraque confundit. V L. Nequaquam, incl. Fl. vt aſſiſtens, & informans ſunt duæ ſpecies in eodem genere formæ; ſic neceſſario conueniunt in prædicatis, & muneribus omnibus eſſentialibus genericis; at præter hæc habent alia propria ſibi ſingulæ, quibus a ſeinuicem tanquam differentijs ſpecificis diſtinguuntur; hæ vero multæ ſunt, vna eſt, quod omnis forma informans neceſſario mouetur loco per accidens ad motum localem ſubiecti corporis, quod informat; augetur per accidens ad augmentum, & minuitur per accidens ad decrementum eiuſdem ſubiecti, quod conſtituit: at aſſiſtens formaliter non mouetur per accidens ad lationem eius, cui aſſiſtit; vt patet de lumine, ac intelligentijs; etiamque de nauta formaliter accepto; licet materialiter, non vt nauta, ſed vt corpus contentum mouetur ad motum vaſis continentis: ſimiliter aſſiſtens forma non decreſcit ad ſubiecti, cui aſſiſtit diminutionem; idem enim nauta nec auctus, nec diminutus aſſiſtit naui modo maiori, modo minori; gubernatque pariter auctam, & mutilatam. Lumen itidem non augetur ad augmentum aeris. Altera differentia eſt, quod informans omnis forma vtcunque dependet a ſubiecto, quod informat; quum aſſiſtens non depen-

pendeat à ſubiecto, cui aſſiſtit. Tertia eſt, quia forma quælibet informans actuat vnum tantummodo ſubiectum numero partes omnino continuas habens, non penitus diſcretas; at aſſiſtens vna poteſt pluribus ſubiectis aſſiſtere; idem Imperator multis legionibus; nauarchus idem multis nauibus eiuſdem claſſis; idem numero Deus omnibus entibus aſſiſtit, numero prorſus inter ſe diſcretis, etiamſi hæ partes omnes integrent vnum totum, cui aſſiſtens forma aſſiſtit adæquate. Prædicata vero generica eſſentialia communia formæ tam informanti, quam aſſiſtenti ſunt, eſſe actum primum entelechiam, quod quid erat eſſe, conſtituere compoſitum, illius eſſe partem eſſentialem, illi dare eſſe, ac ſimilia; quæ vt vltro fateris conuenire formæ informanti; ſic non ſemel me docuit *b* Ariſt. conuenire ſimiliter aſſiſtenti, qualis eſt primus motor immobilis; vt ſæpius ante notaui, mihi conſentiente D. Th. *c* non vno in loco. ſed ſpeciatim Ariſ. agens de anima, poſteaquam diſtinxit ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitum ex his; *d* ſtatuitque formam eſſe ſecundum quam iam dicitur hoc aliquid, adeoque partem eſſentialem, tribuentem eſſe compoſito; monuitque animam eſſe ſubſtantiam ſicuti *e* formam corporis naturalis; actumque *f* ſubſtantialem; definiuitque bis *g* animam eſſe actum primum corporis naturalis organici; poſtea *h* decernit adhuc immanifeſtum eſſe ſi anima ſit ſic actus, ſicut nauta nauis, hoc eſt nondum conſtare num anima ſit forma aſſiſtens, an informans; quod ſane decretum Ariſtotelis aperte ſupponit illa omnia attributa, quæ tu cenſes eſſe propria formæ informantis, conuenire pariter aſſiſtenti. L I L. *i* Conſtat inter nos Deum aſſiſtere cælo, non informare. V L. Deum aſſiſtere cælo hoc eſt mundo toti non abſolute pono, ſed ſolum ſub ratione primi motoris; non ſub ratione Deitatis, creatoris, ac primi entis, aut quauis alia. L I L. Probo Deum non poſſe dici formam ſubſtantialem mundi, & partem eſſentialem, ita vt in compoſitionem mundi vna cum corporibus ſenſibilibus veniat Deus. V L. Expecto talem probationem. L I L. Adduco propoſitiones ab omnibus approbatas, quæ non poſſunt eſſe veræ, ſi Deus eſt pars eſſentialis, & ſpecifica forma. V L. Expectabam rationem aliquam demonſtratiuam propoſiti: ſed audiamus autorita-

b 8. phyſ. t. 41. & ſeqq. 12. meta. 49.
c 1. p. q. 70. a. 3. 2. con. gen. c. 70.
d 2. de an. t. 2.
e tex. 4.
f tex. 5.
g tex. 6. 7.
h tex. 11.
i pag. 182.

Digitized by Google

k pag. 183. tates. LIL. k Ferrarienſ. 1. con. gen. exp. cap. 27. in 1. rat. *Diuinum eſſe non poteſt eſſe actus formalis alicuius entitatis a ſe realiter diſtinctæ*. VL. Non probas propoſitum, quia loquitur de Deo ſub ratione Deitatis, non ſub ratione primi motoris; & quia loquitur de actu formali informante. SIB. Sed nec iſta propoſitio eſt ab omnibus approbata, & omni ex parte vera; quia verbum adeoque Diuinum eſſe eſt actus formalis humanitatis Chriſti, ſiue Chriſti Redemptoris; vt ſupra notatum fuit apud inſignem Theologum Faſolum, cuius autoritas apud te vim habet probationis. LIL. Scot. in 1. diſ. 8. q. vn. lit. k. ibi ad 2. prin. ait quod, *dare alicui eſſe formaliter ſemper dicit imperfectionem, a tali modo dandi eſſe inſeparabilem*. SIB. Et ibi Scotus agit de dare eſſe formaliter, quod conuenit formæ informanti, quæ ab efficiente ab ea diuerſo coniuncta fuerit ei, cui dicitur dare eſſe; verba illius viri, a te † mutilata, ſunt hæc, *Dico, quod dare alicui eſſe formaliter, neceſſario ponit limitationem; quia ſic dans eſſe non includit per identitatem illud, cui dat eſſe; nec poteſt ſeparari a ſic dare eſſe imperfectio, quia nec limitatio, nec etiam dependentia omnimoda: licet enim ſeparetur ab eo dependentia ad materiam; ſemper tamen manet dependentia ad efficiens, virtute cuius forma informat materiam*. Vlyſſes vero poſuit Deum ſub ratione primi motoris eſſe formam aſſiſtentem mundo, cui dat formaliter eſſe corpus naturale in determinata ſpecie, cum omnimoda independentia; quia mundo ipſe ſemetipſum communicauit formam, ſine vllius alterius efficientis opera. & licet ille ſtatim neget Verbum dare eſſe formaliter naturæ humanæ: hoc tamen non eſt dogma ab omnibus approbatum: ſicuti nec illud abſolute verum eſt, quod ex eo ſumis, dare eſſe alicui formaliter ſemper dicere imperfectionem, a tali modo dandi eſſe inſeparabilem; tum quia dare eſſe formaliter eſt ſemetipſum communicare alteri, vel alterum perficere; ſeu alteri ſe exhibere perfectionem; quod nullam omnino connotat imperfectionem: tum quia anima Chriſti, a qua procul abeſt omnis imperfectio, tribuit eſſe formaliter homini: tum quia Verbum, adeoque Deus tribuit eſſe formaliter Chriſto; nam apud Athanaſium in Symbolo *ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo; ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus*. Nec dependere immediate a Deo mihi connotat

† 126. falſcit.

tae vllam imperfectionem. Sed hac de re paullo diligentius hic agendum eſt. An ne putes, incl. FI. naturam, de qua Boethius agit in opere de duabus naturis,& vna perſona Chriſti contra Neſtorium & Euthychen Hæreticos, ſub tertia, & quarta ſignificatione, eſſe proprie naturam, partem eſſentialem compoſiti naturalis,& omnino formam eius ſubſtantialem? LIL. Quid ni? non ne *l* ſuperius hoc aſſerui? V.L. Modo ne pigeat iterum audire Boethium,qui tibi *m* diſtinctionem naturæ fundamentum dedit omnium quæcumque profers in hac tua diſputatione;poſtquam enim duas priores naturæ ſignificationes attulit, & explicauit aſſerens prima ſignificatione Naturæ nomine denotari omne ens intellectu perceptibile, ſiue fuerit accidens, ſiue ſubſtantia; ſecunda vero ſignificatione indicari ſubſtantiam omnem tam corpoream, quam incorpoream, excluſis omnibus accidentibus: Quas duas acceptiones naturæ minus proprias eſſe decernit, ſtatim tertiam affert (quam tu dicis *n* *vltimam eſſe, propriam, ſtrictam, imo ſtrictiſſimam, & ad rem noſtram conferentem*) inquiens ille, *Quod ſi naturæ nomen, relictis incorporeis ſubſtantijs,ad corporales vſque contrahitur; vt corporeæ tantum ſubſtantiæ naturam habere videantur; ſicut Ariſt. ceterique,& eiuſmodi & multimodæ philoſophiæ ſectatores putant: definiemus eam, vt ij etiam qui naturam non niſi in corporibus eſſe poſuerunt. Eſt autem eius definitio hoc modo, Natura eſt per ſe motus principium: motus principium dixi,hoc eſt,quoniam corpus omne habet proprium motum, vt ignis ſurſum, terra deorſum. Item quod per ſe principium motus naturam eſſe propoſui: & ſi per accidens, tale eſt, quoniam lectum quoque ligneum deorſum ferri neceſſe eſt: ſed deorſum per accidens fertur; idcirco enim quia lignum eſt, quod eſt terra, pondere & grauitate deducitur: non enim quia lectus eſt, deorſum cadit; ſed quia terra eſt, ideſt quia terræ contigit vt lectus eſſet: vnde fit vt lignum naturaliter eſſe dicamus, lectum vero artificialiter.* Quibus apertiſſime conſtat hic Boethium agere de natura propriè dicta, comprehenſa in definitione ab Ariſtotele lata in *o* Phyſicis. Addit immediate Boethius aliam naturæ ſignificationem preſſiorem inquiens; *Eſt etiam alia ſignificatio naturæ, per quam dicimus diuerſam eſſe naturam auri, atque argenti; in hoc proprietatem rerum monſtrare cupientes; quæ ſignificatio naturæ definietur hoc modo,*

l pag.3.10. 35.
m pag.1.
n pag.3.
o 2.phy.t.3

Digitized by Google

do, Natura eſt vnamquamque rem informans ſpecifica differentia. Quæ quarta ſignificatio vt a præcedenti diſtinguitur, quod in ea naturæ nomen & ratio dicitur de omni principio motus interno, ſiue ſit paſſiuum, vt materia, ſiue ſit actiuum, vt poteſt eſſe forma; in hac vero naturæ nomen & ratio tribuitur ſoli formæ, non item materiæ; ſed tamen omni formæ, tam informanti materiam, quam aſſiſtenti materiæ, ſed informanti totam
p pag.159. & ſeqq. ſpeciem, ſiue compoſitum; vt *p* ſupra latius ex Boethio demonſtraui, ita cum præcedenti conuenit, quod vtraque natura eſt pars conſtituens, vere ac proprie natura, principium internum & eſ-
q pag.33. ſentiale compoſiti a ſe conſtituti; quod etiam tu *q* ſuperius confeſſus es. His ita præhabitis, obſeruo Boethium ſtatim adiungere, *Quum igitur tot modis, vel dicatur, vel definiatur Natura; tam Catholici, quam Neſtorius ſecundum vltimam definitionem duas in Chriſto naturas eſſe conſtituunt: neque enim eaſdem in Deum atque hominem differentias conuenire, ſed de perſona maxime dubitari poteſt*, &c. Quia ſcilicet homo purus vnicam habet naturam, quæ dicitur anima rationalis; at Chriſtus duas, animam, & verbum; ſiue naturam humanam, & diuinam. Dum itaque Boethius hic aſſerit in Chriſto reperiri duas naturas ſecundum vltimam definitionem naturæ; & de hac re nulli dubium eſſe, quum id vltro fateantur tam Catholici omnes, quam Neſtorius hæreticus, contra quem diſputat Boethius; certumque ſit iſtas duas naturas in Chriſto non eſſe alias, quam animam, & verbum, ſiue naturam humanam, & diuinam, ac ſi placet humanitatem ac diuinitatem: quæro nunc a te, Fl. incl. quid intelligat Boethius hic per vltimam definitionem naturę a ſe prolatam: ſi dixeris, quartam, qua natura definita fuit vnamquamque rem informans
r pag.35. ſpecifica differentia, vt innuis *r* alicubi; quum talis differentia ſpecifica ſit proprie natura, & pars conſtitutiua compoſiti naturalis; iam Deo conueniet eſſe proprie naturam & eſſe partem
ſ pag.3. eſſentialem compoſiti naturalis: at ſi tertiam dixeris, vt *ſ* olim, qua natura definitur principium motus in quo eſt primum per ſe & non ſecundum accidens; quum tale principium ſit vere pars eſſentialis conſtituens compoſitum naturale; proinde Deo competet apud Catholicos eſſe partem eſſentialem compoſiti naturalis. Et certe ſi non dedecet Verbum, ac omnino Deum

ſub

ſub ratione Redemptoris eſſe vere ac proprie naturam Chriſti
Domini, qui eſt verus homo, & vere compoſitum naturale, ac
paruus mundus; non erit inconueniens Deum ſub ratione Primi
Motoris eſſe vere ac proprie naturam, ac partem eſſentialem
vniuerſi quatenus eſt compoſitum naturale ex Deo, & corpore
mundano conſtitutum; *ſi enim in paruo mundo ſit, & in magno di-*
cebat t Ariſt. Sed præſtat hanc Boethij doctrinam paullo dili- t 8. phyſ.
gentius aperire. Dum ergo Boethius inquit, *Quum tot modis* t. 17.
vel dicatur, vel definiatur natura; tam Catholici, quam Neſtorius ſe-
cundum vltimam duas in Chriſto naturas eſſe conſtituunt: neque enim
eaſdem in Deum atque hominem differentias conuenire: ſed de perſona
maxime dubitari poteſt, quæ nam definitio poſſit aptari, &c. Si nomi-
ne definitionis vltimæ *u* tecum accipiamus tertiam a Boethio *u* pag. 3.
propoſitam naturæ ſignificationem, quam ille dixit compre-
hendi a Peripateticis, & ab Ariſt. dum natura *x* dicitur eſſe *x* 2. phy t. 3
principium motus in quo eſt primum per ſe ac non ſecundum
accidens; iam duas in Chriſto naturas confitemur, animam, &
verbum; nam in Chriſto rationalis anima fuit principium per
ſe motuum omnium illorum, quibus non erat coniunctum ali-
quod admirabile, vt *y* comedere, *z* loqui, *a* ambulare, *b* fatiga- *y* Luc. 7.
ri ex itinere, & alia id generis: Verbum autem fuit principium *z* Ioan. 2.
per ſe ambulationis ſiccis *c* pedibus ſupra mare; locutionis, qua *a* Matth. 4.
præcepit tum *d* ventis, & mari turbatis vt tranquillarentur; fe- *b* Ioan. 4.
bri vt *e* relinqueret ſocrum Simonis; *f* Lazaro, filio *g* viduæ, ac *c* Ioan. 6.
puellæ *h* Archyſinagogi vita iam functis, vt a mortuis reſurge- *d* Matth. 8.
rent: Sermo namque Dei non ſolum *i* facundus, ſed etiam *k* fe- *e* Luc. 4.
cundus eſt, & actiuus; nam *ipſe dixit, & facta* l *ſunt omnia*: ſermo *f* Ioan. 11.
autem hominis facundus eſſe poteſt, fecundus eſſe non poteſt; *g* Luc. 7.
quia res ipſas mutare non poteſt; ſed ſolum *ea, quæ ſunt in voce* *h* Mar. 5.
ſunt earum quæ ſunt in animo paſſionum notæ, vt ait *m* Ariſtoteles: *i* Luc. 4.
Quare quum in Chriſto tam diuinitas, quam humanitas fuerit k Mar. 7.
principium, quo ille per ſe mouebatur; rite Boethius inquit Ca- *l* Geneſ. 1.
tholicos fateri duas in Chriſto eſſe naturas ſecundum vltimam *m* 1. peri-
naturæ acceptionem, quam tu propriiſſimam profiteris: Quo- her. 1.
niam vero natura, qua per ſe primo mouetur homo, eſt eius
actus primus, ac pars eſſentialis, vt edocet *y* Ariſt. iam conſtat ex *y* 2. de an. t.
Boethio Deum eſſe naturam proprie dictam ab Ariſtotele defi- 24. & ſeqq.

nitam

Digitized by Google

z 2. phyſ. t.3.

nitam in z Phyſicis, ac partem eſſentialem actumque primum compoſiti a ſe conſtituti: quod in eodem opere fatetur Boethius paullo poſt vt mox latius apparebit. Si vero per vltimam definitionem intelligamus quartam, qua definita fuit a Boethio, *Natura eſſe ſpecifica differentia informans rem vnamquamque, ſecundum quam ſignificationem naturæ dicimus diuerſam eſſe naturam auri atque argenti, in hoc proprietatem rerum monſtrare cupientes;* quod efficiendum eſſe monet ipſemet Boethius infra dicens, *Hoc interim conſtet, quod inter naturam perſonamque differri prædiximus; quoniam natura eſt cuiuſlibet ſubſtantiæ ſpecifica proprietas; perſona vero rationabilis naturæ indiuidua ſubſiſtentia*: iam quum ipſe conſtituat in vno Chriſto, qui ſimul eſt Deus & homo, vnam eſſe perſonam, at duas naturas, humanam ſcilicet, quæ eſt ſpecifica differentia conſtituens hominem, nimirum anima rationalis, quæ informat corpus de Virgine ſumptum: & diuinam, nimirum verbum, quod aſſumens hunc hominem eidem ſeſe iungit in formam ſpecificam, qua talis homo Deus eſt; quod aperte declarat ipſe Boethius inquiens, *Nihil eſt vltra quod poſſit opponi quia id ſit quod firma veraque fides Catholica continet, eundem Chriſtum hominem eſſe perfectum, eundem Deum, eundemque qui homo ſit perfectus atque Deus: Vnum eſſe Deum, ac Dei filium; nec quaternitatem trinitatis aſtrui, dum homo additur ſupra perfectum Deum; ſed vnam eandemque perſonam numerum trinitatis explere: Vt quum humanitas paſſa ſit, Deus tamen paſſus eſſe dicatur: non quo ipſa deitas humanitas facta ſit, ſed quod a deitate fuerit aſſumpta. Item qui homo eſt, Dei filius appellatur: non ſubſtantia diuinitatis, ſed humanitatis; quæ tamen diuinitati naturali vnitate coniuncta eſt.* quę naturalis vnitas eſt coniunctione partium eſſentialium in vnum totum. Quam paullo ante contra Hæreticos explicauit inquiens, *Catholici vero vtrumque rationabiliter confitentur; nam & ex vtriſque conſiſtere; ſed id qua ratione dicatur, paullo poſterius explicabo. Nunc illud manifeſtum eſt, conuictam eſſe Eutychis ſententiam eo nomine, quod quum tribus modis fieri poſſit vt ex duabus naturis vna ſubſiſtat, vt aut diuinitas in humanitatem tranſlata ſit, aut humanitas in diuinitatem, aut vtraque permiſta ſint; nullum horum modum fieri potuiſſe ſuperius dicta argumentatione declaratur. Reſtat vt quemadmodum catholica fides dicat, & in vtriſque naturis*

Chri-

Digitized by Google

Chriſtum, & ex vtriſque conſiſtere doceamus. Ex vtriſque naturis aliquid conſiſtere duo ſignificat; vnum quidem, quum ita dicimus aliquid ex duabus naturis iungi, ſicut ex melle, atque aqua: id autem eſt, vt ex quolibet modo confuſis, vel ſi vna vertatur in alteram, vel ſi vtraque in ſe miſceantur inuicem; nullo modo tamen vtraque permaneant: ſecundum hunc modum Eutyches ait ex vtriſque naturis Chriſtum conſiſtere: (quod eſt non tanquam ex partibus; quia totum conſiſtit ex partibus, & in partibus in toto permanentibus; quem modum Catholica Fides tuetur, vt illico ſubdit Boethius inquiens) *Alter vero modus ex vtriſque conſiſtendi, quod ita ex duabus iunctum eſt, vt illa tamen, ex quibus iunctum eſſe dicitur, maneant; nec in alterutra vertantur; vt quum dicimus coronam ex auro, gemmiſque compoſitam: hic neque aurum in gemmas tranſlatum eſt, neque in aurum gemma conuerſa; ſed vtraque permaneat, nec formam propriam derelinquunt. Talia ergo ex aliquibus conſtantia, & in his conſtare dicimus, in quibus conſiſtere prædicatur: tunc enim poſſumus dicere coronam gemmis auroque conſiſtere; ſunt enim gemmæ, atque aurum, in quibus corona conſiſtat: Nam in priore modo non eſt mel, atque aqua, in quibus illud, quod ex vtriſque iungitur, conſtet. Quum igitur vtraſque manere naturas in Chriſto Fides Catholica confiteatur; perfectaſque eaſdem perſiſtere; nec alteram in alteram transmutari; iure dicit, & in vtriſque naturis Chriſtum, & ex vtriſque conſiſtere: in vtriſque quidem, quia manent vtraque; ex vtriſque vero, quia vtrarumque adunatione manentium vna perſona fit Chriſti.* Quum igitur vnum fieri non poſſit duorum permanentium adunatione ita vt illud vnum in vtriſque conſiſtat, & ex vtriſque conſiſtat, niſi illud ad eas ſe habeat vt totum ad partes proprie dictas, ſiue integrales, ſiue eſſentiales: quumque certum ſit duas naturas in Chriſto, quæ dicuntur Diuinitas, & humanitas, non eſſe partes integrales; iam certum eſt Diuinitatem in Chriſto eſſe partem eſſentialem. Quum autem partes eſſentiales duæ tantummodo ſint, vt in homine materia, & forma, ſiue corpus, & anima: quumque D. Athanaſius in Symbolo decernat, *Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo; ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus:* Certiſſimum eſt Deum in Chriſto eſſe vere partem eſſentialem, quæ forma dicitur, & vere proprieque naturam, quæ a Boethio definitur ſpecifica differentia Chriſtum informans.

Si

Si ergo Boethius nihil derogat diuinæ perfectioni, dum conſtituit Deum in Chriſto, adeoque in paruo mundo vere naturam eſſe, vereque partem eſſe ntialem, non quidem materialem, ſed formalem, vti eſt in eo vera natura, & vere pars formalis anima rationalis: cur derogabit diuinæ perfectioni Philoſophus, qui ſtatuit Deum ſub ratione Primi-motoris eſſe proprie naturam, ac partem formalem aſſiſtentem mundano corpori, cui iuncta conſtituat vnum vniuerſum a ſeipſo mobile? Deinde quum verbum, adeoque Deus Chriſto det eſſe non effectiue, vt agens ab eo diſtinctum, ſed vt forma & natura Chriſtum conſtituens formaliter; & non propterea Deus in hoc munere ſubeat vllam imperfectionem, ac dependentiam ab alio, qui Deum vniat & coniungat cum homine in Chriſto; ſed ipſemet Deus vltro ſumma bonitate ſua ſemetipſum humanæ naturæ coniungat, quam aſſumit ac ſibi ineffabiliter vnit: cur Deus mundo ſtatim a ſe condito non poſſit ſine labe imperfectionis, ac dependentiæ ab alio vniente, ſemetipſum infinita bonitate ſua communicare ſub ratione primi motoris, ac partis eſſentialis, quæ mundo formaliter det eſſe viuens a ſeipſo mobile, vt ex Ariſt. doctrina profitetur Vlyſſes? L I L. Eleganter D. Bernardus ſerm. 4. in Cantica, *Eſſe omnium dixerim Deum, non quia illa ſint quod eſt ille, ſed quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Eſt ergo Deus eſſe omnium non eſſentiale, ſed cauſale.* S I B. Mirifice Vlyſſi fauet ille ſermo, ſi proponatur vt in textu legitur D. Bernardi, *Sane*, inquit ille, *eſſe omnium dixerim Deum*: ita forma dicitur quod

l 12 meta. t. 49. quid erat eſſe ſui compoſiti; ita primum mouens *l* Ariſtoteli dicitur entelechia, & primum quod quid eſt, a quo mundus habet vnitatem numericam & ſpecificam: *Non quia illa ſunt, quod eſt ille*: nec homo eſt ſua ipſius anima proprie. *Sed quia ex ipſo*, tanquam ex efficiente, *& per ipſum*, veluti propter finem, *& in ipſo ſunt omnia*, tanquam in forma, cuius proprium eſt continere il-

m 1. met. lud, cuius dicitur eſſe forma: ſic Ariſtoteles, qui dixerat *m* cum

lib 2. c. 2. Anaxagora Deum eſſe in mundo, vt intellectus in homine, ſta-

n 2. de an. t. 36. 37. tuit *n* alibi animam eſſe cauſſam viuentis corporis ſecundum tres modos determinatos, effectricem ſcilicet, finalem, & formalem, non autem materialem; quod ſtatim addit D. Bernardus aſſerens, *Eſſe eſt ergo omnium, quæ facta ſunt ipſe factor eorum*,

ſed

Digitized by Google

ſed cauſſale, non materiale. Tu vero illud *materiale* mihi peruertiſti in † *eſſentiale*. vt mihi ponenti Deum eſſe mundi formam, † 229. fol. quæ eſt cauſſa eſſentialis, pariter ac materia, D. Bern. contra- cit. dicentem opponeres, quaſi negaret Deo rationem omnis cauſſæ eſſentialis, tam materialis, quam etiam formalis. Sed D. Bernardus inquiens, *eſt ergo Deus omnium eſſe cauſſale, non materiale*, concedit aperte Deum eſſe τὸ eſſe tum formale, tum finale, tum effectiuum; quia cauſſa præter materiam triplex eſt, forma, finis, & efficiens; nec illud cauſſale contradiſtinctum a materiali coarctari poteſt ad effectiuum; ſed abſolute ſumi debet, vt a D. Bern. proponitur, pro omni cauſſali contradiſtincto a materiali. LIL. D. Th. 1. diſ. 8. q. 1. a. 2. hunc locum Bern. citans ait, *Reſpondeo ſicut dicit Bern. Deus eſt eſſe omnium non eſſentiale, ſed cauſale*. SIB. Hoc non te liberat a falſa citatione; quia D. Th. ibi potuit vertere *materiale* in *eſſentiale*, quum materia ſit de eſſentia compoſiti perinde ac forma, quia tunc non prætendebat oſtendere ex D. Bern. Deum non eſſe formam, ſicuti tu, Fl. incl. Quod indicat ipſe D. Th. paullo poſt addens, *& ideo eſſe diuinum dicitur eſſe omnium rerum; a quo omne eſſe creatum effectiue, & exemplariter manat*: exemplar autem ab *n* Ariſt. n 2. phyſ. ponitur in genere cauſſæ formalis, vt antea notatum eſt. Ne t. 28. dicant D. Thomæ ſcriptum ſuper lib. ſent. non habere autoritatem apud Thomiſtas, vt habet eiuſdem Summa, quæ dici ſolet ab eis Teſtamentum D. Thomæ; ſed alia omnia eius opera præſertimque Scriptum hoc rudioris formulæ vocari; nec habere vim probationis. VL. Aliud eſt etiam, o Lilium, Deum non eſſe formaliter ipſum eſſe rerum; quod tibi diſputandi gratia concedo; & aliud eſt Deum dare eſſe formaliter rebus omnibus; quod mihi non negant iſti Doctores, ſed aperte concedit D. Tho. nuperrimis verbis. Præterea conſiderant iſti viri Deum ſub ratione Deitatis theologice, non autem ſub ratione Primi motoris, ac phyſice; vt nos in hac diſputatione, *o* tuo etiam de- o pag. 25. creto. LIL. Et 1. p. q. 3. a. 8. ad 1. *Deitas eſt eſſe omnium effectiue, & exemplariter*; & ad 2. *eſt forma exemplaris, non autem forma, quæ eſt pars compoſiti*. VL. Hæc attulit de Deo ſub ratione deitatis; at idem vbi tractat de primo motore ad mentem Ariſt. aperte ſcribit pro me contra tuum dogma hanc ſenten-

p 1 p. q. 70. tiam, p *Vnde Ariſt. lib. 8. phyſ. poſteaquam oſtendit quod primum*
mouens ſeipſum componitur ex duabus partibus; quarum vna eſt mo-
q 2. con. gē. *uens, & alia mota,* &c. quod idem alibi repetit inquiens, q *Ariſt.*
cap. 70. *in lib. phyſ. probat quod in motoribus & motis impoſſibile eſt procede-*
re in infinitum: vnde concludit quod neceſſe eſt deuenire ad aliquod
primum quod moueatur a ſeipſo: quod de neceſſitate diuiditur in duas
partes; quarum vna eſt mouens, & alia mota: oportet igitur primum
ſeipſum mouens componi ex duabus partibus, quarum vna eſt mouens:
omne autem huiuſmodi eſt animatum: primum igitur mobile, ſ. cælum
eſt animatum ſecundum opinionem Ariſt. &c. ſi quando vero negat
eſſe formam, & partem compoſiti Deum D. Tho. negat eſſe for-
mam informantem. Licet etiam nuper ex Boethio viſum ſit
Deum ſub ratione Deitatis eſſe partem compoſiti. LIL. Ne-
que Ariſt. dixit vnquam Deum eſſe mundi formam, ſed eſſe ca-
put, & principium ordinis, in quo conſiſtit eſſe mundi; ita 12.
r 1. meta. meta. t. 52. & alibi. V. L. In primis ſæpe notaui Ariſt. cum
ſu. 2. c. 2. cum Anax. ſtatuiſſe *vt in animalibus, ita in natura Intellectum in-*
eſſe cauſſam mundi totiusque ordinis; at in animalibus intellectus
ſ 2. de an. t. cauſſa eſt efficiens, finalis, atque ſ formalis, eodem Magiſtro:
24. 36. 37. Quare in natura tota Deus ipſi eſt cauſſa mundi etiam forma-
t 8. phyſ. lis: tum ex ſemetipſo, t *Natura enim cauſſa ordinis eſt omnibus*: ta-
t. 15. lis vero natura non eſt materia, ſed forma; quare Deus Ariſto-
u 12. meta. teli eſt forma mundi, & natura: tum maxime u primum mo-
t. 49. uens immobile, ob cuius vnitatem numericam & ſpecificam
mundus habet vnitatem ſimiliter numericam, & ſpecificam, eſ-
ſe entelechiam, *& ipſum quod quid erat eße primum*; adeoque ve-
x 2. phyſ. re, ac proprie x formam: tum demum in t. a te citato ſcribere,
t. 28. & Deum eſſe bonum, quod habet natura vniuerſi; ſed bonum ei-
5. meta. t. 2. dem eſt y forma: quare non vno in loco poſuit Ariſt. Deum eſſe
y 1. phyſ. mundi formam. Sed quod ais Ariſt. ibi ſtatuere ordinem eſſe in
t. 81. quo conſiſtit eſſe mundi, Pleſſiacum eſt, & falſum: quia Magi-
† 218. *falſ.* ſter ibi ſtatuit eſſe mundi conſiſtere magis in † Deo, quam in
cit. ordine partium mundi; quia in eo conſiſtit vt in forma princi-
pali, in ordine vt in diſpoſitione materiæ, tanquam in cauſſa ſi-
ne qua non; ait enim, *Perſcrutandum etiam hoc, quonam modo na-*
tura Vniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum optimum: vtrum ſepara-
tum quiddam, & ipſum, an per ſe, in ipſo ordine. An vtroque modo,
quem-

quemadmodum exercitus : etenim bene eſſe eius, in ordine, & dux ipſe eſt, ac magis ipſe : non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter ipſum eſt. Inſuper quomodo eſſe mundi, quod eſt eſſe ſubſtantiale, ac omnino ſubſtantia, tibi conſiſtere poteſt in ordine, quem *a* ſupra conſtituiſti mundo dare vnitatem ſolum accidentalem? (a pag. 40. & ſeqq.) non ne tibi vnum & ens coincidunt? L I L. Remoueamus ergo hæc attributa a Deo, nam hoc verbis eſt dicere Deum aſſiſtentem, re facere informantem, cum ſummo præiudicio diuinæ perfectionis. V L. Minime vero; nam qui Deum prorſus immobilem facit, re aſſiſtentem facit; non verbis; informantem negat: nec præiudicat hilum diuinæ perfectioni, ſed eam colit; qui Deum communicabilem facit, ac perfectionem tribuentem eſſe rebus omnibus independentem prorſus ab illis. SIB. Iam apud te cum ſummo præiudicio diuinæ perfectionis diceret Boethius in Chriſto duas eſſe naturas, Diuinam ſcilicet, ac humanam, quæ vtraque ſecundum vltimam definitionem ab eo latam eſt vere ſpecifica differentia tribuens Chriſto formaliter eſſe Deum, & eſſe hominem. L I L. In *a* eadem pag. 157. dicitur, (a pag. 183.) *Nauta, qui naui eſt forma aſſiſtens, naui tribuit non ſolum operationem, ſed & ipſum eſſe nauis formaliter.* Ego hic fateor imbecillitatem meam, aliter ſemper ſum philoſophatus, & dixi nauem in ſe eſſe nauem ratione ſuæ formæ, cum non repugnantia ad nauigationem; a nauta autem habere ſolum actum ſecundum, in actu primo non conſtitui a nauta. Didici hoc ex S. Th. 1. con. gen. cap. 26. in vltimis verbis, Non ſimiliter eſſe dicimus formam in corpore, & nautam *in naui.* Forma dat eſſe, nauta non eſt forma, ideo non dat eſſe. V L. Nauis eſt artificiale quid, quod ad duas artes habet relationem, ad artem nauis factiuam, & ad artem nauigandi, qua naui facta vtitur, & ab *b* Ariſtotele dicitur Architectonica: ſi ſpectes nauem in arte nauis factiua, forma nauis eſt illius figura a fabro in lignis effecta, (b 2. phyſ. t. 24. 25.) ad quam ſequitur non ſolum non repugnantia ad nauigandum, ſed etiam poſitiua potentia ad actum nauigationis, ſed remota; & eſſe nauis in tali arte tribuitur naui formaliter a tali figura; efficienter a fabro nauis factiuo, ſub qua ratione forte ſemper de naui philoſophatus es, incl. Fl. at ſi conſideres nauem in arte nauigandi, ſub qua ratione formali de naui ego lo-

cutus fui, neceſſarium erit confiteri eſſe nauis, ad quod ſequitur habilitas proxima ad nauigationem, immo & ipſamet nauigatio, quæ eſt actus ſecundus, & operatio propria nauis, prouenire formaliter ipſi naui non aliunde quam a nauta, qui ſolus eſt eius
c 2. de an. t. 11. actus primus; quum enim nauta ſit actus nauis, *c* Ariſtotele doctore; quumque omnis actus *d* eidem ſit vel primus, vel ſecun-
d 2. de an. t. 2. 5. dus; quorum ille cauſſa eſt, vnde pendet hic velut effectus, & eius operatio; quando ſatis euidens eſt nautam non eſſe actum ſecundum, ac operationem nauis, ſed id vnde pendet illa operatio, quæ dicitur nauigatio; certo certius eſt nautam eſſe actum primum nauis, adeoque formam ſpecificam illius, quæ naui tribuit formaliter eſſe, ad quod ſolum conſequitur propria illius operatio. Nec mihi refragatur D. Th. dictum, quia formæ nomine ſignificat ſpeciatim informantem, quam contradiſtinguit ibi ab aſſiſtente, dum ait (non quidem cap. 26. ſed 27. in meo codice) *non ſimiliter eſſe dicimus formam in corpore, & nautam in naui*; ſed argumentum, quod ex hoc dogmate deducis, aperte paralogizat; perinde namque ſyllogizare poſſes, Non ſimiliter eſt forma in corpore, & nauta in naui; ſed forma eſt actus corporis; ergo nauta non eſt actus nauis: vel ita, Non ſimiliter eſt forma in corpore, & nauta in naui; ſed forma realiter & actu eſt in corpore; ergo nauta non eſt realiter & actu in naui: ſophiſma vero conſiſtit in eo, quod eſt argumentum in prima figura ex minori propoſitione negatiua, quam primo loco poſitam tibi deſumpſiſti ex D. Thoma. Præterea quoque ſecluſo theoremate D. Thomæ, tua ratio, qua dicis, *Forma dat eſſe; Nauta non eſt*
† 18. ſophiſma. *forma: ergo nauta non dat eſſe*, conſimili † vitio laborat, conſtructa in prima figura ex minore negatiua; ſic enim probare poſſes, tum nautam non eſſe ſubſtantiam, forma eſt ſubſtantia, nauta non eſt forma, ergo nauta non eſt ſubſtantia: tum Bouem non eſſe animal, dicens, Vulpes eſt animal, Bos non eſt Vulpes, ergo Bos non eſt animal. RO. At conuerſa maiori, nullum erit vitium, argumento contexto in ſecunda figura; ſeu ad eam reducto, ſic, Quod dat eſſe eſt forma; nauta non eſt forma; ergo nauta non dat eſſe. VL. Nihil proficies, o Roſa, pro Lilio: nam ſi formæ nomine ſignifices informantem prout contradiſtinguitur ab aſſiſtente, vt hic facit incl. Flos, illa maior vel erit

vni-

vniuerſalis, omne quod dat eſſe eſt forma informans; & ita fiet petitio principij, quæ gratis aſſumit id, de quo eſt controuerſia; quum ego ſtatuam commune eſſe tam aſſiſtenti, quam informanti formæ, dare eſſe ſuo compoſito, vel erit non vniuerſalis; & ita nihilominus paralogiſmus erit in ſecunda figura ex maiore non vniuerſali. Hinc apparet quis noſtrum Euthydemicis rationibus vtatur. L I L. Idem S. Tho. 5. de poten. a. 10. in C. *Vnionem nautæ cum naui vocat accidentalem; ſicut inſtrumenti cum homine:* at vnio accidentalis non dat eſſe. V L. In primis obſeruo te locum D. Th. valde mutaſſe, quia conſtat D. Th. ibi non de inſtrumento, ſed de indumento loqui, dicit enim, *Poſitio autem præmiſſa procedit ſecundum opinionem illorum, qui dicunt animam accidentaliter vniri corpori, ſicut nautam naui, aut hominem indumento.* Loquitur autem de accidentali vnione, quæ poteſt adeſſe & abeſſe præter vniti corruptionem; ſic anima ſine ſui corruptione modo vnitur corpori, modo ab eo disiungitur immortalis, & rurſus eidem coniungitur in reſurrectione, ſicut nauta modo vnitur naui, modo ab ea ſeiungitur, rurſus illi coniungitur; & homo modo vnitur indumento, modo illud deponit, iterum poſtea reſumit ad libitum: Ceterum talis vnio licet ita ſit accidentalis, non tamen prohibet quin vnitorum vnum det eſſe alteri; nam anima reunita corpori dat eſſe. Quum abſolute homo non poſſit ab inſtrumento ſeparari, nec vnio hominis cum inſtrumento ſimpliciter ſit accidentalis: nam anima definitur actus primus corporis naturalis inſtrumentalis, inter quæ duo Magiſter * poſuit vnionem eſſentialem, non accidentalem. Verum enimvero poteſt eſſe vnio, ex tua *e* doctrina, Fl. incl. inter nautam & nauem eſſentialis ea ratione, qui licet actu ſeparari poſſint, ſemper tamen eſſentialem habent habitudinem, & aptitudinem ad inuicem nauta, & nauis. Ego vero vlterius dico nautam formaliter vt nauta eſt, eſſentialem habere vnionem cum naui; nam mutuo ſe ſe definiunt; licet qua homo eſt, accidentaliter vniatur naui; non minus enim accidit nautæ eſſe hominem, quam accidat ſeruo eſſe hominem, vt ait *f* Ariſt. L I L. D. Th. *g* 2. de an. l. 2. inquit, *Nauta eſt actus nauis vt motor tantum:* ergo vnitur nauta vt det operationem, non vt det eſſe. V L. Motus nauigationis eſt operatio propria na-

† 229. fall. cit.

* 2. de an. t.7.

e Propugn. de an. c.5.

f præd. Ad aliq.

g Pag. 184.

uis,

viſionem; vt nauis niſi nautam habeat, eſt inhabilis omnino ad
nauigationem, ſibique repugnat ſine nauta nauigare. Sic plane
menſtruum eſt in potentia remota, & cum inhabilitate, ac repu-
gnantia ad operationes vitæ; quas edere non poteſt niſi prius
animam in ſe recipiat, quæ eſt immediatum principium, a quo
& illud actu animatum & viuens efficitur, & illæ in eo eduntur:
nec alia ratione corpus nauis eſt in potentia remota, & cum in-
habilitate ac repugnantia ad actum nauigationis, quam edere
non poteſt niſi prius nautam in ſe recipiat, qui eſt immediatum
principium, a quo in arte nauigandi nauis eſt actu nauis, & ope-
ratio nauigationis editur. L I L. Ita intelligo Philoponum *l* 2.
l pag. 156. de an. t. 11. dicentem, *Nauis formam perficit gubernator*, perficit
quoad actum ſecundum, vt viſio dicitur oculi perfectio, & actus
2. de an. t. 10. at viſus perficit in actu primo 2. de an. t. 9. V L.
Vix aſſequor quid velis, incl. Fl. vel comparas nautam viſioni,
quæ eſt actus ſecundus; vel viſui, qui eſt potentia videndi, viſo-
m 2. de an. t. 9. riaque facultas, & omnino anima oculi, vt ait *m* Ariſt. Si pri-
mum, falſa eſt comparatio, quia nauta non eſt actus ſecundus
nauis, ſed a quo prouenit actus ſecundus, qui eſt ipſa nauigatio.
ſi comparas nautam potentiæ viſiuæ, quæ eſt anima oculi,
meum dogma confirmas, conſentiſque ſine nauta nauem æqui-
uoce dici, vt oculus Ariſtoteli ſine facultate videndi. L I L.
Non eſt omittenda conſideratio Sueſſ. lib. 1. de intell. cap. 12.
Subſtantia, inquit, *ſeparata non alij fit præſens, aut indiſtans ab alio
niſi quando operatione continuatur illi*. at nauta eſt ſubſtantia a
naui ſeparata: ergo naui continuatur ſola operatione, aut tactu;
ergo non ad dandum eſſe. V L. Fl. incl. poſſum apte nunc ti-
n pag. 169. bi reddere *n* voces tuas, *Sueſſ. ibi neſcio quid ſibi fingit, ſed hoc di-*
† 230. tall. ait. *cit ex ſeſe*. Ceterum præſtat adnotare † nil eorum eo loci dice-
re Sueſſ. ſed oppoſitum conuincentia proponere; dicit enim ibi,
*Ariſt. ergo intendit probare intellectum eſſe inorganicum: & inde ha-
bere vult ipſum eſſe ſeparatum a materia; idem enim inorganicum, &
a materia ſeparatum in cognoſcitiuis potentijs*: & in ox. *Poſt hoc facile
reliquæ quæſtiones ſoluuntur: prima quidem, quoniam intellectus &
ſenſus hoc diſcrepant, vt Simpl. ait. 2. de an. quoniam ſenſus organo
vtitur partiali, vt oculo, aure, & ſic de alijs: intellectus autem toto
corpore vtitur, vt organo, quemadmodum nauta vtitur naui tota, vt*

organo; manus vero temone tantum, &c. Quare rationem hanc, quam ex Sueſſ. deducis, ipſe Sueſſ. diluit, negans nautam eſſe a naui ſeparatum; & non dicens ſubſtantiam ſeparatam ſola operatione continuari. Ceterum eſto Sueſſani dogma, *Subſtantia ſeparata non alij ſit præſens, aut indiſtans, niſi quando operatione continuatur illi*, nihil id nobis officit, nam hoc verum eſt, non de forma aſſiſtente, quæ quatenus aſſiſtens eſt, ſeparata non eſt; ſed de duobus compoſitis, quorum vnum ſe habet ad aliud velut agens ad patiens, vt baiulus ad ſarcinam, non autem velut forma, ſiue aſſiſtens, ſiue informans, ad materiam. L I L.

o Qui vult videre officium formæ aſſiſtentis, & agnoſcere illam non dare eſſe, ſed operationem tantum, legat optimos, & eruditos recentiores, Card. Tolet. 2. de an. q. 2. initio, Raguſeium diſp. 20. cap. 20. Auerſam q. 57. ſec. 2. Conimbric. 2. de an. cap. 1. q. 6. ar. 2. Ruuium 2. de an. q. 7. Zab. de men. hu. ca. 2. Caietan. Thien. 2. de an. t. 2 1. vbi confundit nautam cum motore; at motor non dat eſſe mobili, ſed motum. Hos auctores in re clariſſima ſequi non me pudet. V L. Etſi mihi non ſuppetit tempus ijs euoluendis, qui claſſici non ſunt, & apud me non maioris autoritatis, quam tu, Fl. incl. tamen concedens eos tecum ſentire, illis mihi potior eſt Ariſt. & ratio non vnica ſuperius allata, oppoſitum decernens: ad argumentum concedens nautam eſſe motorem; nego motorem non dare eſſe mobili, ſed motum ſolum; quia motor geminus eſt; alter, qui cum mobili iunctus conſtituit vnum compoſitum, quod a ſeipſo mouetur, ac talis motor dat eſſe mobili, & eſt pars eſſentialis compoſiti a ſe conſtituti, ſiue fuerit forma informans, vt anima *p* noſtra, ſiue aſſiſtens, vt *q* Intelligentia: alter motor eſt, qui cum mobili iunctus non conſtituit vnum per ſe compoſitum, quod a ſeipſo moueatur, nec eſt pars vllius, quod a ſeipſo mouetur, vt baiulus mouens pondera: ſed nauta eſt motor, vt *r* anima, & intelligentia, quod & Ariſt. innuit, & omnes vltro fatentur; non vt baiulus. Quare vel ijs repugnantibus iunioribus, quos ſequeris, mihi placet cum Ariſt. & ratione decernere nautam, & formam aſſiſtentem dare eſſe, non operationem tantum. L I L.

Vnus ſcrupulus ſupereſt, ob ſubtilitatem quandam Card. Caiet. 2. de an. cap. 1. in f. vbi ait, *Recedente nauta non remanere nauem*

o pag. 186.

p 2. de an. t. 24.

q 8. phy. t. 41. & ſeqq.

r 8. phy. 28 2. de an. 22.

z 2. phyſ. t. 3. nitam in z Phyſicis, ac partem eſſentialem actumque primum compoſiti a ſe conſtituti: quod in eodem opere fatetur Boethius paullo poſt vt mox latius apparebit. Si vero per vltimam definitionem intelligamus quartam, qua definita fuit a Boethio, *Natura eſſe ſpecifica differentia informans rem vnamquamque, ſecundum quam ſignificationem naturæ dicimus diuerſam eſſe naturam auri atque argenti, in hoc proprietatem rerum monſtrare cupientes;* quod efficiendum eſſe monet ipſemet Boethius infra dicens; *Hoc interim conſtet, quod inter naturam perſonamque differri prædiximus; quoniam natura eſt cuiuſlibet ſubſtantiæ ſpecifica proprietas; perſona vero rationabilis naturæ indiuidua ſubſiſtentia*: iam quum ipſe conſtituat in vno Chriſto, qui ſimul eſt Deus & homo, vnam eſſe perſonam, at duas naturas, humanam ſcilicet, quæ eſt ſpecifica differentia conſtituens hominem, nimirum anima rationalis, quæ informat corpus de Virgine ſumptum: & diuinam, nimirum verbum, quod aſſumens hunc hominem eidem ſeſe iungit in formam ſpecificam, qua talis homo Deus eſt; quod aperte declarat ipſe Boethius inquiens, *Nihil eſt vltra quod poſſit opponi quia id ſit quod firma veraque fides Catholica continet, eundem Chriſtum hominem eſſe perfectum, eundem Deum, eundemque qui homo ſit perfectus atque Deus: Vnum eſſe Deum, ac Dei filium; nec quaternitatem trinitatis aſtrui; dum homo additur ſupra perfectum Deum; ſed vnam eandemque perſonam numerum trinitatis explere: Vt quum humanitas paſſa ſit, Deus tamen paſſus eſſe dicatur: non quo ipſa deitas humanitas facta ſit, ſed quod a deitate fuerit aſſumpta. Item qui homo eſt, Dei filius appellatur: non ſubſtantia diuinitatis, ſed humanitatis; quæ tamen diuinitati naturali vnitate coniuncta eſt.* quæ naturalis vnitas eſt coniunctione partium eſſentialium in vnum totum. Quam paullo ante contra Hæreticos explicauit inquiens, *Catholici vero vtrumque rationabiliter confitentur; nam & ex vtriſque conſiſtere; ſed id qua ratione dicatur, paullo poſterius explicabo. Nunc illud manifeſtum eſt, conuictam eſſe Eutychis ſententiam eo nomine, quod quum tribus modis fieri poſſit vt ex duabus naturis vna ſubſiſtat, vt aut diuinitas in humanitatem tranſlata ſit, aut humanitas in diuinitatem, aut vtraque permiſta ſint; nullum horum modum fieri potuiſſe ſuperius dicta argumentatione declaratur. Reſtat vt quemadmodum catholica fides dicat, & in vtriſque naturis*

Chri-

Chriſtum, & ex vtriſque conſiſtere doceamus. Ex vtriſque naturis aliquid conſiſtere duo ſignificat; vnum quidem, quum ita dicimus aliquid ex duabus naturis iungi, ſicut ex melle, atque aqua: id autem eſt vt ex quolibet modo confuſis, vel ſi vna vertatur in alteram, vel ſi vtraque in ſe miſceantur inuicem; nullo modo tamen vtraque permaneant: ſecundum hunc modum Eutyches ait ex vtriſque naturis Chriſtum conſiſtere: (quod eſt non tanquam ex partibus; quia totum conſiſtit ex partibus, & in partibus in toto permanentibus; quem modum Catholica Fides tuetur, vt illico ſubdit Boethius inquiens) *Alter vero modus ex vtriſque conſiſtendi, quod ita ex duabus iunctum eſt, vt illa tamen, ex quibus iunctum eſſe dicitur, maneant; nec in alterutra vertantur; vt quum dicimus coronam ex auro, gemmiſque compoſitam: hic neque aurum in gemmas tranſlatum eſt, neque in aurum gemma conuerſa; ſed vtraque permaneat, nec formam propriam derelinquunt. Talia ergo ex aliquibus conſtantia, & in his conſtare dicimus, in quibus conſiſtere prædicatur: tunc enim poſſumus dicere coronam gemmis auroque conſiſtere; ſunt enim gemmæ, atque aurum, in quibus corona conſiſtat: Nam in priore modo non eſt mel, atque aqua, in quibus illud, quod ex vtriſque iungitur, conſtet. Quum igitur vtraſque manere naturas in Chriſto Fides Catholica confiteatur; perfectaſque eaſdem perſiſtere; nec alteram in alteram tranſmutari; iure dicit, & in vtriſque naturis Chriſtum, & ex vtriſque conſiſtere: in vtriſque quidem, quia manent vtræque; ex vtriſque vero, quia vtrarumque adunatione manentium vna perſona fit Chriſti.* Quum igitur vnum fieri non poſſit duorum permanentium adunatione ita vt illud vnum in vtriſque conſiſtat, & ex vtriſque conſiſtat, niſi illud ad eas ſe habeat vt totum ad partes proprie dictas, ſiue integrales, ſiue eſſentiales: quumque certum ſit duas naturas in Chriſto, quæ dicuntur Diuinitas, & humanitas, non eſſe partes integrales; iam certum eſt Diuinitatem in Chriſto eſſe partem eſſentialem. Quum autem partes eſſentiales duæ tantummodo ſint, vt in homine materia, & forma, ſiue corpus, & anima: quumque D. Athanaſius in Symbolo decernat, *Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo; ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus:* Certiſſimum eſt Deum in Chriſto eſſe vere partem eſſentialem, quæ forma dicitur, & vere proprieque naturam, quæ a Boethio definitur ſpecifica differentia Chriſtum informans.

Si

Digitized by Google

Si ergo Boethius nihil derogat diuinæ perfectioni, dum conſtituit Deum in Chriſto, adeoque in paruo mundo vere naturam eſſe, vereque partem eſſe ntialem, non quidem materialem, ſed formalem, vti eſt in eo vera natura, & vere pars formalis anima rationalis: cur derogabit diuinæ perfectioni Philoſophus, qui ſtatuit Deum ſub ratione Primi-motoris eſſe proprie naturam, ac partem formalem aſſiſtentem mundano corpori, cui iuncta conſtituat vnum vniuerſum a ſeipſo mobile? Deinde quum verbum, adeoque Deus Chriſto det eſſe non effectiue, vt agens ab eo diſtinctum, ſed vt forma & natura Chriſtum conſtituens formaliter; & non propterea Deus in hoc munere ſubeat vllam imperfectionem, ac dependentiam ab alio, qui Deum vniat & coniungat cum homine in Chriſto; ſed ipſemet Deus vltro ſumma bonitate ſua ſemetipſum humanæ naturæ coniungat, quam aſſumit ac ſibi ineffabiliter vnit: cur Deus mundo ſtatim a ſe condito non poſſit ſine labe imperfectionis, ac dependentiæ ab alio vniente, ſemetipſum infinita bonitate ſua communicare ſub ratione primi motoris, ac partis eſſentialis, quæ mundo formaliter det eſſe viuens a ſeipſo mobile, vt ex Ariſt. doctrina profitetur Vlyſſes? L I L. Eleganter D. Bernardus ſerm. 4. in Cantica, *Eſſe omnium dixerim Deum, non quia illa ſint quod eſt ille, ſed quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Eſt ergo Deus eſſe omnium non eſſentiale, ſed cauſale*. S I B. Mirifice Vlyſſi fauet iſte ſermo, ſi proponatur vt in textu legitur D. Bernardi, *Sane*, inquit ille, *eſſe omnium dixerim Deum*: ita forma dicitur quod
l 12 meta. quid erat eſſe ſui compoſiti; ita primum mouens *l* Ariſtoteli di-
t.49. citur entelechia, & primum quod quid eſt, a quo mundus habet vnitatem numericam & ſpecificam: *Non quia illa ſunt, quod eſt ille*: nec homo eſt ſua ipſius anima proprie. *Sed quia ex ipſo*, tanquam ex efficiente, *& per ipſum*, veluti propter finem, *& in ipſo ſunt omnia*, tanquam in forma, cuius proprium eſt continere il-
m 1. meta. lud, cuius dicitur eſſe forma: ſic Ariſtoteles, qui dixerat *m* cum
tit 2. c. 2. Anaxagora Deum eſſe in mundo, vt intellectus in homine, ſta-
n 2. de an. tuit *n* alibi animam eſſe cauſſam viuentis corporis ſecundum
t. 36. 37. tres modos determinatos, effectricem ſcilicet, finalem, & formalem, non autem materialem; quod ſtatim addit D. Bernardus aſſerens, *Eſſe eſt ergo omnium, quæ facta ſunt ipſe factor eorum*,

ſed

ſed cauſſale, non materiale. Tu vero illud *materiale* mihi peruertiſti in † *eſſentiale*. vt mihi ponenti Deum eſſe mundi formam, quæ eſt cauſſa eſſentialis, pariter ac materia, D. Bern. contradicentem opponeres, quaſi negaret Deo rationem omnis cauſſæ eſſentialis, tam materialis, quam etiam formalis. Sed D. Bernardus inquiens; *eſt ergo Deus omnium eſſe cauſſale, non materiale,* concedit aperte Deum eſſe τὸ eſſe tum formale, tum finale, tum effectiuum; quia cauſſa præter materiam triplex eſt, forma, finis, & efficiens; nec illud cauſſale contradiſtinctum a materiali coarctari poteſt ad effectiuum; ſed abſolute ſumi debet, vt a D. Bern. proponitur, pro omni cauſſali contradiſtincto a materiali. LIL. D. Th. 1. diſ. 8. q. 1. a. 2. hunc locum Bern. citans ait, *Reſpondeo ſicut dicit Bern. Deus eſt eſſe omnium non eſſentiale, ſed cauſale.* SIB. Hoc non te liberat a falſa citatione; quia D. Th. ibi potuit vertere *materiale* in *eſſentiale*, quum materia ſit de eſſentia compoſiti perinde ac forma, quia tunc non prætendebat oſtendere ex D. Bern. Deum non eſſe formam, ſicuti tu, Fl. incl. Quod indicat ipſe D. Th. paullo poſt addens, *& ideo eſſe diuinum dicitur eſſe omnium rerum; a quo omne eſſe creatum effectiue, & exemplariter manat:* exemplar autem ab *n* Ariſt. ponitur in genere cauſſæ formalis, vt antea notatum eſt. Ne dicam D. Thomæ ſcriptum ſuper lib. ſent. non habere autoritatem apud Thomiſtas, vt habet eiuſdem Summa; quæ dici ſolet ab eis Teſtamentum D. Thomæ; ſed alia omnia eius opera præſertimque Scriptum hoc rudioris formulæ vocari; nec habere vim probationis. VL. Aliud eſt etiam, o Lilium, Deum non eſſe formaliter ipſum eſſe rerum; quod tibi diſputandi gratia concedo; & aliud eſt Deum dare eſſe formaliter rebus omnibus; quod mihi non negant iſti Doctores, ſed aperte concedit D. Tho. nuperrimis verbis. Præterea conſiderant iſti viri Deum ſub ratione Deitatis theologice, non autem ſub ratione Primi motoris, ac phyſice; vt nos in hac diſputatione, *o* tuo etiam decreto. LIL. Et 1. p. q. 3. a. 8. ad 1. *Deitas eſt eſſe omnium effectiue, & exemplariter*; & ad 2. *eſt forma exemplaris, non autem forma, quæ eſt pars compoſiti.* VL. Hæc attulit de Deo ſub ratione deitatis; at idem vbi tractat de primo motore ad mentem Ariſt. aperte ſcribit pro me contra tuum dogma hanc ſenten-

† 257. falſ. cit.

n 2. phyſ. t. 28.

o pag. 25.

p 1 p. q. 70. tiam; p *Vnde Ariſt. lib. 8. phyſ. poſtea quam oſtendit quod primum*
q 2. con. gẽ. *mouens ſeipſum componitur ex duabus partibus; quarum vna eſt mo-*
cap. 70. *uens, & alia mota*, &c. quod idem alibi repetit inquiens, q *Ariſt.*
in lib. phyſ. probat quod in motoribus & motis impoſſibile eſt procede-
re in infinitum: vnde concludit quod neceſſe eſt deuenire ad aliquod
primum quod moueatur a ſeipſo: quod de neceſſitate diuiditur in duas
partes; quarum vna eſt mouens, & alia mota: oportet igitur primum
ſeipſum mouens componi ex duabus partibus, quarum vna eſt mouens:
omne autem huiuſmodi eſt animatum: primum igitur mobile, ſ. cælum
eſt animatum ſecundum opinionem Ariſt. &c. ſi quando vero negat
eſſe formam, & partem compoſiti Deum D. Tho. negat eſſe for-
mam informantem. Licet etiam nuper ex Boethio viſum ſit
Deum ſub ratione Deitatis eſſe partem compoſiti. LIL. Ne-
que Ariſt. dixit vnquam Deum eſſe mundi formam, ſed eſſe ca-
put, & principium ordinis, in quo conſiſtit eſſe mundi; ita 12.
r 1. meta. meta. t. 52. & alibi. V L. In primis ſæpe notaui Ariſt. tum
ſu. 2. c. 2. cum Anax. ſtatuiſſe *vt in animalibus, ita in natura Intellectum in-*
eſſe cauſſam mundi totiusque ordinis; at in animalibus intellectus
ſ 2. de an. t. cauſſa eſt efficiens, finalis, atque ſ formalis, eodem Magiſtro:
24. 36. 37. Quare in natura tota Deus ipſi eſt cauſſa mundi etiam forma-
t 8. phyſ. lis: tum ex ſemetipſo, t *Natura enim cauſſa ordinis eſt omnibus*: ta-
t. 15. lis vero natura non eſt materia, ſed forma; quare Deus Ariſto-
u 12. meta. teli eſt forma mundi, & natura: tum maxime u primum mo-
t. 49. uens immobile, ob cuius vnitatem numericam & ſpecificam
mundus habet vnitatem ſimiliter numericam, & ſpecificam, eſ-
ſe entelechiam, *& ipſum quod quid erat eſſe primum*, adeoque ve-
x 2. phyſ. re, ac proprie x formam: tum demum in t. a te citato ſcribere,
t. 28. & Deum eſſe bonum, quod habet natura vniuerſi; ſed bonum ei-
5. meta. t. 2. dem eſt y forma: quare non vno in loco poſuit Ariſt. Deum eſſe
y 1. phyſ. mundi formam. Sed quod ais Ariſt. ibi ſtatuere ordinem eſſe in
t. 81. quo conſiſtit eſſe mundi, Pleſſiacum eſt, & falſum: quia Magi-
† 228. falſ. ſter ibi ſtatuit eſſe mundi conſiſtere magis in † Deo, quam in
cit. ordine partium mundi; quia in eo conſiſtit vt in forma princi-
pali, in ordine vt in diſpoſitione materiæ, tanquam in cauſſa ſi-
ne qua non; ait enim; *Perſcrutandum etiam hoc, quonam modo na-*
tura Vniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum optimum: vtrum ſepara-
tum quiddam, & ipſum, an per ſe, in ipſo ordine. An vtroque modo,
quem-

quemadmodum exercitus : etenim bene eſſe eius, in ordine, & dux ipſe
eſt, ac magis ipſe : non enim ipſe propter ordinem, verum ordo propter
ipſum eſt. Inſuper quomodo eſſe mundi, quod eſt eſſe ſubſtantia-
le, ac omnino ſubſtantia, tibi conſiſtere poteſt in ordine, quem
z ſupra conſtituiſti mundo dare vnitatem ſolum accidentalem ? z pag. 40. & ſeqq.
non ne tibi vnum & ens coincidunt ? L I L. Remoueamus er-
go hæc attributa a Deo, nam hoc verbis eſt dicere Deum aſſi-
ſtentem, re facere informantem, cum ſummo præiudicio diuinæ
perfectionis. V L. Minime vero; nam qui Deum prorſus im-
mobilem facit, re aſſiſtentem facit, non verbis; informantem
negat : nec præiudicat hilum diuinæ perfectioni, ſed eam colit;
qui Deum communicabilem facit, ac perfectionem tribuentem
eſſe rebus omnibus independentem prorſus ab illis. SIB. Iam
apud te cum ſummo præiudicio diuinæ perfectionis diceret
Boethius in Chriſto duas eſſe naturas, Diuinam ſcilicet, ac hu-
manam, quæ vtraque ſecundum vltimam definitionem ab eo
latam eſt vere ſpecifica differentia tribuens Chriſto formaliter
eſſe Deum, & eſſe hominem. L I L. In a eadem pag. 157. di- a pag. 183.
citur, *Nauta, qui naui eſt forma aſſiſtens, naui tribuit non ſolum ope-*
rationem, ſed & ipſum eſſe nauis formaliter. Ego hic fateor imbe-
cillitatem meam, aliter ſemper ſum philoſophatus, & dixi na-
uem in ſe eſſe nauem ratione ſuæ formæ, cum non repugnantia
ad nauigationem; a nauta autem habere ſolum actum ſecun-
dum, in actu primo non conſtitui a nauta. Didici hoc ex S. Th.
1. con. gen. cap. 26. in vltimis verbis, Non ſimiliter eſſe dicimus
formam in corpore, & nautam *in naui.* Forma dat eſſe, nauta
non eſt forma, ideo non dat eſſe. V L. Nauis eſt artificiale
quid, quod ad duas artes habet relationem, ad artem nauis fa-
ctiuam, & ad artem nauigandi, quæ naui facta vtitur, & ab
b Ariſtotele dicitur Architectonica : ſi ſpectes nauem in arte
nauis factiua, forma nauis eſt illius figura a fabro in lignis effe- b 2. phyſ.
cta, ad quam ſequitur non ſolum non repugnantia ad nauigan- t. 24. 25.
dum, ſed etiam poſitiua potentia ad actum nauigationis, ſed
remota; & eſſe nauis in tali arte tribuitur naui formaliter a tali
figura; efficienter a fabro nauis factiuo, ſub qua ratione forte
ſemper de naui philoſophatus es, incl. Fl. at ſi conſideres na-
uem in arte nauigandi, ſub qua ratione formali de naui ego lo-

cutus fui, neceſſarium erit confiteri eſſe nauis, ad quod ſequitur habilitas proxima ad nauigationem, immo & ipſamet nauigatio, quæ eſt actus ſecundus, & operatio propria nauis, prouenire formaliter ipſi naui non aliunde quam a nauta, qui ſolus eſt eius

c 2. de an. t. 11. actus primus; quum enim nauta ſit actus nauis, *c* Ariſtotele doctore; quumque omnis actus *d* eidem ſit vel primus, vel ſecundus; quorum ille cauſſa eſt, vnde pendet hic, velut effectus, & eius operatio; quando ſatis euidens eſt nautam non eſſe actum ſecundum a operationem nauis, ſed id vnde pendet illa operatio, quæ dicitur nauigatio; certo certius eſt nautam eſſe actum primum nauis, adeoque formam ſpecificam illius, quæ naui tribuit formaliter eſſe, ad quod ſolum conſequitur propria illius operatio. Nec mihi refragatur D. Th. dictum, quia formæ nomine ſignificat ſpeciatim informantem, quam contradiſtinguit ibi ab aſſiſtente, dum ait (non quidem cap. 26. ſed 27. in meo codice) *non ſimiliter eſſe dicimus formam in corpore, & nautam in naui*; ſed argumentum, quod ex hoc dogmate deducis, aperte paralogizat; perinde namque ſyllogizare poſſes, Non ſimiliter eſt forma in corpore, & nauta in naui; ſed forma eſt actus corporis; ergo nauta non eſt actus nauis: vel ita, Non ſimiliter eſt forma in corpore, & nauta in naui; ſed forma realiter & actu eſt in corpore; ergo nauta non eſt realiter & actu in naui: ſophiſma vero conſiſtit in eo, quod eſt argumentum in prima figura ex minori propoſitione negatiua, quam primo loco poſitam tibi deſumpſiſti ex D. Thoma. Præterea quoque ſecluſo theoremate D. Thomæ, tua ratio, qua dicis, *Forma dat eſſe; Nauta non eſt*

d 2. de an. t. 2. 5.

† 18. ſophiſma. *forma: ergo nauta non dat eſſe*, conſimili † vitio laborat, constructa in prima figura ex minore negatiua; ſic enim probare poſſes, tum nautam non eſſe ſubſtantiam, forma eſt ſubſtantia, nauta non eſt forma, ergo nauta non eſt ſubſtantia: tum Bouem non eſſe animal, dicens, Vulpes eſt animal, Bos non eſt Vulpes, ergo Bos non eſt animal. R O. At conuerſa maiori, nullum erit vitium, argumento contexto in ſecunda figura; ſeu ad eam reducto, ſic, Quod dat eſſe eſt forma; nauta non eſt forma; ergo nauta non dat eſſe. V L. Nihil proficies, o Roſa, pro Lilio: nam ſi formæ nomine ſignifices informantem prout contradiſtinguitur ab aſſiſtente, vt hic facit incl. Flos, illa maior vel erit

vniuerſalis, omne quod dat eſſe eſt forma informans; & ita fiet petitio principij, quæ gratis aſſumit id, de quo eſt controuerſia; quum ego ſtatuam commune eſſe tam aſſiſtenti, quam informanti formæ, dare eſſe ſuo compoſito, vel erit non vniuerſalis; & ita nihilominus paralogiſmus erit in ſecunda figura ex maiore non vniuerſali. Hinc apparet quis noſtrum Euthydemicis rationibus vtatur. L I L. Idem S. Tho. 5. de poten. a. 10. in C. *Vnionem nautæ cum naui vocat accidentalem; ſicut inſtrumenti cum homine*: at vnio accidentalis non dat eſſe. V L. In primis obſeruo te locum D. Th. valde mutaſſe, quia conſtat D. Th. ibi non de inſtrumento, ſed de indumento loqui, dicit enim, *Poſitio autem præmiſſa procedit ſecundum opinionem illorum, qui dicunt animam accidentaliter vniri corpori, ſicut nautam naui, aut hominem indumento.* Loquitur autem de accidentali vnione, quæ poteſt adeſſe & abeſſe præter vnití corruptionem; ſic anima ſine ſui corruptione modo vnitur corpori, modo ab eo diſiungitur immortalis, & rurſus eidem coniungitur in reſurrectione, ſicut nauta modo vnitur naui, modo ab ea ſeiungitur, rurſus illi coniungitur; & homo modo vnitur indumento, modo illud deponit, iterum poſtea reſumit ad libitum. Cæterum talis vnio licet ita ſit accidentalis, non tamen prohibet quin vnitorum vnum det eſſe alteri; nam anima reunita corpori dat eſſe. Quum abſolute homo non poſſit ab inſtrumento ſeparari, nec vnio hominis cum inſtrumento ſimpliciter ſit accidentalis: nam anima definitur actus primus corporis naturalis inſtrumentalis, inter quæ duo Magiſter * poſuit vnionem eſſentialem, non accidentalem. Verum enimvero poteſt eſſe vnio, ex tua e doctrina, Fl. incl. inter nautam & nauem eſſentialis ea ratione, qui licet actu ſeparari poſſint, ſemper tamen eſſentialem habent habitudinem, & aptitudinem ad inuicem nauta, & nauis. Ego vero vlterius dico nautam formaliter vt nauta eſt, eſſentialem habere vnionem cum naui; nam mutuo ſe ſe definiunt; licet qua homo eſt, accidentaliter vniatur naui; non minus enim accidit nautæ eſſe hominem, quam accidat ſeruo eſſe hominem, vt ait f Ariſt. L I L. D. Th. g 2. de an. l. 2. inquit, *Nauta eſt actus nauis vt motor tantum*: ergo vnitur nauta vt det operationem, non vt det eſſe. V L. Motus nauigationis eſt operatio propria na-

† 229. fall. cit.

* 2. de an. c. 7.

e Propugn. de an. c. 5.

f præd. Ad aliq.

g pag. 184.

uis, & illi eſſentialis, quæ ita ſequitur eſſentiam nauis, vt per eam definiatur: at operatio conſequens eſſentiam nauis non poteſt ab eo tribui naui, niſi quod dederit prius eſſe naui: ſi ergo nauta dat actum ſecundum nauigationis, quæ eſt operatio naui eſſentialis eo quod illius eſſentiam conſequitur; iam nauta debet dare eſſe naui. L I L. Et quæſt. de an. ar. 1. *ſi anima eſſet in corpore, vt nauta in naui, non daret ſpeciem corpori.* ergo nauta non dat ſpeciem naui. V L. Iam dixi ſuperius id contingere, quia eſſe humanum prouenire non poteſt niſi ab anima informante; ſi ergo anima foret actus aſſiſtens, vt nauta, non daret ſpeciem hominis corpori: ſed ſpecificum eſſe nauis prouenit ab actu aſſiſtente; & proinde nauta dat naui ſpeciem, licet ſi anima eſſet in corpore, vt nauta in naui, non daret ſpeciem corpori. L I L. Concludo cum Themiſt. 8. phyſ. t. 3. *In definitione nauis nullus comprehenditur gubernator, neque contra, nauis in definitione Gubernatoris.* V L. Pace Themiſtij, non ſubſcribo tali dogmati, quod falſum eſt, vt illud, in cuius probationem ipſum affert inquiens, *Sed dicendum eſt nauim non per ſe moueri a gubernatore; quum in definitione nauis* &c. Quum enim omne per accidens redigatur ad per ſe, quod illo prius eſt; vt ait *h* Ariſt. quod nam erit illud, a quo per ſe nauis mouetur, ſi nauis a nauta & a gubernatore non mouetur per ſe? & qua definitione niſi mutila, & aliena definies vnquam vel nauem ſine nauta, vel nautam ſine naui? non ne ſunt eſſentialiter inter ſe relatiua, ſi formaliter ſumantur nauis, & nauta? gubernator, & gubernatum? quis ignorat *i* relatiua ſeſe mutuo definire? L I L. In *k* pag. 157. & 158. affertur ratio ad probandum *nautam dare eſſe naui*; quia ſine nauta nauis eſt ſolum æquiuoce nauis, ſicut oculus mortui 2. de an. t. 9. vt caro, & facies mortui. 2. de gen. an, cap. 1. 7. meta. t. 39. vt nauis vnius palmæ, & duorum ſtadiorum, cuius ob nimiam paruitatem, aut excedentem magnitudinem nulla eſſe poteſt nauigatio, 7. polit. cap. 4. V L. Remitto Lectores ad meum locum, vbi multo efficacius hanc rationem texui. ſed quid reſpondes? L I L. Reſpondeo diſtinguendo, oculus, facies, caro, nauis, & ſi quæ alia huiuſmodi, duobus modis ſe ſe poſſunt habere ad ſuas operationes, primo *repugnanter, & cum intrinſeca inhabilitate in actu primo, 2. ſolum negatiue.* Priore illo modo

h 8. phyſ.

i Porph. c. de ſpec. & Ariſ. præd. Ad aliq.

k pag. 185.

modo ſi ſunt, certum eſt omnia eſſe æquiuoce talia, quia non ſolum non operantur actu, verum etiam ſunt inhabilia intrinſece vt illis agens vtatur: talis eſt oculus mortuus, & cæcus; talis eſt nauis vnius palmæ, aut chartacea, aut plumbea, aut picta, ſine remis, & velis, in ſumma ob aliquem defectum ſuæ formę in actu primo: Sed poſteriore modo eſt formaliter, & vniuoce nauis, quamuis ſine actuali nauigatione; quoniam vero formam, & habilitatem ad opus nauigationis naui non dat nauta, ſed ſupponit, dat potius fabricator nauis effectiue, ideo nauta nullo modo dat eſſe naui, ſed operationem tantum, præſuppoſita forma, & eſſe nauis in actu primo. Vana eſt itaque comparatio cum oculo mortuo, vel cæco, & cum naui vnius palmæ, aut duorum ſtadiorum; ſed fiat comparatio cum oculo clauſo, ſed habente potentiam viſiuam, cum gladio acutiſſimo, ſed quo nullus miles vtatur, cum naui optime inſtructa, cum qua tamen nullus vnquam nauta nauigauit, &c. V. L. Incl. Fl. caue ne vana ſit hæc tua reſponſio, & huius tuæ diuiſionis applicatio ad propoſitum. Nauis ſine nauta non ſolum actu non nauigat, ſed neque poteſt nauigare, vt oculus mortuus non ſolum non videt, ſed neque videre poteſt; nauis abſque nauta non ſolum habet negationem actus nauigationis, ſed habet repugnantiam cum intrinſeca inhabilitate ad nauigandum; quia caret actu primo, qui nauta eſt, a quo ſortiri poteſt actum ſecundum nauigationis: Neque nauis nauta carentis comparatio fieri debet cum oculo clauſo, habente tamen potentiam viſiuam; etenim oculus clauſus eſt in potentia propinqua ad videndum, a qua vt reducatur ad actum, non opus eſt vt in ſe nouam formam recipiat, ſed vt remoueatur tantum impedimentum clauſuræ; ſed nauis abſque nauta eſt in potentia remota ad nauigandum, quia debet primum recipere in ſe nautam, velut actum primum, a quo poſtea nanciſci poteſt actum ſecundum nauigationis: & oculo clauſo comparatur apte nauis habens actu in ſe nautam dormientem, quæ ad hoc vt actu nauiget, habens potentiam proximam ad nauigandum, ſat habet vt remoueatur ab ea impedimentum ſomnii nautæ, & aperiantur oculi gubernatoris: at nauis abſque nauta comparatur optime oculo mortuo, qui non recipiat animam denuo facultatemque viſiuam, inhabilis eſt ad

vi-

viſionem; vt nauis niſi nautam habeat, eſt inhabilis omnino ad nauigationem, ſibique repugnat ſine nauta nauigare. Sic plane menſtruum eſt in potentia remota, & cum inhabilitate, ac repugnantia ad operationes vitæ; quas edere non poteſt niſi prius animam in ſe recipiat, quæ eſt immediatum principium, a quo & illud actu animatum & viuens efficitur, & illæ in eo eduntur: nec alia ratione corpus nauis eſt in potentia remota, & cum inhabilitate ac repugnantia ad actum nauigationis, quam edere non poteſt niſi prius nautam in ſe recipiat, qui eſt immediatum principium, a quo in arte nauigandi nauis eſt actu nauis, & operatio nauigationis editur. LIL. Ita intelligo Philoponum 2.
l pag. 156. de an. t. 11. dicentem, *Nauis formam perficit gubernator*, perficit quoad actum ſecundum, vt viſio dicitur oculi perfectio, & actus 2. de an. t. 10. at viſus perficit in actu primo 2. de an. t. 9. VL. Vix aſſequor quid velis, incl. Fl. vel comparas nautam viſioni, quæ eſt actus ſecundus; vel viſui, qui eſt potentia videndi, viſo-
m 2. de an. t. 9. riaque facultas, & omnino anima oculi, vt ait m *Ariſt.* Si primum, falſa eſt comparatio, quia nauta non eſt actus ſecundus nauis, ſed a quo prouenit actus ſecundus, qui eſt ipſa nauigatio. ſi comparas nautam potentiæ viſiuæ, quæ eſt anima oculi; meum dogma confirmas, conſentiſque ſine nauta nauem æquiuoce dici, vt oculus Ariſtoteli ſine facultate videndi. LIL. Non eſt omittenda conſideratio Sueſſ. lib. 1. de intell. cap. 12. *Subſtantia*, inquit, *ſeparata non alij ſit præſens, aut indiſtans ab alio niſi quando operatione continuatur illi*. at nauta eſt ſubſtantia a naui ſeparata: ergo naui continuatur ſola operatione, aut tactu; ergo non ad dandum eſſe. VL. Fl. incl. poſſum apte nunc ti-
n pag. 169. bi reddere n voces tuas, *Sueſſ. ibi neſcio quid ſibi fingit, ſed hoc di-*
† 230. fals. ait. *cit ex ſeſe*. Ceterum præſtat adnotare † hil eorum eo loci dicere Sueſſ. ſed oppoſitum conuincentia proponere; dicit enim ibi, *Ariſt. ergo intendit probare intellectum eſſe inorganicum: & inde habere vult ipſum eſſe ſeparatum a materia; idem enim inorganicum, & a materia ſeparatum in cognoſcitiuis potentijs*: & n ox. *Poſt hoc facile reliquæ quæſtiones ſoluuntur: prima quidem, quoniam intellectus & ſenſus hoc diſcrepant, vt Simpl. ait. 2. de an. quoniam ſenſus organo vtitur partiali, vt oculo, aure, & ſic de alijs: intellectus autem toto corpore vtitur, vt organo, quemadmodum nauta vtitur naui tota, vt*

organo; manus vero temone tantum, &c. Quare rationem hanc, quam ex Sueſſ. deducis, ipſe Sueſſ. diluit, negans nautam eſſe a naui ſeparatum; & non dicens ſubſtantiam ſeparatam ſola operatione continuari. Ceterum eſto Sueſſani dogma, *Subſtantia ſeparata non alij ſit præſens, aut indiſtans, niſi quando operatione continuatur illi*, nihil id nobis officit, nam hoc verum eſt, non de forma aſſiſtente, quæ quatenus aſſiſtens eſt, ſeparata non eſt; ſed de duobus compoſitis, quorum vnum ſe habet ad aliud velut agens ad patiens, vt baiulus ad ſarcinam, non autem velut forma, ſiue aſſiſtens, ſiue informans, ad materiam. L I L.

o Qui vult videre officium formæ aſſiſtentis, & agnoſcere illam *o* pag. 186.
non dare eſſe, ſed operationem tantum, legat optimos, & eruditos recentiores, Card. Tolet. 2. de an. q. 2. initio, Raguſeium diſp. 20. cap. 20. Auerſam q. 57. ſec. 2. Conimbric. 2. de an. cap. 1. q. 6. ar. 2. Ruuium 2. de an. q. 7. Zab. de men. hu. ca. 2. Caietan. Thien. 2. de an. t. 11. vbi confundit nautam cum motore; at motor non dat eſſe mobili, ſed motum. Hos auctores in re clariſſima ſequi non me pudet. V L. Etſi mihi non ſuppetit tempus ijs euoluendis, qui claſſici non ſunt, & apud me non maioris autoritatis, quam tu, Fl. incl. tamen concedens eos tecum ſentire, illis mihi potior eſt Ariſt. & ratio non vnica ſuperius allata, oppoſitum decernens: ad argumentum concedens nautam eſſe motorem; nego motorem non dare eſſe mobili, ſed motum ſolum; quia motor geminus eſt; alter, qui cum mobili iunctus conſtituit vnum compoſitum, quod a ſeipſo mouetur, ac talis motor dat eſſe mobili, & eſt pars eſſentialis compoſiti a ſe conſtituti, ſiue fuerit forma informans, vt anima *p* noſtra, ſi- *p* 2. de an.
ue aſſiſtens, vt *q* Intelligentia: alter motor eſt, qui cum mobili t. 24.
iunctus non conſtituit vnum per ſe compoſitum, quod a ſeipſo *q* 8. phyſ. t.
moueatur, nec eſt pars vllius, quod a ſeipſo mouetur, vt baiulus 41. & ſeqq.
mouens pondera: ſed nauta eſt motor, vt *r* anima, & intelli- *r* 8. phy. 28
gentia, quod & Ariſt. innuit, & omnes vltro fatentur; non vt 2. de an. 11.
baiulus. Quare vel ijs repugnantibus iunioribus, quos ſequeris, mihi placet cum Ariſt. & ratione decernere nautam, & formam aſſiſtentem dare eſſe, non operationem tantum. L I L. Vnus ſcrupulus ſupereſt, ob ſubtilitatem quandam Card. Caiet. 2. de an. cap. 1. in f. vbi ait, *Recedente nauta non remanere nauem*

niſi æquiuoce, eo quod remaneret deſtituta omnibus ſuis operationibus, ſicut remanet corpus exanime. V L. Hic vnus inſtar omnium recentiorum tibi eſſe debuerat, qui ceteris antecellit autoritate. ſed quomodo nodum hunc ſoluis? L I L. Reſp. quia nauis ſine nauta remanet deſtituta operatione, at non habilitate intrinſeca ad operandum; non eſt vt corpus exanime, ſed vt corpus viuum dormiens, vt habitus non exiens in actum 2. de an.
ſ pag. 187. t. 5. In ſ ſumma, nauis eſt vera nauis ſi habet in ſe omnia ſibi requiſita in actu primo, per quæ ſit habilis ad nauigandum; ſi non adſit nauta, ceſſat nauigatio, non aptitudo, & habilitas formalis ad eſſe nauigabile, ideo neque eſſe nauem, vt homo dormiens eſt rationalis, quamuis non ratiocinetur, & ſecuris eſt ſecuris ob ſuam formam. 2. de an. 8. V L. Securis eſt ſecuris ob ſuam formam, quæ in ea eſt actus primus, a quo prouenire poteſt operatio ſecuris, abſque eo quod ſecuris in ſe recipiat alium actum, qui ſit inciſionis cauſſa primaria: Homo dormiens eſt rationalis, licet actu non ratiocinetur, quia continet actu in ſe rationalem animam, quæ eſt principium, a quo primo prouenit in homine ratiocinatio: Clauſus oculus eſt vere oculus, quia continet in ſe viſiuam animam, quæ eſt principium viſionis effectiuum. Sed nauis abſque nauta non ſolum priuatur actu nauigandi, nec ſolum deſtituitur potentia propinqua, ſed etiam remota, vt oculus qui amiſit animam; etenim vt anima in oculo eſt actus primus, a quo prouenit per ſe primo viſio; ſic nauta in naui eſt actus primus, a quo per ſe primo prouenit operatio nauigandi. Nauis igitur abſque nauta non eſt nauis niſi æquiuoce, quia caret actu nauigandi, & aptitudine ad nauigandum eſſentiali, quæ ſibi ineſt a nautæ præſentia; & nauta ab Ariſt. compa-
t 2. de an. t. 11. ratur t animæ, non ſomno, non clauſuræ palpebrarum, non alteri vlli accidenti, quod abſens inducat ſolam priuationem potentiæ proximæ, & accidentali: ſed actui primo, qui abſens eſt in cauſſa vt res dicatur æquiuoce talis. L I L. Et in hoc obſeruandus locus notabilis Ariſt. 4. meteo. t. 54. *omnia ſunt terminata opere; omnia enim, quæ poſſunt facere ſuum opus, vere ſunt; quod autem non poteſt, æquiuoce; vt oculus mortuus, aut lapideus*. V L. Vere locus pro me contra te notabilis: opus nauis proprium eſt nauigare; ſed nauis abſque nauta neque nauigat, neque nauigare po-

poteſt; quia caret nauta, qui eſt principium primarium nauigationis effectiuum, a quo nauigatio dependet, vt ab actu primo ſecundus; perinde ac oculus mortuus neque videt, neque videre poteſt, quia caret anima, quæ eſt principium primarium viſionis effectiuum, a quo viſio dependet, vt ab actu primo ſecundus. L I L. Sed hæc fortaſſe ſunt leuiora, quam vt diutius circa illa immoremur. V L. E contra Caietanus acutiſſimi vir ingenij, *u* ſcribit *hoc eſſe dubium, cui difficile eſt reſpondere cum ſatisfactione*. & in hoc, quod eſt an forma aſſiſtens, qualis eſt nauta, tribuat eſſe, nec ne, cardo eſt noſtræ diſputationis, an forma aſſiſtens ſit vere ac proprie natura, nec ne. L I L. In *x* pag. 162. eſt obſeruanda confeſſio D. mei, *Natura formaliter eſt principium tum conſtitutiuum intrinſece corporis naturalis, tum effectiuum motus in eo, in quo eſt*: ego modo ſubſumo minorem, Aſſiſtens non eſt principium conſtitutiuum intrinſece corporis naturalis: ergo aſſiſtens non eſt natura. minorem probaui ſec. 1. cap. 12. & nunc addo ipſam vocis vim *aſſiſtere*: ſignificat enim adſtare iuxta, & præſentem eſſe, ſiue adeſſe: hoc ſemper ſignificat eſſe aliud diſtinctum ab eo, cui aſſiſtit, & illi extrinſecum, &c. V L. Aſſiſtentia moralis huiuſmodi eſſe poteſt; ſed naturalis eſt vnio intrinſeca, & eſſentialis; ita *y* Magiſter ex primo mouente prorſus immobili, quod eſt forma cælo aſſiſtens, & corpore cæli fit vnum per ſe mobile a ſeipſo, tanquam ex duabus partibus eſſentialibus illud animatum conſtituentibus, vt notauit etiam D. Tho. non *z* ſemel. Probationes vero, quas innuis, olim plane *a* dirutæ fuerunt. L I L. Ita Deus dicitur adeſſe rebus, vt ait S. Th. 1. p. q. 80. a. 1. V L. Ibi D. Th. ait Deum eſſe intime in omnibus rebus, non illis extrinſecum, vt ex hoc loco vis probare. L I L. & art. 3. *Deus eſt in omnibus per eſſentiam, in quantum adeſt omnibus vt cauſa eſſendi*. V L. Addit D. Th. *ſicut dictum eſt ar. 1.* ibi vero ſtatuit Deum non eſſe rebus extrinſecum, ſed intimum. L I L. Obſeruo eundem S. Th. 1. p. q. 112. ar. 3. dicentem, *Aſſiſtere eſſe acceptum ad ſimilitudinem eorum, qui alicui regi famulantur; quorum aliqui ſemper illi aſſiſtunt*. Hæc omnia denotant aſſiſtens eſſe aliquid extrinſecum illi, cui aſſiſtitur. V L. Aſſiſtentia Dei vt primi-mouentis erga mobile, phyſica eſt: Aſſiſtentia vero Angelorum, erga Deum, cui aſſiſtendo famulantur,

u 2. de an. cap. 1. inf.

x pag. 118.

y 8 phy. 41 & ſeqq.

z 1. p. q. 70. ar. 3. & 2. con. gen. cap. 70.

a pag. 126. & ſeqq.

tur, vt miniſtri ſuo regi, politica eſt; & ſolum nomen aſſiſtentiæ vtrique commune eſt; at definitio plane diuerſa; nam Deus vt motor aſſiſtens mobili, ſe habet vt cauſſa ad effectum, & omnino vt pars eſſentialis actiua ad partem eſſentialem paſſiuam, ex
b 8. phyſ quibus conſtituitur vnum per ſe mobile a ſeipſo; quod ex *b* Ari-
41.& ſeqq. ſtotele decernit *c* D. Thomas non ſemel: aſt Angeli miniſtran-
c 1.p.q.70. tes longe aliter Deo aſſiſtunt, cuius iuſſa capeſſunt, & mittun-
ar.3. & tur a Deo; nec in tali miniſterio iunguntur cum Deo vt cauſſa
2.con.gen. cum effectu ſuo, nec vt pars motiua cum parte mobili: quare po-
cap.70. ſtremus hic locus D. Thomæ nihil omnino facit ad propoſitum aſſiſtentiæ, de qua diſputamus. Quæ reſpiciunt diſputationem
d pag.192. affer, alia omitto. LIL. In *d* pag. 162. adducitur t. qui in hac materia negocium poteſt faceſſere: & eſt in lib. 1. de par. an. c. 1. vbi determinatur *non omnem animam eſſe naturam, præcipue a corpore & a materia abſtractam*. VL. Ibi hoc adeo clare determinatur, vt nemini dubium relinquatur; audi ſententiam integram Ariſtot. *Sed quæret quiſpiam, animaduertens ad id, quod modo dixi, Vtrum de anima omni docere Naturalis ſcientiæ interſit, an de aliqua vna: at ſi de omni, nulla certe præter naturalem Philoſophiam relinquetur ſcientia: intellectus enim, ſiue mens, rerum intelligibilium eſt: itaque rerum omnium notiones Naturalis vna tenebit: eſt enim eiuſdem ſcientiæ, vt tam de intellectu, quam de re intelligibili doceat; ſiquidem eadem contemplatio omnium eſt inter ſe coniunctorum, ſicut ſenſus etiam, & rei ſenſibilis*. (audi claram quæſiti determinationem, quam immediate ſubiungit Ariſt.) *An non omnis anima principium motus eſt; neque partibus animæ omnibus id tribui debet: ſed augendi principium idem putandum, quod & in plantis eſt; alterandi vim eandem, quam ſentiendi; deferendi autem aliud quiddam, non vim intelligendi: delationem enim vel in ceteris eſſe animalibus nouimus, intellectum, ſiue mentem in nullis. Conſtat igitur non de anima differere omni oportere; quandoquidem non anima omnis natura eſt, ſed aliqua eius pars vna, aut etiam plures. Ad hæc rem a materia abſtractam nullam poteſt ſcientia Naturalis contemplari* &c. Ex his enim apparet clara ſententia Magiſtri. LIL. Vt reſpondeam adduco alium t. Ariſt. 6. meta. 2. *De quadam anima, inquit ſpeculari naturalis eſt, quæcumque non ſine materia:* tunc dico, Quæcumque de anima ſeparata cognoſci non poſſunt niſi cum

ha-

habitudine ad materiam, illa a phyſico ſunt conſideranda; & conueniunt animæ, vt naturæ; & de his non loquitur 1. cap. 1. de part. Quæcunque autem ſunt ex conditione illius ſtatus, non cum habitudine ad materiam, illa nec a phyſico conſiderantur, neque animæ ſeparatæ conueniunt, vt naturæ: & de his loquitur cap. 1. lib. 1. de part. V L. In primis ibi Magiſter aſſerit naturæ nomen, & rationem, de qua Phyſicos agit, conuenire ſoli parti animæ vegetali, ſenſuali, & motrici, prout ab intellectrice contradiſtinguuntur; quam vocat rem a materia abſtractam; deque ipſa re loquitur, non de attributis rei conuenientibus ſecundum habitudinem ad materiam. Deinde in loco a te producto pariter ait Phyſici eſſe ſpeculari, non de quolibet anima ſub tali vel tali habitudine, vt ais; aſt ſolum de quadam anima, quæcunque non ſine materia, non autem, vt ais, quæcunque non ſine habitudine ad materiam. Deinde rationalis anima ſeparata nullam omnino phyſicam obtinet habitudinem ad materiam iterum ſubeundam: qua de re latius in futura diſputatione tractandum nobis eſt. L I L. In *e* pag. 167. affertur expoſitio t. 71. in lib. 2. phy. dum ibi dicit Ariſt. *Quacunque non mota mouent, non amplius Phyſica ſunt*, D. meus dicit illa verba *Phyſica* non ſignificare *Phyſiologiam*. Ego ſentio cum communi omnium ſententia ibi Phyſicam accipi pro *Phyſiologia*. Themiſt. ſic explicat hunc locum, *Nam ſi ſit immobilis aliqua, quæ tamen ſit principium motus, non Phyſicus amplius, ſed Philoſophus primus finienda illius negocium ſuſcipiet, atque munus*. V L. Si locum Themiſtij non † mutilaſſes, ex te facile cognoſceret vnuſquiſque Themiſtium a me militare; nam exponens t. 71. affert ea, quæ tibi prorſus aduerſantur, tum *f* dudum neganti cauſſam effectricem, ac finalem non eſſe naturam, ad formæ diſcrimen: tum nunc aſſeueranti Phyſicæ nomine Magiſtrum hic ſignificare Phyſiologiam, non autem res ipſas phyſicas. ait enim Themiſt. ipſiſſima, dum explicat t. 71. 2. phy. *Tres autem cauſſæ in vna plerumque cernuntur, forma, finis, efficiens: Natura enim forma eſt, & finis, & efficiens rerum natura conſtantium, quemadmodum anima eſt animalis: ſed & hominem gignit homo, qui ſpecie plane idem eſt cum homine genito. Similiter omnia, quæ mota ipſa immediate, id eſt citra medium mouent, obiter ſibi propinqua eiuſdem generis ac formæ ſunt*

e pag. 193.

† 231. falſ. cit.

f pag. 13. & ſeqq.

cum

cum ijs, quæ producuntur: loquor autem de naturalibus rebus. Ecce
Themiſtium eo loci ne verbum quidem feciſſe de Phyſiologia,
ſed de rebus phyſicis; ecce dicentem, quæ mota mouent, eſſe
(non quidem phyſicæ conſiderationis, vt illi falſo adſcribis,
ſed) res ipſas naturales, & omnino eiuſdem formæ ac ſpeciei
cum ijs, quæ ab ipſis producuntur, aperte ſatis innuere, Quæ non
mota mouent, non eſſe res phyſicas, ſed genere diuerſas a rebus
phyſicis, quas vt cauſſæ remotæ producunt: Quare non tuam,
ſed meam opinionem fouet eo loci Themiſtius. Quæ vero ver-
ba Themiſtiaca mihi obiecciſti, Themiſtius attulit ad aliud pro-
poſitum; nam illis ipſe non remouet mouentia immobilia a con-
ſideratione phyſica eo ſenſu, quo putas: at ſolum negat Phyſi-
cum agentem de naturalium rerum generatione, hanc referre
poſſe in cauſſas remotas diuerſi generis ab ijs, quæ generantur,
quæ cauſſæ ſunt mouentia immobilia; ſtatuitque Phyſicum re-
ſoluere debere rerum naturalium generationem in cauſſas pro-
ximas, quæ corporeæ ſunt, ac in mouendo mouentur, ſuntque
res naturales, eiuſdem generis cum ijs, quæ ab ipſis producun-
tur, vt proxime dixerat; nam referre generationem rerum in
cauſſas agentes remotiſſimas, quæcumque non motæ mouent,
attinet non ad Phyſicum, ſed ad Metaphyſicum; quod nouerat
g 12. meta. t. 38. Ariſtotelem feciſſe vbi decreuit, g A tali principio, quod eſt pri-
mum mouens immobile, dependere cum cælum, tum naturam,
b 3. phyſ. t. 14. hoc eſt b generationem rerum ſubcæleſtium. Verba Themiſtij
clariſſima ſunt immediate ab ipſo propoſita, *Plane generationis*
5. meta t. 5 *cauſſæ hunc in modum perquiruntur, vt ſciatur quid poſt quicque fiat:*
gratia enim formæ mouetur natura ante illam, & quum perfectum
abſolutumque eſt, ceſſat ab eo motu, qui rem, quæ fiebat creabatur-
que, anteceſſit. Item, vt ſciatur quale ſit, id quod perpeſſum & alte-
ratum eſt: hoc autem eſt materia: item, vt ſciatur, quid nam fuerit
mouens & efficiens cauſſa: atque hic non quælibet ſatisfacit, neque
quælibet eſt quærenda, ſed proxima & ab alio identidem mota: nam
(quod fruſtum e textu Themiſtij reuulſum mihi opponis) *ſi ſit*
immobilis aliqua, quæ tamen ſit principium motus, non Phyſicus am-
plius, ſed Philoſophus primus ſimenda illius negocium ſuſcipiet atque
munus. Quibus ſolummodo negat Phyſicum reſoluere poſſe
rerum naturalium generationes in mouentia non mota; at non
ideo

ideo dicit mouentia non mota non eſſe phyſicæ conſideratio-nis; ſed nuper innuerat ea non eſſe res phyſicas, decernens mo-uentia mota eſſe res phyſicas. L I L. Quum ergo hæc expo-ſitio ex ipſo t. 71. habeatur, & ex omnium conſenſu, non video cur ab illa diſcedere debeamus, ſine cauſſa. V L. Ex ipſo t.? ex omnium conſenſu? ſine cauſſa? Iam ex ipſo t. duas cauſſas attuli, ob quas neceſſarium duxi diſcedere a vulgari expoſitio-ne; ac nuperrime oſtendi ab ea recedere Themiſtium; ſed ratio-ne duce ſemper ego recedam a communi opinione, qui ratio-nem verbis anteferendam cenſeo. L I L. In eadem pag. 167. adducitur ratio, quare in illo t. 71. non debeamus *Phyſicam* in-terpretari *Phyſiologiam*. V L. Non igitur ſine cauſſa receſſi a vulgari expoſitione. Sed affer & conſidera meam rationem. LIL. Quia ita excluderentur a conſideratione Phyſiologi om-nia, quæ non habent motum, vt materia, paſſiones, principia. V L. Hoc eſt medium meæ primæ rationis latius a me prolatæ: ſed quid reſpondis? L I L. Reſp. breuiſſime cum doctrina Zabarellæ lib. de conſt. nat. phil. cap. 2. Illud, quod mouet, & mouetur, ſpectare ad Phyſicam vt ſubiectum; alia, quæ mouent non mota, aut quomodocumque non mouentur, poſſe ſpectare ad Phyſiologiam vt paſſiones, aut vt principia, non autem vt ſubiectum; & hoc remouet ſcrupulum D. mei. V L. Nequa-quam, Fl. mi. ſoluitur his mea ratio, tum quia Primus motor in octauo Phyſicorum a Phyſiologo conſideratur vt ſubiectum il-lius operis, in quo de motus æternitate tractatur in *i* gratiam Primi motoris: tum quia Themiſtius quem ſequeris in loco a te citato *k* decernit, quæ mouent immota non poſſe a Phyſico ſpe-ctari vt principia promouentia generationes rerum naturalium. L I L. Dico *l* item illas ſubſtantias immobiles a Phyſico non conſiderari quidditatiue, perfecte, quoad *quid*, ſed quoad *eſſe*. cum Auer. 1. phy. com. vlt. 2. phyſ. com. 22. & clariſſime com. 73. V L. Primus motor ab Ariſt. in octauo Phyſicorum oſten-ditur eſſe perpetuus, immobilis omnino, impartibilis, non in magnitudine dependenter ab ea, cauſſa motus æterni, in ſe ma-nens, in quo manet ipſum ens; & alia multa attributa de ipſo diligentiſſime tractantur, quæ ſunt illi eſſentialia, & quiddita-tiua; nec ſolum cognitus eſt ab Ariſt. in oct. Phyſ. primus motor

i 8. phy. t. 3. Auerr. 1. phyſ. co. vlt.
k 2. phyſ. t. 71.
l pag. 194.

eſſe

eſſe ſimpliciter in rerum natura; ſed eſſe præditus tot ac talibus attributis, ex quibus eius quidditas innoteſcit, ipſi conueniens qua primus motor eſt; licet ſi conſideretur vt prima forma; vt primum ens, vt vltimus finis, vt intellectus, eius definitio & quidditas non attineat ad Phyſicum, ſed ad Metaphyſicum; quod voluit Auerroes in locis a te citatis: at noſtra diſputatio eſt de Primo motore immobili quatenus eſt primus motor immobilis. L I L. In pag. 190. hæc habentur verba, *Nos dicimus ex Ariſtotelis doctrina Deum eſſe partem eſſentialem totius mundi; ac vniuerſi formam, vt intellectus humanus eſt pars eſſentialis, & forma ſpecifica hominis*. Huic dogmati ego non poſſum vllo modo conſentire; ſic enim dico, Aut iſta comparatio Dei, & intellectus; illius erga mundum, huius erga hominem, accipitur *adæquate, ſtricte, proprie; aut tantum proportionaliter*. VL. Vtroque modo accipi poteſt. L I L. Si dicas hoc poſterius, non erit ad rem; quia ea conceſſa ſecundum aliquam proportionem, negabitur inde ſequi Deum eſſe veram naturam mundi, ſicuti intellectus eſt vera natura hominis; & iſte ſenſus proportionalis eſt reijciendus ab eo, qui quærit ſcientifice proprietates rerum cum illa certitudine, de qua in 2. meta. t. 16. VL. In primis cur mutas acceptam proportionem ſimpliciter in aliquam proportionem? ego ſumpſi, conceſſique tibi inter Deum erga mundum, & intellectum erga hominem, in eo quod eſt tum eſſe partem eſſentialem, tum eſſe formam ſpecificam, reperiri proportionem abſolute, hoc eſt omnimodam, vt inquiunt Scholę, non aliquam tantum: quare non arguis illud idem, quod aſſumo. Deinde nego ex data proportione ſequi Deum non eſſe veram naturam mundi, ſicut intellectus eſt vera natura hominis; & ratio eſt, quia Magiſter materiam primam dixit eſſe ſcibilem ſecundum

1. phyſ. analogiam ad materiam artificioſorum, inquiens, *Subiecta au-*

t. 69. *tem natura ſcibilis eſt ſecundum analogiam; vt enim ad ſtatuam æs, aut ad lectum lignum, aut ad aliud aliquid habentium formam, materia & informe ſe habet priusquam accipiat formam; ſic hæc ad ſubſtantiam, & hoc aliquid, & quod eſt ſe habet*. non ne ex eo quod lignum eſt vere materia lecti, & pars eſſentialis illius compoſiti artificioſi, colligi poterit materiam primam eſſe vere materiam, & partem eſſentialem compoſiti naturalis? poterit ſane de ſententia Ariſtotelis.

ſtotelis. Deinceps falſum prorſus eſt, hunc ſenſum proportio-
nalem eſſe reijciendum ab eo, qui quærit ſcientifice proprieta-
tes rerum: non ne ſcientifice quærebat Ariſt. proprietates, immo
vero attributa eſſentialia materiæ? & tamen eam ſcibilem eſſe
decreuit ſecundum analogiam & proportionem, quam habet
cum materia rerum artificioſarum: ſunt, incl. Fl. rerum duo ge-
nera, nam aliæ nobis ſunt per ſe nobiles ex ijs attributis, quæ
nobis euidentia in ſe continent; cuiuſmodi ſunt omnia materia-
lia; aliæ vero nobis per ſe ſunt ignotæ; quæ rurſum bipartito ſu-
muntur; vel enim ſupra captum noſtræ mentis actus puri ſunt ex
ſe notiſſimi, vt ſeparatæ mentes, ad quas natura manifeſtiſſimas
intellectus animæ noſtræ ſe habet *n* Ariſtotelis obſeruatione vt — *n* 2. meta.
oculi veſpertilionum ad lumen diei; vel adeo ſunt entitatis exi- — t. 1.
gua, vt mentem noſtram mouere nequeant ad ſui cognitio-
nem, cuiuſmodi eſt prima materia; quæ duo ſimiliter cogno-
ſcuntur, tum per negationem, tum per analogiam & propor-
tionem; Deus quidem, ſiue primus motor per *o* negationem — *o* 8. phyſ.
omnium imperfectionum, & per analogiam ad intellectum — paſſim.
p humanum; materia vero prima per negationem omnium — *p* 1. meta.
q perfectionum, & per *r* analogiam ad materiam rerum artifi- — ſu. 2. cap. 2.
cialium: ſi ergo Magiſter proportionem non reijcit a methodo — *q* 7. meta. t. 8.
ſcientifica, ſed eam amplectitur; cur tu reijciendam putas? — *r* 1. phy. 69.
Denique negamus vtentem analogia in ſcientia naturali non
vti ea certitudine, de qua Magiſter in 2. meta. t. 16. tum quia
Philoſophus ibi ait, *Certitudinem vero ſermonis mathematicam
non oportet in cunctis quærere, ſed in his, quæ non habent materiam:
Quare non eſt naturalis modus: tota enim natura forte habet mate-
riam.* tu vero quæris hic in rebus phyſicis certitudinem mathe-
maticam; adeoque † contradicentem, non acclamantem ha- — † 231. fall. cit.
bes Ariſtotelem in loco a te citato; tum quia Mathematicis in
vſu frequenti eſt argumentum a proportione ductum. LIL.
At ſi intelligatur adæquate, & ſtricte, contra arguo; Intellectus
informat, Deus eſt in mundo vt intellectus in homine, ergo
Deus informat mundum, quod eſt falſum. VL. Non ne vi-
des, incl. Fl. hunc eſſe † paralogiſmum a ſimpliciter ad ſecun- — † 19. ſo-
dum quid? ita probare poſſes, tum hominem eſſe irrationalem, — phiſm.
Bos ita ſe habet ad animal, vt homo; ſiue Bos eſt animal vt ho-

mo: ſunt enim ambo ſpecies animalis; ſunt ambo vniuoce animalia; ſed Bos eſt animal irrationale, igitur homo eſt animal irrationale: tum materiam primam eſſe compoſitum naturale actu, Ita ſe habet materia prima ad compoſitum naturale, vt lignum ad lectum; ſed lignum de ſe eſt compoſitum naturale actu; ergo materia prima eſt compoſitum naturale actu. Vitium paralogiſmi ſitum eſt in abuſu proportionis poſitæ inter Deum, & intellectum; poſui proportionem, incl. Fl. inter hæc duo non quoad omnia attributa, & ſpeciatim non quoad eſſe formam informantem, ſed præciſe, vt ita loquar cum ſchola, quoad eſſe formam ſpecificam abſolute, non quoad eſſe formam informantem. L I L. Aut ſic arguo, Intellectus eſt forma totius hominis, & partium ſingularum eius; Deus in mundo eſt ſicut intellectus in homine: ergo Deus erit forma non ſolius mundi, ſed partium etiam ſingularum eius; quod eſt contra D. meum in hac eadem pag. 190. V L. Hoc argumentum onerofius eſt ſuperiori; nam & eodem vitio † paralogiſmi laborat, vt patet ex traditis; & propoſitionem falſam aſſumit; intellectus enim ſic eſt forma totius corporis humani, ſiue totius hominis, vt ſingulas eius partes non informet, ſed omnes: non ne hoc expreſſe ſcribit Ariſtoteles? audi Magiſtrum, ſ *Dubitabit autem aliquis & de ipſius partibus, quam potentiam habeat vnaquæque in corpore: ſi enim tota anima totum corpus continet, conuenit & partium vnamquamque continere aliquid corporis. Hoc autem aſſimilatur impoſſibili: quam enim partem, aut quomodo intellectus continebit, difficile eſt etiam fingere.* non ne diſcernis cum t Ariſtotele ſingula ab omnibus? L I L. Iſta abſurda u ſequuntur, ſi intelligamus talem comparationem inter Deum, & intellectum humanum *proprie, & ſtricte:* ergo intelligenda *large, & proportionaliter:* & ſic nihil concludet ad rem, neque conuincet vt Deus ſit Natura. V L. Iam dixi, & repeto comparationem hanc vtroque modo intelligi poſſe; oſtendique nihil abſurdi conſequi ſi proprie ſumatur in duobus attributis a me propoſitis formaliter, nimirum quoad eſſe partem eſſentialem, & formam ſpecificam, abſtrahendo ab eſſe informante, vel aſſiſtente: talique comparatione quomodocumque ſumpta conuincitur optime, Deum eſſe naturam, vt ex conſimili analogia conuincit x Ariſtoteles materiam pri-

† 20. ſophiſma.

ſ 1. de an. 192.

t 1. polit. cap. 2.

u pag. 195.

x 1. phy. 69

primam eſſe ſubiectum informe potentiam habens ad recipiendas in ſe formas omnes naturales ab agente phyſico, cum quibus iuncta conſtituit corpus naturale; quia ſimiliter in arte fabrilignaria lignum, cui materia proportione reſpondet, eſt ſubiectum informe potentiam habens ad recipiendas omnes formas artificioſas ab artifice, cum quibus iunctum conſtituit corpora artificialia, lectum, ſellam, & id generis alia: quid ni ergo, ſi Deus ita ſit in mundo pars eſſentialis, & forma ſpecifica, vt eſt intellectus in homine; quum pars eſſentialis, & forma ſpecifica in corpore naturali ſit vere ac proprie natura; & mundus magnus nihilominus ſit corpus naturale, quam mundus paruus, quem hominem appellamus; quid ni, inquam, Deus in mundo ſit vere, ac proprie natura, vt intellectus in homine? LIL. Ego hic quæro exactam tractationem, vt loquar cum Ariſt. 1. ethi. cap. 3. quia ſumus in quæſtione ſcientifica, non oratoria, non topica: ſi ergo comparatio fit *proprie, & exacte*, aut Deus informabit mundum, aut intellectus aſſiſtet homini, ſicuti Deus mundo; vtrumque eſt falſum, & erroneum: ergo male fit talis comparatio, aut nihil concludens, aut falſum. VI. In primis de cælo, quod ſenſibile nobis eſt, quia procul abeſt diſſitum a nobis, y Ariſtoteles ipſe ſe excuſat, ſi non habeat exactam tracta- y 1. cæl. 127. tionem; quin & de Cometis agens inſit, z *De immanifeſtis ſenſui* z 3. meteo. *putamus ſufficienter demonſtraſſe ſecundum rationem, ſi ad poſſibile* ſu. 2. c. 4. *reduxerimus, ex ijs, quæ nunc dicuntur, exiſtimabit vtique aliquis ſic de his maxime accidere*. & tu de ſummo Deo, ac Intelligentijs procul ab omni ſenſu poſitis eſſentijs, ad quas obſeruatu Magiſtri noſter intellectus ſe habet vt cæcutiens oculus noctuæ ad lumen Solis; tu inquam de Deo quæris a me tractationem exactam? Deinde quid mihi citas Ariſt. 1. eth. 3. quærens exactam tractationem de Deo? non ne † oppoſitum ibi præcipit Ariſto- † 233. falſ. cit. teles? *Satis vero, inquit, hac de re dictum exiſtimetur, ſi perinde explicatum fuerit, ac ſubiecta materia poſtulat: nam exacta tractatio non ſimili modo in vnoquoque genere exquirenda eſt, quemadmodum neque in artium opificijs*. & mox. *Contenti igitur erimus, ſi nos, quum de talibus & ex talibus diſſeramus, pingui quadam minerua, atque adumbrata figuratione verum oſtendamus; quumque de ijs, quæ plerumque eueniunt, atque ex ijs ratiocinemur, ſimilia etiam concluſeri-*

Digitized by Google

mus: Eodem modo etiam vnuſquiſque debet ea, quæ de aliquo dicuntur, admittere: eſt enim eruditi eatenus exactam in vnoquoque genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipſius natura poteſt: nam & mathematicum ſuaſionibus vtentem approbare, & ab oratore, (addi poteſt, & a Philoſopho Peripatetico de Deo tractante) *demonſtrationes exigere ſimile videtur*. An vero de Natura Primo mouente ſatis exacte tractauerim quantum difficillimæ materiæ
a 1. phyſ. t.69 ratio poſtulat, iudicent eruditi. Deinceps Ariſtoteles *a* agens
non oratorie, nec probabiliter, ſed ſcientifice de materia prima,
ſi non aliter eius naturam nobis aperuit, quam per proportionem ad æs, & lignum, ac omnino ad materiam artificioſorum, dicens eam eſſe ſcibilem ſecundum analogiam; cur & ego in quæſtione de primo mouente, non oratoria, non topica, ſed ſcientifica, non potero Deum ſub ratione primi motoris ſatis exacte manifeſtare per comparationem ad intellectum humanum, quam laudauit Ariſtoteles? Præterea ſapientum Magiſter, ingeniorum apex, Princeps ac Pater Philoſophorum Ariſtoteles de Deo ſcientifice tractans, non aliter quam per ſimilitudines illius attributa nobis aperire potuit, & per ſolam analogiam ad eius abditiſſimas proprietates introſpiciendas nos at-
c 1. meta. ſu.2.cap.2. tollere valuit, modo cum Anaxagora dicens *c* Deum ita eſſe in
mundo, vt intellectus in homine, modo ex ſe *d* dicens Deum vi-
d 12.meta. t.39. uere vitam optimam ſemper, qualem nos degimus exiguo tem-
pore; modo comparans Deum *e* Duci exercitus, modo vni Prin-
e tex.52. cipi *f* rempublicam optime gubernanti: modo *g* animæ inuiſibi-
f tex.56. li per ſe, quæ in operibus a ſe editis videtur: modo Phidiæ faciei
g de mund. cap.7. in ſcuto Mineruæ: modo ſcribens, *h Vt vero ſummatim iam loqua-*
h ibid. *mur, quod in naui gubernator eſt, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc Deus eſt in mundo: Niſi ſi hactenus intereſt, quod labor & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt variæ; quum huic elaborata ſuccedant omnia, omnis moleſtiæ expertia, citraque corporis infirmitatem*. Et tu, Fl. incl. a me de Primo Motore peripatetice tractante requiris exactiorem ſpeculationem, quam ea ſit, quæ per analogiam & comparationes habetur? Denique vero nunquam ego comparaui Deum intellectui humano in aſſiſtentia, nec viciſſim humanum intellectum Deo in informatione; ſed ambos compara-

Digitized by Google

ui ſemper in eo, quod eſt eſſe partem eſſentialem, & eſſe formam
ſpecificam; quod vtrumque commune quid eſt ad actum aſſi-
ſtentem, & informantem, vt oſtendi late ſuperius. LIL. Non
i ero longior, ne ſermonis prolixitas tædio afficiat Lectorem; ad *i* pag. 195.
breue compendium omnia contraham. VL. Sermo prolixus
de rebus pulchris, & vtilibus, non tædio, ſed gaudio Lectores af-
ficit. At præſtat nos hanc diſputationem terminare, quum iam
prima noctis vigilia nos opprimat, & corpora noſtra materialia
mentem noſtram immaterialem ad eorum curam a *k* contem- *k* 3. de an.
platione retrahant. LIL. Conſtat inter nos Deum, & Intel- t. 16.
ligentias eſſe aſſiſtentes ſuis orbibus, & toti mundo. VL. Con-
ſtat. LIL. D. meus credit hoc ſufficere ad hoc vt appellen-
tur naturæ *proprie, phyſice, & ſtricte.* VL. Et credo id me ſat s
ex Ariſt. & rationibus ex rei natura ductis oſtendiſſe. LIL. Ego
nego hoc ſufficere, & deſidero veram, & phyſicam informatio-
nem: VL. Sat eſſe tibi deberet Naturæ proprie dictæ defini-
tio, in qua nihil de tali informatione, ſed ea ponuntur, quæ
communia ſunt informanti, & aſſiſtenti formæ, vt probaui.
LIL. Actum aſſiſtentem ſemper appellabo extrinſecum, etiam ſi
fit vnitus loco, ſitu, actione, contactu, virtute actiua; ſubſtantia-
liter ſemper ita erit diſtinctus, vt merito appellari debeat ſepa-
ratus: VL. Iam oſtendi ſeparatum dici, quia non pendeat a
corpore cui aſſiſtit, vt anima rationalis dicitur non *l* mixta cor- *l* 3. de an. t.
pori, & vita contemplatiua, quæ mentis eſt actio, dicitur *m* ſepa- 4. & ſeqq.
rata: ſed quia mens intima eſt humano corpori, quod informat, *m* 10. eth.
& vita contemplatiua perficit hominem non extrinſece; ideo c 8.
ſunt actus interni: ſic Deus, vt primus motor, aſſiſtit intime, per-
ficitque mundum totum, & intelligentia quæuis actuat intime
ſuum orbem, cum quo iuncta per intimam aſſiſtentiam conſti-
tuit vnum per ſe animatum, quod mouetur a ſeipſo, vt non ſemel
oſtendi ex *n* Ariſ. iam conſtare cenſeo Actum aſſiſtentem ita eſſe *n* 8. phyſ. t.
internum, vt Natura vere dici valeat. LIL. *o* Concludo cum 41. & ſeqq.
Simplicio 2. phy. c. 12. dicente, ex ſuo proprio charactere Natu- 2. cæl. t. 13.
ram debere diſtingui a duobus, primo ab immaterialibus, in- 63.
corporeis, & ſeparabilibus, quæ omnia *ſunt ſupra naturam*: 2. ab 1. de pl. c. 1.
artificialibus, quæ *ſunt deteriora naturalibus*: *Naturalia*, inquit *o* pag. 196.
Simp. *Media ſunt inter vtraque.* VL. Si ſententiam integram

† 234. falſ. cit.

† adduxiſſes, Simplicium videret Lector contra te decernere cauſſam effectricem, quæ tibi ſemper dicta fuit non eſſe natura proprie, quia ſit ab eo ſeparata, in quo motum facit; & ſeparatorum ac immaterialium nomine ſignificaſſe proprie ſubſtantias intellectuales formaliter, non ſub ratione Primi-motoris corpori globoſo per aſſiſtentiam intime coniuncto: en eius verba clariſſima, *Quinto autem ſignificato, & propriiſſimo natura eſt cauſſa vt naturalia moueantur, ceu ars eſt cauſſa effectrix artificialium, & eius motus: Hæc autem natura incipit a natura, quæ materia dicitur, & deſinit in naturam, quæ eſt forma, tradens naturam compoſiti & efficiens: vnde hac ratione effectrix natura conuenit cum arte: differt autem ab ipſa, eo quod ars, quum ſit principium externum, incipit a proprijs contemplationibus theorematibusve, & deſinit ac finitur in aliquid aliud effectum, quod eſt præter ipſam* (nimirum ab arte ſpecie diuerſum): *nam ſic medicina in ſanitatem deſinit* (ab ea ſpecie diuerſam) *Atqui natura quum inſit ei, quod producitur* (non quidem numero, quia nihil ſeipſum generat, ſed ſpecie tantum) *ceu per naturalem productionem in naturam effecti deſinit, ſcilicet natura in naturam per naturam. Niſi & ars per artificialem motum in artificiale ſimile ſpecie deſinens, ſeruet ſecundum hoc ſimilitudinem cum natura: & quatenus natura ineſt, atque actus internus eſt naturæ, differt ab arte:* (quę reuera in mente artificis exiſtens habitus immaterialis, omnino ſpecie ac genere differt ab artificiali forma, quam producit materialem in corporali materia.) *Quum igitur ſint plura ſignificata naturæ nomen magis proprium naturæ conuenit, quæ eſt vt motus, & naturalis productio: nam medicationi, & textura, ac vniuerſaliter motui reſpondet, & cum his habet proportionem: ſed conceptio & ſignificatio nominis magis proprie conuenit ei naturæ, quæ accipitur vt effectrix cauſſa eſt rerum naturalium. Neciam tamen definitio omnibus ſignificatis proprie competit in vtraque acceptione* & paullo poſt. *Nam ſiue forma in materia ſit compoſitum, ſiue id quod conſtat a materia & forma, huius certe effectrix eſt natura, & non velut forma per ſe ſit.* & adhuc infra. *Cęterum quod mihi inquiſitione dignum eſſe videtur, id eſt, quonam pacto Ariſt. in numeratione ſignificatorum naturæ, propriiſſimum ſignificatorum naturæ omiſerit, quoniam dicimus eſſe effectricem cauſſam naturalium, dicens materiam & formam appellari naturam: & ſiquidem opus eſt*

etiam

etiam compoſitum, atque naturalem productionem & motum, quo in formam peruenitur, vbi nihil meminit naturæ vt effectricis cauſſæ. Et dicendum ad hoc vt ego exiſtimo, quod mox initio ſermonis de natura (indicat t. 1. lib. 2. phy.) *tradidit naturam proprie, quæ eſt cauſſa effectrix, & eandem* p *definiuit: Iccirco & explicans τὸ per accidens, accepit exempli cauſſa medicum ſeipſum curantem, perinde atque per ſe cauſſam effectricem indagaret, quæ habet proportionem & ſimilitudinem cum efficiente domum, & alia, quæ manu extruuntur: ibi ergo proprie naturam quam* q *aſſignauerit: hic deinde* r *alia ſignificata nominis naturæ perſecutus eſt, ac tradidit. Niſi fortaſſis naturam proprie nec hoc in loco prætermiſerit, immo demonſtrauit indicauitque quum dicat, a medicina meditationem non eſſe viam in medicinam, ſed in ſanitatem, naturam autem velut motum a natura in naturam: at natura, quæ habet ſimilitudinem cum medicina eſt illa, quæ effectrix eſt, & nulla alia iuxta quatuor ſignificata antedicta naturæ. Dicet autem exiſtimo & paullo poſt de natura, quando cauſſas diſtinguet & determinabit.* Quibus luce meridiana clarius eſt in loco a te producto Simplicium determinare contra te cauſſam effectricem rerum naturalium eſſe propriiſſime naturam; & licet loco & numero ſeparata ſit ab eo, quod efficitur, dici tamen ad artis differentiam, quæ eſt principium externum, producere motum in quo eſt ſecundum ſpeciem: Quum igitur non minus intrinſecus ſit actus aſſiſtens corpori cui aſſiſtit, quam cauſſa generans effectui a ſe producto, vt cuique patet: iam Simplicius in loco a te citato non pro te ſtatuet Formas aſſiſtentes excludi a ratione naturæ proprie dictæ, quod extrinſecæ ſint ei, cui aſſiſtunt; ſed pro me decernet eas eſſe naturas hoc nomine, quia ex aſſiſtente intelligentia & orbe fit magis vnum, quam ex patre generante ac ex filio genito; quum hi ſint vnum ſpecie, at ex illis conſtituatur vnum numero compoſitum a ſ ſeipſo mobile. Nec obſtant illa, quæ mox ipſe Simp. addit, ad quæ tu videris reſpexiſſe, dum ait, *Sed ea, quæ natura non ſunt, duplicia ſane ſunt; alia quidem ſupra naturam, ceu immaterialia, incorporea, ac ſeparabilia a corporibus, quæ in puris ſpeciebus ſunt collocata; alia vero ſunt, quæ naturalibus ſunt deteriora, ceu illa, quæ humana arte extruuntur, aguntur ve, ceu lectus, veſtis, & id genus, quæ ſunt materialia corporea. Commune autem his, quæ ſunt ſupra naturam, atque his, quæ ſunt*

p tex. 3.

q tex. 1. & 3.

r t. 4. & ſequentib.

ſ 8. phy. 41. & ſeqq.

*ſunt poſt naturam, eſt immobile ex ſeipſis eſſe, atque immutabile;
quamuis alijs hoc inſit deterius, alijs vero melius. Quum itaque na-
turalia media ſint inter vtraque, quoniam ſubſternuntur omni ſub-
ſtantiæ immateriali, atque incorporeæ, materialia, & corporea ſunt:
quoniam vero non prodeunt ex humana arte, ſed veluti a ſeipſis* (nota
vnitatem ac identitatem ſpeciei) *oriri & germinari, quamuis non
appareat ſenſu eorum cauſſa effectrix, & opifex* (forma nempe ſub-
ſtantialis generantis) *naturalia dicuntur: & ad vtriuſque rerum
antedictæ naturæ diſcrimen, habent in ſeipſis principium motus & mu-
tationis. Merito igitur hunc naturæ ac ſubſtantiæ characterem & di-
ſtinctionem Ariſt. tradidit, quum dicat eum eſſe principium motus &
mutationis, ac quietis terminantis talem mutationem.* Quum ita-
que Simplicius in loco a te citato dicat ſupra naturam eſſe illa
immaterialia, incorporea, & a corporibus ſeparabilia, quæ ſunt
collocata in puris ſpeciebus; iam non agit de Deo, & Intelli-
gentijs ſub ratione Primi mouentis; quia ſub hac ratione eas
r 8. phyſ. com. t. 84. r collocat cum Alex. & Ariſt. in corpore cæleſti, vbi eſt velociſ-
ſimus motus, non autem in puris ſpeciebus, ſed in ipſo ſenſibili
corpore. LIL. Habenda etiam ſemper præ oculis illa ſen-
tentia Simplicij 2. phy.com. 56. *primum mouens a natura diſtin-*
† 235 fallit. *gui.* VL. Si locus ille Simplicij non mutilatus, aſt † integer
præ oculis habeatur, videbitur Simplicius ibi primi mouentis
nomine, non Deum, ac intelligentias indicare, ſed humanum
intellectum artificis, & humanam voluntatem, quæ agit per
electionem; cum natura vero, quæ agit ac mouet intrinſecus
coniungere cauſſam primam, nimirum Deum tanquam mo-
uentem intrinſecus, non autem extrinſecus, vt ais eum dicere;
s com. t. 73. s verba Simplicij ſunt euidentiſſima, *Dudum quidem fecit diuiſio-
nem cauſſæ effectricis dicendo, quod alia mota mouent, & alia immo-
ta: & nunc eandem facit, dicens, duplicia autem ſunt mouentia natu-
raliter. Et addens illud naturaliter, phyſiceve, facit hoc ad diſtinctio-
nem contra ea, quæ fiunt ſecundum præelectionem, & artem. Ni forſi-
tan propter hoc rurſus eiuſdem effectricis cauſſæ diuiſionem aſſumpſit,
vt determinet exacte* (nota ſequentia) *primum mouens eorum, quæ
mouent arte, & præelectione.* (ecce de quo primo mouente loqui-
tur: ſtatimque ſubdit) *Nam primo diſtinxit hæc ab inuicem, quæ-
cunque mota mouent, & quæcunque ſunt immobilia: & accepit pri-*

mam

Digitized by Google

mam cauſſam (hoc eſt Deum) *mouentem ſine ſui motione. Nunc vero quia ars, & prælectio mouet exiſtens immobilis motibus naturalibus; neque enim augetur, neque alteratur, neque ſecundum locum mutatur: primo diſtinguit artes, & prælectiones a natura, & prima cauſſa; eo quod hæc* (ſ. natura, & prima cauſſa, quæ Deus eſt) *naturaliter mouent, quod dictu idem eſt, intus mouent; & illa* (ſ. ars, & prælectio) *mouent extrinſecus: & ita primum mouens* (quod eſt ſecundum artem, & prælectionem) *a natura diſtinguit, vel ab his, quæ mouent ſecundum naturam.* quæ ſunt intelligentiæ motrices. Tu ergo colligere ſatagens ex hoc loco Simplicij primum motorem Deum a natura diſtingui, quod hæc moueat intrinſecus, ille vero extrinſecus, auulſa ab integro dogmate Simplicij particula, ſilentio occultans ea, quibus ipſe fatetur ſe primi mouentis nomine, quod mouet extrinſecus, indicare artem, & prælectionem; tacensque pariter ſimul cum natura inter intrinſeca mouentia Simplicium locare primam cauſſam, quæ Deus eſt; affers ex ipſo Simplicio ſolum hunc abſyrtum, *primum mouens a natura diſtingui*; primi mouentis nomine Deum ſupponens intelligi, iuxta vulgi ſenſum; reclamantem prorſus habes hoc in loco Simplicium, qui diſertis verbis primam cauſſam, quæ Deus eſt, coniungit cum natura in eo, quod mouet intrinſecus; & nomine primi mouentis ait ſe ſignificare id, quod mouet ſecundum artem, & prælectionem. Quod ſi primam cauſſam ipſe diſtingueret a natura, nil eum morarer; quia naturæ nomen ac rationem ille dedit ſolum formis inanimatorum. Sed mihi ſat eſt nunc Simplicium abs te mutilari ea parte, in qua conſiſtit meum dogma, & cardo totius controuerſiæ noſtræ, ac non ex fide citari de primo mouente a natura diſtinctio. LII. Et illud Alb. 2. phy. tr. 1. cap. 3. *Mouens, ante quod non eſt aliud, non eſt natura, vt Peripateticis placuit, ſed intelligentia ordinis ſuperioris, & primi, vel cauſa prima.* VI. Nos naturæ nomine complectimur etiam animam; ſed Alb. eo loci Simplicium ſequens a cenſu naturæ animam remouet; quare de illa natura non agit, de qua diſputamus; & ideo nihil agit de propoſito noſtro; nec mihi refragatur, qui vltro concedo Primum mouens non eſſe naturam infra animam, fateor tamen eſſe proprie naturam, perinde atque eſt anima; quæ omnia con-

Digitized by Google

† 236. fall. cit. ſtante ex Alberti ſententia non † mutilata; ſic enim eo loci ſcribit: *Quia autem anima mouet, ſed non proxime; quia licet anima vegetabilis moueat vno modo, & quaſi ex neceſſitate; tamen non mouet proxime, ſed per qualitates primas; & eſt anima quidem mouens id, in quo eſt, non proxime; natura autem eſt mouens proximum; ideo additum eſt quod eſt mouens primum, hoc eſt proximum ex parte mobilis; licet non ſemper ſit primum ita quod ante ipſum non ſit mouens aliud: Mouens enim ante quod non eſt aliud, non eſt natura, vt Peripateticis placuit; ſed intelligentia ordinis ſuperioris, & primi, vel prima cauſſa.* Ex quo loco integre relato conſtat Albertum negare Deum, & Intelligentias eſſe naturas ex eo naturarum genere, quas ipſe collocat inter formas inanimatorum infra vegetalem animam cum Simplicio: quod mihi non obeſt, nec tibi prodeſt, qui cenſemus naturæ nomen & rationem animas etiam complecti. LIL. Hæc eſt ſolida doctrina, Peripatetico calculo firmata: quam optimi quique, & antiquiores, & recentiores, Ariſt. veri ſectatores perpetuo, & vnanimes docuerunt, & tutati ſunt; ita vt non liceat, niſi improprie loquendo, aut inferendo vim dictis Ariſt. oppoſitum docere. VL. De hac re non oportet me reſpondere tibi, ſed relinquo iudicium ſapientibus Agonothetis; quos credo non dicturos illam eſſe ſolidam doctrinam, Peripatetico calculo firmatam, quam vidimus inniti ducentis triginta ſex falſis citationibus, & viginti paralogiſmis; Nec aſſerturos doctrinam Alberti, & Simplicij (quem maxime ſequeris in propoſito) naturam deprimentis infra conditionem animæ vegetalis probari ab omnibus Ariſt. alumnis. CIRCE. Iam ad vmbilicum operis Liliani quum veneris, Vlyſſes; & nox progreſſa non parum fuerit, tempus eſt, vt vale dicto Floribus, & Sibyllæ, quam ſcio apud nos manere nolle, domum abeamus. VL. Sibylla ſalue; craſtina die corpus exercitio curare volo, quod integram diem cum bona parte noctis ocio torpere coegi: Rogo tamen enixe te, vt poſtridie conuenias huc ad alteram diſputationem cum inclyto Lilio de Rationalis Animæ varia propenſione ad corpus; nam arbitror te multas theologicas difficultates enodaturam. SIB. Adero lubens; interim valete. VL. Saluete vos quoque Flores inclyti. LIL. Vale tu quoque. ROS. Vale Vlyſſes. VL. Hem, Circe, quinam tu-

bæ

Digitized by Google

bæ ſonus e proxima ſtatione nos perculit? CIR. Fortaſſis ad oram viridarij nanicula quæpiam appulit cum Tabellario; ſiquidem Tabellarij ſignum audimus. Propera Leucippe cum duobus ex hiſce Syris, & ad nos illico refer quid illuc ſoni ſit. LEV. Abeo, Domina, quantocyus reditura. CIR. Rari veniunt ad me Tabellarij: ſed forſitan ad te litteras perferunt, Vlyſſes: caueſis ne te Calypſo quæpiam a me reuocet, immortalitatis iterata pollicitatione. SIB. Non ab vlla Nympha, nec a femina pellice; ſed a ſummo viro nuncius iſte litteras ad Vlyſſem defert: quin & in celoce cum curſore duo ſunt Viri Clariſſimi, qui cum Vlyſſe colloqui vellent; ſed ſolum tuum, o Circe, non audent attingere, transformationes tuas ſibi metuentes; a quibus in ſalo tuti ſe credunt, quod eo tua non pertingat neque virga, neque potio. CIR. Quinam ſunt iſti, o Vates, qui contra Palinuri ſententiam ſalo potius quam ſolo fidunt? SIB. Alter quidem eſt vir nobilis, morum probitate pariter ac omnium moralium virtutum ſplendore cluens, medendi peritia præcellens, ſolidaque doctrina multiplici præpollens; qui non ſolum x Florentinos conciues, aſt Italos & Europæos omnes, quantumuis loco diſtantes, clariſſimæ famæ catenis aureis in ſui cultum & admirationem attrahit; qui probos & doctos amat, viciſſimque diligitur ab ijs, qui ſapientiam colunt & innocentiam, neſciens cum prauis, & ignaris ſcientiam ſtolide iactantibus inire fœdus. VL. Hunc ego virum vere magnum, vere ſublimem, extra omnem inuidiæ aleam poſitum, non de facie noui, ſed tantum ex celebritate nominis; & ab eo tempore, quo de ſumma viri doctrina, vitæ integritate, morumque comitate multiplex habui præconium, omni maius exceptione, ſenſi me totum in illius obſeruantiam alligari, ac eius venerationi tam arcte connecti, vt me nec vltima dies ab eius obſequio ſit auulſura. SIB. Dignus eſt certe, quem omnes probi, quem omnes docti colant, atque ſuſpiciant. Sed alter vir eſt varia eruditione conſpicuus, y Lyrica præſertim poeſi clarus, latine græceque diſertus; qui fortunæ tetrioris inclementiam calcans, virtutis callem non deſerit; at paternæ gloriæ, quæ iam ad ſummum in z Matheſi perueniſſe conſpicitur, æmulator aſſiduus, apud eruditos omnes ingenij verſatilis fertilitate magnam

x Anton. Medices.

y Ioan. Argol.

z Andr. Argolus.

grauem de ſe parit admirationem. VL. Agnoſco virum, & multiplicem eius eruditionem exoſculor. Sed ecce redeuntem cum Syris Leucippen. CIR. Quid noui, Leucippe? LEV. Duo viri cum tertio Tabellario celoce nunc appulerunt ad pomœrij marinam ſtationem; illi quidem ambo te rogant, Domina, per carum Vlyſſis caput, vt ſibi ſalua humana forma liceat ad Vlyſſem accedere, & cum ipſo ſerere ſermones: tertius vero mihi tradidit haſce litteras ad Vlyſſem perferendas; aſſeruitque ſe in mandatis habere non egredi e nauigio, reſponſionemque non vltra diem præſtolari. CIR. Redde litteras Vlyſſi: tu vero, Melanthium, e domo ſtatim effer, baiulantibus hiſce Syris, ad oram maritimam elegans & commodum tentorium duobus inclytis hoſpitibus decenter excipiendis, menſamque ſternas illis opipare, thalamosque ſingulis; meoque nomine vtrumque ſaluere iube: cras ad nos tuto venient, moly ab Vlyſſe ſuſcepto; forte, quam ita nunc reformidare videntur, metamorphoſim nobilem non recuſabunt; etenim animus eſt Medicum quidem in arborem Mineruæ ſacram vertere; quæ Pierio hieroglyphicum eſt pacis, manſuetudinis, felicitatis, pietatis, nitoris, bonæ ſpei, Gymnaſij, ſeu ſtudij, lucubrationisque: Poetam autem in Olorem, qui melodicis concentibus demulceat doctorum aures in hoc meo viridario vitam myſtica transformatione non ignobilem agentium; nam vbi conſpexerint tot inſignes viros, omni virtutum genere præſtantes non ægre ferre metamorphoſim, ſed eam a multis alijs expeti, depoſito moly, nobilem transfigurationem non exhorreſcent, ſed appetent vltro. MEL. Mandata tua diligenter exequor, Hera. CIR. Tu vero iam explica, legeque litteras, Vlyſſes. VL. Immo vero legat eas Leucippe, ne quid ſuſpicionis habeas, o Circe, de mutatione ſententiarum in ijs delineatarum. CIR. Ita fiat: lege, Leucippe, clara voce, vt omnes intelligamus litterarum ſenſa. LEV. Iam lego: *Eruditiſſimo Medico Fortunio Liceto in Atheneo Paduano Philoſophorum Principi S. D. Renat. Moreau. Non peccabo opinor (vir ampliſſime) ſi ob receptum opus tuum vere maximum verbis tibi gratiam habuero, primum tanquam Amico, qui mihi ipſum dedicaſti; deinde tanquam Magiſtro, qui me multa bona docuiſti & doces quotidie in aureolis tuis ſcriptis. Equidem non*

ſum

ſum tanti, qui anathema hoc meruerim quod æternitati conſecras; nec in hæc præter amicitiam tui reperire eſt, quod inuitare te ad eiuſmodi beneficentiam debeat. Facis quod Pictores ſolent, qui vt delineatos penicillo floſculos elegantiores exhibeant, interdum illis apiculas & papiliones depingunt. Me plane in ruborem dediſti, & quod ea de me prædicas, quæ abeſſe abs me prorſus ſcio: & quod votiuas appendis tabellas, quæ nonniſi Dijs, vel Heroibus, hoc eſt maximis viris ſolent. Vnum tamen profiteri licet, nullum te eligere potuiſſe, qui pluris Licetum faceret, eiusque eruditionem magis æſtimaret. Tu iam fere ſolus in Orbe terrarum, in quem omnes omnium gentium oculi conuerſi ſunt: atque cum germanas ſorores Philoſophiam & Medicinam coniunxeris, videris ab Hippocrate ſub ἰσοθέου nomine fuiſſe deſignatus. Male vrit hæc laus Aduerſarios tuos, a quo longe vinci ſe fateri nolunt. Quid facias? Capris nonnullos ſimiles dixerim, quæ cum ſine febre, vt ait Varro, nunquam exiſtant, ideo dentes earum & ſaliua arboribus ſunt venenum: Difficile concoquere illi poſſunt imperium, quod omnes boni ſimul & docti in Philoſophia & Medicina tibi deferunt, atque etiam in ipſa Philologia, cuius ſpecimina habemus in opere De Lucernis, & in Encyclopædia tam ad Pythiam, quam ad Aram Lemniam Doſiadæ. In his operibus ſinus eruditionis tuæ dilataſti per iter nulli hactenus tritum aut calcatum. Fac amabo, dum Rempub. literariam demereri pergis, noua laborum tuorum & gloriæ acceſſione vt inuidi tui ad inſaniam adigantur, & ſi furere perſeuerent, ad vincula, non Hippocratis tantum, ſed etiam Triboniani. Cæterum (Amiciſſime Licete) cum incidiſſem nuper in cap. 33. lib. 7. Iulij Pollucis, vbi annulum καὶ περιφερεῖ καὶ ἄλιθον, circularem & gemma carentem vocat ἀπείρονα, infinitum, & indeterminatum, cæpi cogitare eum indicem eſſe Immortalitatis ad quam aſpiras, & hieroglyphicum æterni nominis tui & nunquam intermoriture gloriæ. Eius rationis δακτύλιον exilis pretij, ſed diuitis materiæ putaui tibi offerendum, vt quoties digito circumtuleris, & memineris meæ in te obſeruantiæ, & æternitatis cui hactenus ſtuduiſti. Non expungo debitum hoc fænore, quod ne quidem in altera pagina locari volo; ſatis alias beatus, ſi ſciuero indignum non fuiſſe præmiolum, quod & manum tuam contingat, & digitum exoſculetur. Non habet ab artifice lenocinium, non ab inſerta gemma decus, non a mole pretium, ſed ab offerentis animo habet beneuolentiæ gratitudinis obſeruantiæ pignus immortale; atque quod poſtre-

ſtrenuum eſt, gerit in περιφέρει interna hanc περιγραφὴν, δεῖγμα ἀϊδιότητος ἀπείρων. Sed quieſco, & valere te iubeo in annos & ſæcula. Dat. Lutetiæ Pariſiorum Calend. Maij anno 1636. Tuus ad omnia Renatus Moreau.

Sextus agitur menſis (Vir Clariſſime) cum hanc epiſtolam commiſeram tibi deferendam nobili cuidam Gallo Italiam petenti; ſed cum incidiſſet in morbum grauiſſimum, a media via regreſſus eam mihi reſtituit; quam pene exolutam & rancidam denuo ad te mitto. Ne quid autem mora illa tibi depereat, adiungo eiconiſmum meum; qui tanti licet non ſit, vt conſpectum tuum mereatur; poterit tamen reficere eius hominis memoriam, qui Licetum colit & veneratur. Iterum vale. Calend. Nouemb. 1636. VL. Profectò decebat a viro, quem meritiſſime Platonicus ille Cteſippus in Euthydemo connumeraſſet inter aurei capitis homines, ad nos munera nonniſi aurea prouenire: Decebat annulum, qui foret beneuolentiæ virtutisque teſſera, ſine lapide mitti; quod annulus petram continens a Ioue datus *a* fuerit olim Prometheo poſt eius a Caucaſo ſolutionem, vt ſemper ſecum deferens veſtigia vinculorum *b* & rupis, aſſidue meminiſſet patrati criminis, & *c* pęnę crudelis inde ſecutæ: Decebat orbiculum æternitatis indicem pauciſſima conſtare materia, eaque aurea; tum quod materia Phyſiologis agnoſcitur cauſſa neceſſario corruptionem aduehens, & ineuitabilem interitum rebus omnibus quas attingit; tum quod inter materiam habentia ſolum aurum ignis, omnia plane deſtruentis, actuoſiſſimam vim eludens, vt *d* incombuſtibile, ſic propemodum eſt incorruptibile: Decebat ab inclyto Renato propriam effigiem etiam ad me tranſmitti, vt qui nobilem ingenij præſtantis imaginem olim habueram, delineatam calami penicillo in eruditiſſimi viri monumentis, non diutius carerem ſimulachro vultus egregij; ſed aliquando tandem integro perfruerer meo Moreau. Verum, o Circe, quiſnam, & vnde ſuauis odor iſte, quem Zephyrus veſpertinus e lęua pomœrij regione ad nos aduehit? me totum ab hoc inſolito ſpiritu recreari ſentio. CIR. Noſtin inueniri quoddam ſerpentium genus innoxium, immo vero ſalutare, licet effatu dignæ magnitudinis? VL. Noui. CIR. Id odorem ſuauiſſimum de ſe conſueuit halare: hoc e genere pridem Æſculapij Numen

a Plin. l. 3. cap. 1.
b P. Valer. hierogl. 36
c C. Rhodig. lib. 6. c. 19.
d Ariſt. 3. meteor. ca. vlt.

ſibi

Digitized by Google

ſibi delegit anguem, quo ex Epidauro cum Legatis Romanis ad Vrbem appulit, quam atrociſſimæ peſtilentiæ contagione ſanauit; ſcis enim odores contra luem graſſantis epidemiæ plurimum valere; neque te latet huiuſmodi genus innoxij ſerpentis eſſe e prudentiæ ſymbolum: eiuſmodi ſerpens nunc non longe a nobis placide repit ad caueæ proprium cubile prope nobilem Puteum: in hunc anguem ego non ita pridem transformaui virum eximium, f qui Romæ Medicinam faciens, morum ſuauitate Purpuratos omnes Aulæ mirum in modum oblectat; & nuperrime contra virus teterrimæ peſtis doctam & elegantem inuulgauit proluſionem. VL. Agnoſco iam amiciſſimi viri conditionem: prudenter, o Circe, virum prudentiſſimum, & Medicum ſolertiſſimum in anguem Aſclepiadæum innoxium transmutaſti; neque mirum ſi prope nos repens tantam nobis excitauit fragrantiam; quum illius comitas, & omnigena virtus apud omnes propriæ ſuauitatis admirationem relinquere valeat. SIB. Prudentiæ ſymbolum hoc ad cubile pergens nocturna quiete diurnos labores curaturum nobis indicare videtur iam tandem tempus eſſe vt vigiliam ſomno placemus: quare iterum valete. VL. Vale Vates inclyta. CIR. Vale Virgo ſacra: nos domum adeamus, Vlyſſes. VL. Eia, craſtina die nouos hoſpites decenter recepturi, eamus.

e Matt. 10.

f Bald. Bald.

F I N I S.

PRO IMPRESSIONE.

Opus, cuius titulus eſt, Lilium Maius, ſiue De Natura Aſſiſtente, *Perilluſtris, ac Excellentiſſ. D. D. Fortunij Liceti Genuenſis in Patauino Lyceo Philoſophi Ordinarij, Cuius initium eſt*, Vlyſſes. Auroram conſalutantes aues *&c. & finis*, eamus, *fuit per me infraſcriptum viſum, & pro impreſſione approbatum ſub die* 27. *Februarij* 1636. *In cuius fidem, ac comprobationem manu propria ſubſcripſi.*

Ita eſt, Ego F. Antonius Vercellus a Lendenaria Inquiſ. Gen. Paduę.

§ Franceſco Moroſini Procurator Reformator.

§ Zuanne Nani Procurator Reformator.

§ Angelo Contarini Caualier Reformator.

Geronimo Cauazza Secretario.

Imprimatur Vtini die 13. *Aprilis* 1636.

F. Ludouicus Syluanus de Gualdo Inquiſ. Gen. Aquileiæ, & Concordiæ.

Digitized by Google

Mi Lector errata ſic emendabis.

Pag.6.lin 2.permiſcerit-permiſerit. 7.23.putat-puta. 8.1. Fratres-Fra-
tris.10.15. quæ-qua. 27.27.iam-;iam. 28.10.confirmant-confirmat. 29.4.
hominem-hominem homo.32.2.eodem-eadem. 32.6.propria-proprie.35.
5.numero,rei numero rei. 37.11. tamen-tamen contra naturam. 38.10.vt
æquiuocatione labatur,-vti æquiuocatione, ac.38.11.ponens-ponere 38.
29.conſtitutam-conſtitutum.40.25.vero-viro. 48.25.informãtem-aſſiſten-
tem. 60.17.citato- citato;ſed oppoſita his, vt infra patebit pagella 10.&c.
72.18. apponam-opponam.78.16.in-aſſers in. 83.15.a-diſtinguit a. 84.9.
ignis-igni.85.6.materia-materiæ.93.32.cuius-cuiuis.99.12.proxima-pro-
ximam.112.16.ſentiri-ſortiri.123.9.natura-a natura. 125.16.conuincant-
conuincunt 129.30.eſſentia-eſſentiæ.131.7.paſſionem-paſſionum.133.17.
putationis diſputationis.133 23.profeſſo-ex profeſſo. 147 8.appoſitũ- op-
poſitum.149.8 me-Vlyſſe.154.1.ſatagit-ſatagis.155.32.quum-nam.157.9.
materias-materia.158.17.ſpectant-ſpectat. 175.24.&- vt. 176.36 alterum-
alteram.186.22.ſalutare-ſalutare pharmacum. 198.13.quid-quidem. 198.
24 proprium-propriam-204.25. conuertantur-conuertuntur.206.15. for-
mam-forma.209.8.animam- animatas.240.18.hoc-hunc. 244.15.effectri-
ce-effectiue.250.12.non-*dele*. 255.9.motore-motorem. 256.16.at-ac. 258.
25.vnicuique-vt vnicuique. 282.-278. 283.279.ibid.33.Ana- - Anaxa-
281.16. affertur-offertur. 282.25.vltra-vltro. 289.34.adminiſtat-admini-
ſtrat. 316.5.mundum-mundos. 316.36.actus-actum. 339.37.eos-eas.
343.10.ad-ab. 362.36.dituitur-diruitur. 364.8.eſſe-non eſſe. 366.23.
Συμπίπτων ξυμπίπτων. 380.13.&-eſt. 382.2.lumine-lucido. 383.12.
Deum-Deum eſſe.386.26. Socratem-Socrate.
389.20.Ariſtotele-Ariſtoteli. 392.19.nam-non.398.18. non ſed-non,ſed.
401.6.non verbum-nam verbum.405.10.tum-tam.407.15 naturales-arti-
ficiales.421.11.alterum-alteram.421.21.fit-fieri. 426.5.quam quum. 453.
32.Solis ſolis.454.31.ſeparatarum? ſeparata? 456.10.additæ-addita.458.
32.quoſque-quaſque.482.22.tam-tum.489.4.D.-:D.513.8.fit ſint.515.36.
Platonicorum-Platonis.551.36.qui non-qui ſi non.556.12.omitto-omitte.
557 29.non eſſe-eſſe.559.17.reſpondis?-reſpondes?.561.14.exigua-exiguę.
566.,quæ-eſſe naturam, quæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google